penul. ff. ad exhibendum. Quãdoq; quis præten-
dit ius in inſtrumento, ratione communionis: de
hoc videbitis in. l. procurator. ĩ. e. Habetis in. l. ſi
quæ ſunt cautiones. ff. fami. erciſ. Quandoq; quis
non prætẽdit aliquid de predictis: ſed aliquid in
tereſt, De hoc dicas, ꝙ aut loquimur in contracti
bus: aut in vltimis voluntatibus. ¶ Primo caſu,
aut quis cõficit rationes, vel inſtrumenta ratione
neceſsitatis officij, quod gerit: & tunc editio fit
officio iudicis: & ſi non editur, competit actio ad
intereſſe: vt. d. §. ex hoc edicto. & hac. l. Si verò
non conficit rationes ex neceſsitate officij, ſed ex
natura cõtractus, vel quaſi: tunc fit iure actionis:
vt. d. l. quædam, in prin. & d. l. j. §. officio. de tut. &
rati. diſtra. Et hæc vera, niſi de conficiendo ratio-
nes, vel inſtrumenta præceſsiſſet mandatũ: quia
tunc competeret mandati: vt. l. j. ff. mandati. cum
ſimi. & d. l. quædã. ¶ Si loquimur in vltimis vo-
luntatibus: dic ꝙ aut quis cõfitetur ſe habere ali
quam vltimam voluntatem: aut negat ſe habere.
Primo caſu fit editio per titulũ de tab. exhiben.
Secũdo caſu fit per titulum quemadmo. teſtam.
aper. de quo dic, vt no. in. l. j. de tabu. exhiben.

a ¶ Caſſum. Vide Fede. conſil. cij. in cipi. audiui ſæpe. vbi tenet quòd appellatus teneatur exhibere ſententiam in cauſa appellationis: & iuſtificare ſententiam per ſe actam.

POMATES.

b ¶ Audiatur. hoc tamen, vt habeat locum requiritur prius bina monitio de agendo ſecundũ Tor. & Deciũ hic, alle. Ang. ita declarantẽ per gl. ibi. in. §. ſi quis autem pro redemptione. per illum text. licet ibi non firmet pedes. ĩ authenti. de eccle. ti. col. xj. de quo dicto vide per Ang. Are. in trac. maleficiorum. in gl. in verſic. nec non ad querelam circa. x. colum. per eũ in rubri. inſti. de excep. co. xiiij. alex. conſi. cviij. volu. j. Cepo. caute. cv. Et pro iſto dicto benè facit gl. mag. ad fi. ĩ. l. j. ff. ſi quis ius dicen. nõ obtẽ. quod intellige, ꝙ iſta monitio bina ſit ĩterpellata vna ab alia: vt in ſimil dicit glo. & Bart. in. l. ſi conuenerit. la. j. ff. de pign. act. hoc tamẽ dictum Ange. latè impugnat Ro. in. l. quãdiu. la. ij. ff. de acq. hær. vbi dicit aliâs eo aduocante fuiſſe pro opi. Ange. iudicatũ, licet multum clamaret. & domi. Alexã. in. l. fi. ff. de ferijs. poſt princi. ſui apparatus. & vide Fel. in. c. ex literis. col. vj. ver. fallit. ix. de conſt. & in. c. licet cauſam. col. xiiij. ver. limita. xij. de proba. & vnũ verbum in. c. ij. col. v. ver. vnde dicas. de teſt. & ĩ. c. gratum col. j. de offi. dele. & Ancha. conſil. cccvj.

POMATES.

c ¶ L. diffamari. Pro concordia ad legem diffamari, vide tex. in. l. moris. in prin. in ver. poteſt. ff. de pœ. & de intellectu illi⁹. l. diffamari. vide aliqua per Roma. conſi. xxxv. aliâs. liij. & aliquid per Feli. in. c. cum ſit. colum. v. in verſic. amplia concluſionem: de fo. cõpet.

SVMMARIVM.

1 *Officio iudicis, coram quo cauſa agitatur, incumbit ut fiat copia actorum tam ciuilium: quam criminalium.*
2 *Iudex appellationum iubet primo iudici, uel etiam parti, cõtra quam appellatur, ut faciat ſibi copiam actorum. Et ibi quid ſi pars ipſa non facit?*
3 *Iudex eodem modo poteſt ſtatuere, & denegare audientiam alicui ſuper aliquo inſtrumento quo poteſt ipſe actori ſtatuere terminum, ut eo elapſo non audiatur.*
4 *Terminus parti litiganti præſenti non debet dari ad accipiẽdum copiam actorum: ſecus ſi eſſet abſens: & notarius denegans cogitur.*
5 *Pronunciatio facta per iudicem, etiam ſi ſit rectè lata, & ſecundum acta ipſius, actis non uiſis, non ualet.*
6 *Conſilium, quando renouatur iudex in tribunali, fiat productio quædam omnium actorum.*
7 *Copia teſtium examinatorum in ſecreto per iudicem eſt danda parti: & eius authoritate publicantur.*
8 *Iudex quando faciat edi acta criminalia.*
9 *Fiſco qui nõ edit inſtrumenta in criminalibus, non præſumitur illa ſubtraxiſſe, ſicut in ciuilibus.*
10 *Iudex maleficiorum, an poſsit examinare teſtes ſuper accuſatione ex eius officio?*
11 *Minor debet iurare de ueritate, ſecus de calumnia.*
12 *Acta facta in uno iudicio, quando faciant fidem in alio iudicio: & quid de teſtibus, cõfeſsione, & ſententia.*

IS apud quem. Breuiter. hoc dicit.
Acta ciuilia, vel criminalia iudicis offi
cio exhibentur. h. d. ¶ Lectura iſtius
leg. variatur hic in gloſſ. quinq; modis ex parte
eius, cui fit editio. Variatur etiã in glo. tribus mo
dis ex parte eius, a quo editio petitur. & hæc va-
riatio non eſt hic in gloſſa: ſed ponitur in. l. ij. §.
diuus. ĩ. de iure fiſci. examinabimus iſtas. ¶ No
1 ta, ꝙ officiũ iudicis, apud quẽ cauſa agitur, † per-
tinet vt faciat fieri copiam actorum ciuiliũ, & cri-
minalium. ¶ Oppo. & videtur, quòd ſpectet ad
officium ſuperioris: vt. l. ij. ſ. vt lit. penden. Solu.
quando iudex primus denegat facere copiã acto
rum: tunc ſuperior facit: vt leg. contraria: ſed ab
initio ipſe idem debet adiri: & hoc facere: vt hic.
¶ Oppo. non debet fieri illud, quod factum nõ
releuat: vt. l. hæc ſtipulatio. §. diuus. vt leg. no. ca.
Sed quid releuat, vt fiat editio actorum, cum ipſe
iudex, qui acta ipſa fecit, & etiam pars, nouit ea?
Huius timore, vt oſtendatur ad quid iſta editio
fiat. gloſ. intelligit iſtã legem quinq; modis. Vno
modo in iudice appellationis, qui iubet quòd a-
cta prioris partis, aliâs iudicij, exhibeantur ſibi a
primo iudice. & vide gl. & primã lectu. ¶ Not.
2 ex hac lectu. ꝙ † iudex appellationũ iubet primo
iudici, vel etiam parti: contra quam appellatur:
vt faciat ſibi copiam actorũ primæ cauſę. ¶ Sed
circa hoc quęro: quid ſi iudex, vel ille contra quẽ
appellatur, hoc nõ facit ante, quàm producat ſen
tentiam, à qua eſt appellatum: quod erit officium
iudicis? dicit Inno. extra de fide inſtru. c. G. perpe
tuus. quòd debet interrogare partẽ. vtrũ habeat
illud inſtrumentũ ſententiæ, vel aliud de quo agi
tur: & ſi dixerit ſe nõ habere, vel noluerit exhibe
re: pronunciet quòd ſi aliquo tẽpore illud inſtru
mentum reperiatur, ei nõ adhibeatur fides: ſed ſit
a caſſum[a] & vanũ: quod ſatis placet. Si enim iudex
3 poteſt ſtatuere terminũ ipſi actori ad † agendum
b quo elapſo de cætero non audiatur:[b] vt. l. Titia.
ff. de accu. & l. ſi ea. ĩ. qui accu. non poſ. & l. ſi eo
c tẽpore. ĩ. de remiſ. pign. & l. diffamari[c]. ĩ. de inge.
ma. Eadem ratione poteſt denegare alicui audien
tiam ſuper aliquo inſtrumento &c. ¶ Secundò
modo legitur hic, quòd editio fiat parti, non iudi
ci: vt puta: quia actor diu aberat. Vnde proceſſus
fuerat factus, eo contumace, petit ſibi fieri copiã,
que fieri debet: vt. l. properãdũ. §. & ſi quidem. ĩ.
4 de iudi. & vide glo. ¶ Ex qua no. † quòd quãdo
pars eſt pręſens, & litigat, non debet ſibi dari ter
minus ad recipiendum copiã actorum: quia tota
die debet accipere copiã ſecundum quòd fiunt
acta. Itẽ ſi notarius denegaret, debet cogi ſibi da-
re copiam: vt. d. l. ij. ſ. vt lite penden, ſed ſi prorſus
fuit abſens, & proceſſus eſt factus contra abſentẽ
eo reuertente, debet fieri copia actorum: & dari
ſibi terminus &c. vt hac leg. ¶ Tertio modo le-
gitur, vt fiat editio iudici ſucceſſori, qui ſucceſsit
primo iudici. & vide glo. quã lect. vos habetis no
tare. Nam

5 tare.Nam vos scitis,†ꝙ pronũciatio facta per iudicẽ,nisi haberet acta,
non valeret,etiã si esset sentẽtia bona, & rectè lata,secundũ acta: tamen
pronunciatio nõ valeret:vt.ff.qui.ex cau.in poss.ea.l.hæc autẽ.§.j.ff.de
acqui.hære.l.sed & si de sua.in prin. Vnde quando renouat̃ iudex in tri
a bunali,de consilio[a] est:vt quædã†fiat productio omniũ actorũ celebra
6 torum coram præcedẽte iudice:vt hic est casus secũdũ istã lec. ❡Quar
to modo,legitur in administratore secundũ formã authen.ad hæc.ĵ.de
iudic.& hæc est clara:ideo nõ insisto plus.❡Quinto modo legit̃ de pu
7 blicatione testium examinatorũ in secreto,†quæ debet fieri authorita-
b te iudicis:[b]& debet dari copia parti.tam in ciuili quã in criminali.hic
est casus.de hac lectura feci mẽtionẽ in.l.gesta.de re iudi. ❡Expeditus
de lect.oppo.secundò,dicit̃ hic,quòd acta criminalia eduntur.cõtra.ff.
8 de iur.fis.l.ij.§.diuus.in fin.Sol.†hic aduerte gl.in.l.contra.sed obscurè
variat tribus modis.vt dixi.Ista variatio respicit personã eius à quo pe
titur editio fieri.Nã quandoq;editio actorũ criminaliũ petitur à nota-
rio,seu officiali publico:qui ea detinet indistinctè.ita ꝙ debet fieri co-
pia istorũ actorum:& hoc pertinet ad officiũ iudicis,& hic est casus se-
cundum vnũ modum legendi.Quãdoq; petitur fieri editio à quodã ter
tio,qui habet acta faciẽtia ad causam criminalẽ.tunc idẽ:quia iudex fa-
ciet indistinctè ista acta exhiberi:& valebit.hic est casus hic. ❡Tertio
modo potest intelligi:ꝙ editio actorũ,& ciuilium & criminaliũ,postu-
latur ab aduersario,cõtra quem criminaliter agitur:sed hæc lec.videtur
cõtra.l.nimis graue.ĵ.de test.ꝙ quis cõpellatur edere instrumẽta, cõtra
seipsum,est nimis graue.Respondeo ꝙ ista lect.posset procedere in his
casibus,in quib⁹ seruus torquet̃ cõtra dominũ: vt.l.j.ĵ.d.questioni.&.l.
interrogari.& in illis cõpellitur etiã edere instrumẽta cõtra seipsum.&
9 ita debet intelligi hæc materia. Est tamẽ in criminalib⁹ hoc,†ꝙ iste qui
fisco non edit instrumenta:subtraxisse nõ præsumitur:sicut in ciuili.vt
c in.l.cõtraria.❡Vltimò gl.inducit[c] ad vnã.q.& infert de duobus.dicit
gl.no.ꝙ iudex debet inuestigare ad veritatẽ inueniendam.Facit hoc ad
10 q.quam disputaui Pisis:vtrũ iudex maleficiorũ possit super accusatio-
ne examinare testes à parte nõ productos ex suo officio,& facit ꝙ sic.
& hoc posui in repetitione.in.l.iiij.§.hoc autẽ iudiciũ.de dam.infec.Itẽ
11 inducit in arg.ꝙ†minor debet iurare de veritate dicẽda: sed nõ iurat de
calumnia.❡Quęrit gl.vtrũ acta facta in vno iudicio,faciãt fidẽ in alio.
sed gl.quęrit de testibus tantũ.d.Cy.circa hoc dixit multa verba cõpe-
tenter bona.Vide plenè p Inno.in.c.causam.de testi.vbi hæc verba hic
12 posita ponuntur.❡Tu†aduerte subtilius & intelligibilius.& dicas sic.
Quandoq; quęrit̃ vtrũ sit factũ.Quãdoq; quęrit̃ de effectu facti.Si quę
ritur an sit factũ:acta facta in vno iudicio probãt in alio:non solũ inter
easdem psonas,sed inter quoscũq; homines de mundo.Probãt enim illa
acta sic libellũ datũ:sic lit.cõtest.sic testes esse citatos,& sentẽtiã latã &c.
& vbicunq; quæreret̃ de hoc,an sit factũ:illa acta facerẽt fidẽ:vt.l.gesta.
ĵ.de re iudic.& extra de proba.c.quoniã cõtra falsam.Ista enim sunt pu
blica instrumenta,quæ apud omnes faciũt fidẽ:& ideo si testator legas-
set mihi centum:sub cõditione,si Titius obtinuerit in curia Romana.&
ipse obtinuit:illa sententia ibi lata proderit mihi.Quia quo ad me non
quæritur,nisi quod fuerit obtentũ pro eo:& sic de facto quęrit̃.Si verò
quęritur de effectu facti:hic aduertendũ:quia quædã sunt acta,quę per
tinent ad litis ordinationẽ.quædã quæ pertinẽt ad veritatẽ indagandã:
quædã pertinent ad litis decisionẽ.❡Primo casu,acta quæ respiciũt li
tis ordinationem:vt lit.contest.citatio,fideiussoris datio:& similia.Ista
habent quendã effectũ in se,qui respicit ipsam instantiã:& istũ effectum
non habẽt in alia instantia:etiã inter easdẽ personas:vt.l.cũ lite mortua.
ff.iud.sol.habẽt etiã quendã effectum qui nõ respicit instantiã: sed cau-
sam:vt puta quòd res efficiatur litigiosa:quòd possessor efficiat̃ malæfi
dei:& istum effectũ habent in alia instantia.secũdum quòd dixi in.l.iij.
de fruc.& lit.expen.vbi gl.inter easdẽ personas tangit:quòd isti effectus
sint personales:vt.l.si quis emptionis.§.sed & si quis.de pręscrip.xxx.
anno.& quod ibi not.❡Quædã sunt acta:quæ respiciunt veritatis in-
daginem:vt dicta testiũ,& confessiones. Videamus primò de effectu,&
de dictis testiũ.Domini si quidẽ nõ sunt publicata dicta testium, non fa
ciunt fidẽ in alia instãtia:vt.l.gesta.de re iudi.ita intellige prædicta.Idẽ
argu.glo.quæ est in.l.iij.ff.quæ in fraud.cred. Si verò sunt publicata hic
aduerte.Ista dicta testiũ habẽt duplicem effectũ.vnum quòd eis stetur:
aliũ quòd sup eis plures testes nõ examinẽtur. Et primus effectus por-
rigitur etiã ad aliã instantiã:vt.l.fi.ĵ.de testi.l.cũ anteà circa finem.ĵ.de
arbit.l.properãdũ.§.fi.ĵ.de iud.& ibi no.❡Sed an porrigatur ad alias
personas? & videtur,quòd ad quascunq; psonas porrigeret̃ effectus sen
tentię illius causę:ad easdẽ personas porrigatur effectus probationis,ea
dem ratione:vt.l.sed & si possessori.§.fi.cũ.l.seq.de iureiu.& istud etiã
d consului.Dixi etiã in.l.si mater.§.fi.de excep.rei iudic.adhibita tamen[d]
super hoc,distinctione:quia quando testes sunt examinati corã arbitris
est in potestate eius contra quẽ producunt̃:vt iterũ examinentur secun
dum dist.l.fi.ĵ.de testi. Nec placet mihi dist.eorũ,qui dicunt, quòd aut
testes examinantur sup eo,quod cursu tẽporis non mutatur:aut sup eo,
quod mutatur.vt l.spadonẽ.§.qui absolut⁹.ff.de excusa.tu. Nã posito,
ꝙ examinent̃ sup eo,quod mutatur cursu tẽporis.Idẽ est exemplũ.ex-
cusaui me a tutela:quia habebã quinq; liberos:si hodie volo me excusa
re ab alia tutela illa acta nõ sufficiũt.hic de alio agit̃:quia in primo iudi-
cio quęrebat̃:vtrũ tũc haberet quinq; liberos. Sed
modò quæritur:vtrũ nũc habeat quinq; liberos.
sed si in isto iudicio quæreret̃ de eodẽ : scilicet an
tunc habuerit quinq; liberos.certè tũc illa acta fa
cerent fidẽ in isto:nisi personarũ diuersitas aliud
induceret:vt,s̃.dixi. Secũdus effect⁹ est: vt super
eo vlterius testes nõ producãtur.hic aduerte : aut
alia instãtia est super eodẽ,& ad eundẽ finem, ad
quẽ prima.& ille effectus durat seruata prima di-
stinctione dictæ.l.fi.ĵ.de testi. Aut ista noua instã
tia est ad aliũ finẽ:licet eadẽ probatio deuoluatur
in vtraq;:tamẽ testes poterunt de nouo produci.
Casus est in.c.veniẽs.& in.c.cũ causam. & ibi etiã
per Inno.extra de testi.❡Tertio sunt acta perti
nentia ad litis decisionẽ.vt sententiæ diffinitiuæ:
& tunc vtrũ in alijs faciant fidẽ,vel præiudicent:
tunc dic:vt.l.j.ĵ.quibus res iudi.non nocet,& idẽ
in confessione,quæ habet̃ pro sentẽtia:vt.l.j.ĵ.de
confes.non sunt hic alia pro nunc recitanda.Bar.

IS apud quem. Acta ciui-
lia.& crimi
nalia officio iudicis exhibentur.h.d.
Subtilis est valde, Lectu.huius leg.va-
riatur quinq; modis in gl.ex parte eius,cui fit edi
tio.variatur etiã trib⁹ modis ex parte eius, à quo
petitur editio.& hæc variatio nõ ponitur hic in
gl.sed ponit̃ in.l.ij.§.diuus.ff.de iure fisci.❡No.
ꝙ officiũ iudicis apud quem rẹs agitur pertinet,
vt faciat fieri copiam actorũ ciuilium, & crimina
lium.❡Sed opponitur & videtur, ꝙ spectet ad
officium superioris:vt.l.ij.s̃.vt lit.pen. Sol.quan-
do iudex primus denegat facere copiã actorum,
potest adiri superior. Ita loquitur cõtrariũ hic ab
initio. Si verò nõ denegatur ipse idẽ aditur:& de
bet hoc facere vt hic.❡Oppo.secundò.nõ debet
fieri id quod factũ non releuat:vt.l.hæc stipula-
tio.§.diuus.vt leg.no.ca. Sed quid releuat, ꝙ fiat
editio actorum.nonne iudex,qui ipsa acta fecit:
& etiã pars,nouit ea. Huius timore,vt ostẽdatur
ad quid ista editio fiat:glos.intelligit vno modo
istam leg.in iudice appellatiõis, qui iubet primo
iudici,quòd acta prioris causæ exhibeantur sibi.
quod not.❡Ex hoc not.ꝙ iudex appellationis
iubet primo iudici,vel etiã parti,contra quã ap-
pellatur,vt faciat sibi copiã actorũ primę causæ.
❡Sed quæro circa hoc:quid si iudex,vel ille cõ-
tra quẽ appellatur,hoc nõ facit:quia nũquã pro
ducit sententiam à qua est appellatum, quod erit
officium iudicis? & Inn.in.c.G. perpetuus. extra
de fide instrument.dicit quòd debet interrogare
partem,vtrũ habeat illud instrumentũ sentẽtiæ,
vel aliud,de quo agitur.Et si dicit se non habere,
vel non vult exhibere:pronuncietur,ꝙ si quo tẽ
pore illud instrumẽtũ reperiatur, nõ adhibeatur
illi fides:sed sit vanum & cassum,ꝙ placet. ❡Si
enim iudex potest statuere certũ tẽpus actori ad
agendum,quo lapso de cætero nõ audiatur : vt.l.
Titia.de accu.ff.&.l.si eo tẽpore.ĵ.de remis.pign.
Eodem modo potest alicui audientiã denegare,
super aliquo instrumẽto.❡Secundo modo legi
tur hic,quòd editio fiat parti non iudici:vt puta:
quia actor diu absfuerat.vnde processus fuerat fa
ctus eo cõtumace.& ideo petit illũ sibi edi.quod
potest:vt.l.properandũ.§.& si quidẽ.ĵ.de iudic.
quod not.❡Ex quo no.ꝙ quando pars est pręsens,& litigat,nõ debet dari sibi termin⁹ ad acci-

a ❡De consi. Adde quòd opi.Bar.hic sequitur Ro.consi.c.vbi cõsuluit
quòd stãte statuto,quòd appellatio intra.viij.dies debeat iudici pręsen
tari:& stante alio statuto,quod à die eleuationis actorũ fiendæ potesta
ti præcedenti, vsq;ad diem resignationis eorundẽ fiendæ nouo rectori,
sequẽtiũ currat tẽpora fatalia ipsi,vel partibus.quòd si appellãs nõ pręsentat appellatio-
nẽ ĩtra octo dies,
cui⁹ occãsiõe nul-
la acta fuerint fa-
cta corã ptãte pręcedẽti. quòd non
gaudet beneficio
statuti,quòd tẽpo
ra &c. quia casu
pręedicto cessat ra
tio statutique fuit
vt successor vide-
ret oĩa acta facta
corã pręcedente.
POMATES.

b ❡Authoritate iu
dic. Et hoc est a-
deò verum, quòd
si notarius daret
copiam attestatio
num ante publica
tionem,quòd inci
deret in pœnam
falsi. Ita dicit hic
domi. Alexã.aliâs
ita fuisse Paduæ
iudicatũ de consi.
Iacobi de Are.&
pluriũ.& pro hoc
facit nota.dictum
Bald.in.l.fi. in.ix.
col.ĵ.eo. vbi vult
notarium manife-
stantem secreta cu
riæ,incidere ĩ fal-
sum: & ita dicit
hic Deci. vidisse
Pisis obseruari. p
quo facit.l.j.§.is q
deposita.ff.de fal.
POMATES.

c ❡Inducit. Hic
aliqui dicũt,quòd
differentia glo.de
iuramento mino-
rum,non videtur
bona : quia sicut
minor nõ iurat de
calumnia: eo quia
excusatur à dolo
pręsumpto : vt p
Barto. in. l. quod
Nerua.colum.iiij.
in fin. ff.depo. ita
etiam ista ratio mi
litat,quãdo debet
iurare de veritate:
sed dicit quòd in
iuramento calum
nię alia est ratio:
vt per glo.Bar.&
doc.ĩ.l.ij.§. quod
obseruari.ĵ.de iur.
calum. Præterea
mens gl.fuit ista,
quòd minor pos-
sit esse testis. &
imò in cõtrarium
iurare:vt habeatur veritas. aliter enim nõ probaret.l.iurisiur.ĵ. de testi.
& patet ex gl.in.l.quoniã.ad.fi.s̃.de hęre.& manic.quę se ad istã referũt.

d POMATES.❡Adhibita tamẽ &c. Aduerte ꝙ Bar.hic videtur
velle cõstituere differẽtiã.vtrũ testes in primo iudicio examinent̃ corã
arbitro: & tũc pars,cõtra quã in secũdo iudicio producunt̃,non posset
petere:vt iterũ examinent̃. Et hãc differẽtiã hic cõmuniter seruari dicit
Pau.de ca.in.l.fi.ĵ.de testi.& tenet Decius hic:licet cõtrariũ teneat Bal.

piendũ copiã actorum: quia quotidie debet acta accipere secũdũ quòd fiunt: licet si notarius denegaret, deberet cogi sibi dare copiã: vt. l. ij. §. vt lit. pen. Sed si pars sit absens, & processus sit factus eo absente, debet dare copiã actorũ, ad opponendum sibi. ¶ Tertio modo legitur ista lex, vt fiat editio iudici successori, qui successit primo iudici. quã lecturã notate. ¶ Nã scitis, ꝙ pronunciatio facta per iudicẽ: nisi ipse haberet tota acta nõ valeret: licet pronunciatio esset bona, & iusta: vt l. fi. ĵ. eo. & præalleg. l. prolatã. ĵ. de sentẽ. & interlocu. om. iudic. & tex. dicit in. l. hoc autẽ. §. j. ff. ex qui. cau. in pos. ea. ¶ Legitur quarto modo: ĩ administratore. i. iudice ordinario, qui cõmisit causam cognoscendã assessorib⁹ suis. qui administrator debet ter videre acta in auẗ. ad hæc. ĵ. de iudic. Vnde cũ iste administrator habet ferre sentẽtiã, potest petere sibi acta exhiberi. Nõ ob. cõtrariũ: quia ipse nõ fuit semper in iudicio: sed assessores sui. ¶ Legitur quinto modo, quòd intelligaẗ de publicatione testiũ: quia iudex põt publicare dicta testium: & iubere ea exhiberi. ¶ Ex qua lec. not. quòd antequã publicentur dicta testiũ: pars nullo modo põt facere copiã. Sed post publicationẽ potest dare copiam pti. Casus est hic. de hoc tetigi in. l. gesta. ĵ. de re iudica. ¶ Oppo. de. l. ij. §. diuus, circa fin. ff. de iur. fis. Solu. dic vt not. in. leg. cõtraria. Gl. inducit hanc leg. ad duo. deinde quęrit de vna. q. Primò gl. inducit hãc. l. cum dicit: ad inuestigandũ &c. quòd iudex debet laborare ad veritatẽ inquirẽdã. Simile in authen. qui semel. ĵ. quomodo & quãdo iud. Et valet ad. q. vtrum iudex possit examinare testes a pte nõ productos, in causa criminali, ad veritatẽ inuestigandã. prędicta faciũt, quòd sic. quod not. ĩ. l. iij. §. fi. ff. de cõdi. ob tur. cau. ¶ Item inducit in arg. quòd licet minor non iuret de calumnia. tamẽ admittitur ad iuramentum de veritate dicenda. Itẽ glo. quærit de tali. q. vtrũ actitata inter certas personas, probẽt tam cõtra illas personas, quã cõtra alias. gl. refert, alias remittit ad. l. sed & si possessori. §. fi. ff. de iureiur. ¶ Vt habeas. gl. clarã dic, ꝙ quandoq; quęritur. nunquid acta probent facta? & tunc nõ est dubium quòd acta apud quãcunq; personã reperiuntur, probant si sint publica: vt. l. gesta. ĵ. de re iudi. ¶ Quandoq; quęritur de effectu actorum, vtrum acta habeant effectũ in aliqua instãtia alia: & hic aduerte. Nam quãdoq; quęritur, vtrũ probet cõtra alias personas: quãdoq; nunquid cõtra easdem, in primo casu noto regulam, & distantiã a regula. Regula est, ꝙ sicut res inter alios iudicata non nocet: ita & acta. ĵ. qui. res iudi. non no. ¶ Fallit vbi illę plures personæ habentur loco vnius: vt. l. heredes. §. idẽ scribit. alias. §. si cũ co. ff. fami. ercis. Fallit in. l. sæpe. ff. de re iudic. ¶ Fallit vbicunq; sentẽtia faceret ius quo ad omnes: vt. l. ingenuum. ff. de statu ho. Et prędicta vera quantũ ad plenã probationẽ: quãtũ autẽ ad qualem qualem præsumptionẽ fidẽ faciunt. Ita potest intelligi. l. admonendi. in prin. ff. de iureiur. Vnum est quod dicit Iaco. vtrũ acta in ciuili probent in criminali. de hoc est glo. in. l. si quis ad se fundũ. ĵ. ad l. Iulia. de vi. & l. j. quãdo ci. ac. pręiu. cri. ¶ Secũdo casu principali: nũquid probẽt inter alias personas in alia instãtia. Cy. dicit, ꝙ quędã sunt acta, quę respiciunt litis ordinationem: vt citatio &c. Quędam sunt quę respiciũt litis decisionẽ: vt examinationes testiũ. Primo casu, perempta instãtia pereunt acta: & nõ probãt. in aliqua instãtia: vt. l. cum lite mortua. ff. iudi. solu. & l. properandũ. §. vlti. ĵ. de iud. ¶ Secũdo casu dic, aut loquitur de attestationib⁹: aut de instrumẽtis. primo casu, aut testes viuũt: aut nõ. Si viuũt: est in electione eius, contra quę sunt producti: vt. l. fin. ĵ. de testi. ¶ Si verò loquimur de instrumẽti productione. tũc dicit ipse, quòd sic. allegat. l. iubem⁹. in fi. ĵ. de liber. cau. Nunquid autẽ instrumentũ factum extra iudicium probet. gl. variãt, vna est in. l. cũ aliquis. ĵ. de iure delibe. alia est in. l. optimã. ĵ. de cõtrahen. & cõmit. stipu. quæ faciũt mẽtionẽ tam de instrumentis & testibus. quã de actis. D. Iaco. format quæstionẽ. cauetur statuto, ꝙ iudex habet arbitriũ in falsitatibus instrumẽtorũ. Nunquid habebit arbitrium in falsitatibus actorũ, corã eodẽ iudice? Itẽ nunquid habebit arbitrium in falsitatibus testiũ? videtur ꝙ sic: quia omnia ex quibus causa instruitur cõtinentur appellatione instrumẽtorũ: vt. l. j. ff. de fide instru. In contrariũ refert fuisse determinatũ. Nam licet etymologia vocabuli instrumenta contineat prædicta: vt. d. l. j. & ar. ab etymologia vocabuli sit validũ: vt. l. ij. §. appellata. ff. si cer. peta. tamẽ ibi repugnat diffinitio. Pone exemplum in testamẽto, cuius diffinitio repugnat etymologiæ, per. l. j. ff. de testa. & per prin. insti. de test. Idẽ vbi repugnat communis vsus loquẽdi. ar. ab etymologia nõ procedit. Sed inspicimus cõmunem vsum loquẽdi: vt. l. librorũ. §. quod tamẽ cassius. & ibi glos. ff. de lega. iij. l. labeo. de sup. leg. Modò ad propositũ, cum secundũ cõmunẽ vsum loquendi, instrumenta appellamus chartas publicas, nõ testes, vel acta, concludit ipse, ꝙ instrumentũ prolatum à statuto debet intelligi strictè: secundum cõmunẽ vsum loquendi. Et nunquid appellatione instrumenti contineatur. & colligatur scriptura priuata? dic vt no. per eũ, in. d. l. j. ff. de fide instru. Nota, quòd appellatio est de actis: vt not. in. c. j. extra de proba. vbi dicit, ꝙ sunt de actis omnia, quæ fiunt corã alijs publicis personis: vt emancipationes, & protestationes: & his similia.

> **POMATES.**
> a ¶ Sequitur. Mouent hic aliqui difficultatẽ quærendã, quid sit quòd cum tex. noster loquitur alternatiuè: in quo sufficit alteram partẽ esse verã: doctores tamen & Bar. sumũt copulatiuè. Sed ꝑ sol. vide Bart. in. l. si is qui ducẽta. §. vtrum. ff. de rebus dubijs.

SVMMARIVM.

1 *Emendare qd sit: & tu adde do. Maria. Sozi. in. c. ij. articu. xxv. q. j. extra de libel. obla.*
2 *Libellus quãdo poßit emendari circa substantialia, & quid quãdo circa rẽ petitã: nu. 6. & quid quando circa aliquam qualitatem? nu. 8. Et quid si circa obscuritatẽ? nu. 9.*
3 *Iudex ex causa potest statuere terminum actori ad agendum.*
4 *Statuto stante quòd quis non poßit accusari de maleficijs, retro cõmißis per duos menses ante introitum potestatis: si aliquis accusauit intra illos duos menses: sed accusatio non habuit substantialia accusatio non poterit emendari.*
5 *Libellus in causa ciuili, sup actione descẽdẽte ex delicto, debet continere locũ & tẽpus.*
7 *Libello, quòd quis non poßit circa principalia addere: sed circa accessoria sic.*
10 *Litis contestatio, dicitur simul attestatio.*
11 *Libellus quando poßit mutari?*
12 *Mutare actionem est unam omittere, & nouam proponere.*
13 *Cumulatio est unius actionis, cum alia coadunatio.*
14 *Cumulatio quando sit permissa, & quando prohibita?*
15 *Cumulationum genera sunt quinq;.*
16 *Cumulatio actionum ex diuersis causis competentium ad diuersa, se nullo modo tangẽtium, quando admittatur.*
17 *Cumulatio actionum si fiat, an sint duo libelli, uel unus?*
18 *Actiones plures, quãdo ex eadẽ causa ad idem competunt: tunc fit cumulatio:*
19 *Actiones plures, quãdo cõpetunt ex eadẽ causa ad diuersa: tũc nõ admittitur cumulatio.*
20 *Actiones plures ex diuersis ad idẽ cõpetentes, quando possunt cumulari: & an tũc erit unus libellus? & nu. 21.*
22 *Actiones plures ex eadem causa contra diuersos, quando cumulari poßint? remißiuè.*
23 *Cumulatio si quibus casibus non est permissa, non fit per partem opposítũ: an iudicium procedat: & sententia ualeat?*
24 *Cumulatio quando fit, an iuretur de calumnia super actione cumulata?*
25 *Cumulatione facta & admissa pronunciandum est super utraq;.*
26 *Sententia lata super una causa ex cumulatis, non uitiatur.*
27 *Actio noua quando cumulatur debent dari noua iudicia: nisi posset esse instructus ex deliberatione facta in prima?*
28 *Dictio prout: quãdo significet tẽpus: & qñ qualitatẽ: & ponaẗ limitatiuè? & nu. 29.*
29 *Libello si fit mentio de aliquo instrumento: tale instrumentum quando edatur ante litem contestatam?*
30 *Clausula, saluo mihi iure addendi, uel minuendi, apposita in libello, quòd nihil operetur.*
31 *Expensæ non semper debent refici propter emendationem: sed eo casu, quo reus esset damnificatus,*
32 *Expensæ quæ ueniunt reficiendæ, propter emendationem libelli, quo iure petantur.*
33 *Mulier & minor, quando condemnetur in expensis propter emendationem libelli.*
34 *Actione non infamante proposita si aliquis uult mutare, & proponere actionem famosam: quòd non poßit.*

EDita actio. Famosa, & quotidiana, & vtilis est hęc lex multum. Breuiter hoc intendit. Libellus debet continere clarè id, super quo debet litigari: qui potest emendari, & mutari, saluo interesse cõuenti. Diuiditur in partes duas: quia prima consulit reo. Secunda consulit actori. Secunda ibi: quem emendare. & quælibet particula habet duo dicta: quæ clarius colligentur ex positione casus, quam ex diuisione literæ. ¶ Pone ergo sic casum in prima parte. Domine Imperator actor vult me conuenire: quæro vtrum debeat mihi dare seu edere libellum actionis suæ. Item quæro quid debeat continere libellus? Respondet Imperator: quòd libellus debet edi continens actionem: & hic libellus debet esse ita clarus, quòd demonstret speciem futuræ litis: hoc est, id super quo debet litigari. hoc dicit in prima particula. ¶ Sequitur[a]: quem emendare &c. In hac secunda parte consulit actori. Pone quòd libellus editus non fuit bene formatus: actor vult eum emendare: quæritur an possit? Respondet Imperator & dicit: quòd emendare & muta

a POMATES. ¶ Nō sufficiat. Ista suppletio non videt̃ necessaria ex quo hic ponitur actio pro libello, qui cōstat ex his: vt habetur p̄ Barto. & doc. in. l. j. ff. co. Nec placet id, quod alij dicūt: q̄ nō fuit necessaria ista declaratio alia ratiōe: quia ꝓposita ponit̃ & res, & causa, cum sit ius prosequēdi: & oriatur ex cōtractu, vel quasi &c. Si aduertat̃ hoc est cōtra iura alleg. per Panor. & q̄ nota. ī. d. l. j. & certè edita sola actiōe, non posset quis plenè deliberare: velit contendere, necne, contra not. hic per doctores.

POMATES

b ¶ Colligit̃. Cōsyderaq̄d differant inter ſeresecare, et detrahere. & q̄d emendare ſit mutare verba, ſententia ꝑmanente. Vnde facit text. in. l. actorum verba. ff. de re iudi. Et aduerte, q̄ ille text. nihil facere vr̃: qa ſi emendare importaret id, q̄d. s. deductum est: nō fuisset necesse addere in tex. ibi tenore sententię permanēte: cum hoc importasset verbum emendare.

POMATES.

c ¶ Iudicium. Vide Alexan. consi. clxxv. in. iij. colū. vol. ij. & iij. colū. ad fi. q̄ autē sit rō, q̄ omissio diei, & temporis in criminali vitiet libellū: etiā parte non opponēte: sec⁹ autē si omittatur causa libelli in ciuili? cogita. Nisi dicas q̄ in ciuili potest quilibet renūciare iuri suo: secus in criminali, cū nō sit dominus membrorum suorū: cui videret̃ renūciare si admitteretur talis libellus: cum non possit probari de eius innocētia, ꝓbādo quod tali tempore non fuit in loco delicti commissi.

d ¶ Conclusione. Vnde dicit Ang. cōsi. ccxcj. q̄d̃ nō inspicit̃ quod narratur, sed quod cōcluditur. Sufficit tamen si libellus presumptiuè concludat vt tenet idē Ange. cōsil. cclix. Roma. consi. cv.

e ¶ Ex causa. Sed, an tunc requirat̃ binū pręceptū: vide Ale. cōsi. xciij.

re & mutare licet. Sed quæro, vtrum indistinctè hoc licet facere. Rn̄det Imperator, & dicit quòd non: sed vt edicti monet authoritas: & ius dicentis decreuerit ęquitas. hoc est: q̄ sit reo saluū ius deliberandi, & defendendi, & quòd sibi reficiantur expensæ, si ęquum visum fuerit iudici. & vide literam claram. Notabilia sunt clara. ¶ Opponi. actio est quoddā ius incorporale: vt insti. de act. in prin. & de re. corpo. & incorpo. Ergo istud incorporale non potest demonstrare speciem futuræ litis. cuius cōtrarium hic dicit. Huius timore glo. exponit, edita actio. i. actionis editio. quasi dicat: non intelligo id de ipsa actione: prout est quid incorporale: sed de ipso actu edendi: & demonstrandi actionem. Et intelligas editionem actiōis: nō prout est in fieri: sed prout est in facto & ideo tex. dicit edita: quod est participiū præteriti tp̄is. Ipsa ergo actio edita hic, est libellus, de quo loquitur authē. offeratur. j̄. de lit. conte. per quem libellum fit actionis editio, qui olim appellabatur vulgaris formula. vt. l. si seruus nauē. ff. de furt. hic est libellus: qui speciem futuræ litis demonstrat. ¶ Oppo. quòd non sufficiat[a] solum propositio actionis, vt. ff. de rei vendi. l. si in rem de furt. l. in actione. Solu. dicit gloss. Tu debes intelligere actionem esse propositam, prout debet cum expressione rei petitæ & causæ: vt requirunt iura in contrarium alleg. Quæ autem debeat continere libellus: hic remittit gloss. ad not. ff. e. l. j. in prin. quod commentantes circa hanc legem præcipuè recitabant: sed illa esset vna lōga repeti. per se. Sed dicemus deo dante ibi, vbi gl. ponit. tamen de hoc nihil dicemus: sed solū examinabimus duo: an & qualiter libell⁹ possit mutari: & qualiter actio possit accumulari. & vtinā possimus expedire bene in duabus lectionibus. ¶ Venio ergo ad secundā partē. opp. dicit hic: quòd actio pōt emendari. contra. ff. de iudi. l. non potest. Solu. dicit gl. emendari potest vsq; ad litis contest. vt hic. nō post: vt in. l. cōtraria. ¶ Cōtra hoc oppo. ff. de peti. hære. l. iiij. Sol. dicit glos. ibi, in iudicijs vniuersalibus, vel generalibus: in quibus pōt fieri emendatio vsq; ad sententiā. istud non placet doc. modernis. Nam debes scire, q̄ in petitione hereditatis principaliter: petit actor se pronunciari heredem, in executione autem veniunt omnia bona hereditaria. vnde si ad reum aliquid peruenerit pēdente iudicio: illud venit in hoc iudicio magis ex uirtute actiōis vniuersaliter vel absolutè ꝓpositę: & ex sui natura quam ex virtute emēdatiōis. Et si poneremus esse actū petitiōe hereditatis singulariter ad vnā rē, nō posset fieri emēdatio, vel alia additio alicu⁹ rei post litē contesta. sicut in alijs singularibus iudicijs, vt d. l. non potest. ita hic tenet Pet. & Cyn. & benè. ¶ Opp. de. l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa. Sol. glo, & benè. ibi, nō fiebat mutatio: vel emendatio circa actionem: vel circa rem petitā, sed circa aliquam qualitatē meritò potest fieri vsq; ad sententiā. ¶ Itē cōtra prædicta oppo. institu. de actio. §. si minus. Sol. dicit gl. expone ibi: in eodē iudicio: id est: coram eodem iudice, in alia tamen instantia. dic vt ibi. ¶ Oppo. de. l. ędiles. §. item sciendum. ff. de ędi. edic. Sol. ibi volebat quis addere circa accessoria: hic circa ipsam rem principalem: quod non potest: nisi vsq; ad litē contest. vt ego dixi. ¶ Pro declaratione huius passus, de emendatione libelli, primò est videndum: quid sit emendare. Docto. circa hoc hic faciunt multa verba. Glo. dicit, emendare est cū primò petebā minus, nunc plus: vel econuerso: vt insti. de actio. 1 §. si minus.† ¶ Tu dic latius, quid sit emendare: declarat tex. s. de emen. C. per totum. & in. j. con b stitutione. §. quibus. Ex quibus colligitur[b] quòd

f POMATES. ¶ Dices tu. Bar. hic videt̃ sentire duo. quòd ex libello, nulla debeat solui gabella stante statuto &c. quod est contra. l. ij. & ibi ponderat Bald. & Salic. j̄. de eunuch. cum cōcord. de quibus per Alexa. consil. xxxvj. col. ij. vol. iiij. Ide videtur sentire, quòd ex libello nullo reformato nō debeat solui gabella stante dicto statuto. quod est cōtra not. p̄ doc. ī l. iurisgentium. §. adeò. et ī. l. ab emptione. ff. de pact. vbi volūt, q̄ stante dicto statuto, q̄ de omni cōtractu: quòd habebit etiā locum in contractu reformato &c. nisi dicas, vt hic dicunt aliqui Perusini, q̄ Bart. hic consyderauit actū ꝓducēdi, cōtra quos facit. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudi. quòd verò ad secundū cōsyderauit, q̄ gabella pri⁹ soluta, de libello inualido compensabitur pro eo, q̄ debet solui libello posteà reformato. argu. l. post rē iudicatā. ff. de trāsactioni. quę implicant cōditionem, imò cogitata.

g ¶ Cōceptus. Ad de Ioā. de anania consi. xj.

h ¶ Dixi tibi. Vide Angel. consil. ccxcvj. Alex. consi. vj. iij. lib. Roma. consi. cxcj.

POMATES.

i ¶ Quādoq; volo. Et vide Barto. in consi. incip. an venditio, vbi ponit formam: vt qs dicat q̄ agit omni meliori modo. & forma quibus potest &c.

emendare est corrigere, resecare superflua, mutare verba sententia permanente: addere, vel detrahere: & declarare obscura. l. hoc præmisso: quæro: quando & qualiter liceat emendare libel 2 lum. ¶ Circa† quod dicas latius. & clarius quam docto. quandoq; queritur, an libellus possit emēdari circa substātialia ipsius libelli. Verbi gratia: libellus in criminali debet continere annum. & mensem, & locum. vt. l. libellorum. ff. de accu. & habuistis not. in. l. in causis. j̄. de accusa. ¶ Item libellus in ciuili debet continere ea, quæ not. in. l. j. ff. eod. non posuisti mensem: vel aliquid de substantialibus omisisti: an poterit suppleri? Breuiter quandoq; est talis defectus: qui parte tacente, non habet vitiare iudicium, vt in ciuilibus nō descendentibus ex crimine. Admittitur enim libellus quantuncunq; obscurus: nisi opponatur, vt. l. vi. j̄. de annali exceptio. tunc emendatio & declaratio potest fieri vsq; ad sententiam: nisi fuerit oppositum vt ibi patet. Quandoq; est talis defectus, qui etiam parte tacente impedit iu c dicium[c], vt in criminali: si omittitur aliquid de substantialibus, vt dicta. l. libellorum. versiculo: quòd si libellus. Idem si libellus deficeret in con d clusione[d]. quia conclusio non resultaret ex pręmisis. Verbi gratia: peto decem à te: quia Rex non est in Francia. vt. l. ij. §. circa. & quod ibi nota. ff. de doli exceptio. isto casu, si quidem lis non est contestata potest fieri emendatio si tempora largiantur: aliàs secus. Istud probatur in. l. accusatarus. ff. de adulterijs. ¶ Quid volo dicere, si tempora largiantur: dico, quòd si non sint decur 3 sa† tempora statuta à iudice ad agendum, quòd e potest facere ex causa[e], vt nota. j̄. vt nemo inui. age. vel accusa. l. j. & j̄. qui accusa. non possunt. l. si ea. ff. de accusationi. l. Titia. Idem in tempore statuto à lege vt notatur in dicta. l. accusaturus. 4 ¶ † Et per hoc determinatur quæstio, quam hic vidi de facto: dicit statutum: quòd non possit accusari de maleficijs commissis retro, per duos menses ante initium officij potestatis. Contingit quòd aliquis accusauerit intra illos duos menses: sed accusatio non habuit substantialia, vult post eà emendare post duos menses: certè non poterit vt dicta. l. accusaturus. quia tempora non patiuntur: sed si esset intra tempus, bene posset dictam f accusationem emēdare. ¶ Dices tu.[f] & quid mirum: cum de nouo posset accusare: si libellus pri g mus non fuit bene conceptus:[g] vt. l. j. in princip. ff. si men. fal. modo dixe. & dicta. l. libellorum. §. quod si libelli: Respondeo: fortè interest actoris, vel accusatoris magis: quod procedatur super primo libello: quam quòd det libellum de nouo propter sportulas, vel gabellas: quæ debent solui, cum offertur libellus. secundum diuersas consuetudines Italiæ. Sed si poneremus, quòd libellus daretur in actione ciuili descendente ex delicto, & in eo non apponeretur locus, & 5 tempus, quæ apponuntur† secundū q̄ determinaui tibi in. l. prætor edixit. in principio. ff. de iniurijs. & ibi dixi. & l. idem exigit. ff. de dolo. & extra de procurato. capitu. tuæ. an eius omissio vitiet libellum? etiam parte tacente: sicut in criminali: an verò requiratur quòd à parte opponah tur. hoc nunquam dixi tibi[h] dicemus deo duce i in lege prima. ff. de edendo. ¶ Quandoq; volo[i] emendare libellum, addendo: vel minuendo, cir 6 ca rem petitam†: & hic aduerte, quia aut hoc volo facere ante litem contestatam, & possum vt hic: secundum glossam quod intelligo quando volo addere, vel minuere circa eandem rem, vel summam petitam, nam si vellem addere aliam rem: tunc non possem si illa non clauderetur super prima actione proposita: aliâs

a ¶Detracta. Vide Barto. consi. ccxxiij.
b ¶ Quandoq; volo. Vide de materia do. Anto. do. Abba. & alios in. c. ij. de libel. obla. ego vidi dubitari hoc anno: an isto casu tenetur emendās ad expensas, quando declarauit obscuritatem libelli, vsq; ad sententiā. & consului quòd sic: & ita fuit obtentum. Andre. Barba.

c ¶Mutatione. an libellus possit mutari ī causa appellationis, vide Roma. cōsi. ccclxxj.
POMATES.
d ¶Et. l. fundum. Istam reg. nō probant dictæ leges: sed se fundant ne per secundum iudicium fiat præiudicium primo: vt hic aliqui dicunt: sed vide ibi Paul. de ca. vide Alex. in. l. j. col. iij. ff. de lega. j.
POMATES.
e ¶Contrariæ. Ex hoc videt̃, ꝙ non possent accumulari pub. & rei vē. quia videntur cōtrariæ, vt per glo. & docto. in. §. sed istę. insti. de actio. Item ꝙ nō admittatur talis libellus dico sentētiā nullam, & iniustā: de quo per Bar. in. l. si expressum. ī. iij. col. in prin. de appellatio.
POMATES.
f ¶Condēnatione. Intellige sic Bart. ꝙ possibile est, ꝙ executio taliter fiat, ꝙ contingat liberatio & ce. & imò impeditur cumulatio, non autē ꝙ semper fiat. & vide ad hæc Bald. in. l. ordinarii. circa. v. colū. j̃. de rei ven. & Roma. consi. cxl. col. ij. & cōsi. ccxlv.
g ¶Cumulatio. ad de Roma. cōsi. ccxl. ccxlv. & consi. ccxcij.
h ¶Precedere. vide Pau. de cast. consi. cclix.
POMATES.
i ¶Per me. adde aliam regulam, vt per Ange. Are. in §. si minus. col. vl. j̃. de accu.

secus. Vtrū autē sub prima claudatur, uel nō colligitur ex doctrina, quæ dat̃ in. l. scire debemus. de uer. obli. quæ dicit, quòd tot sunt stipulatiōes quot res: & per conseques tot actiones, & tot obligationes. Tunc enim non esset primam emendare, sed nouam proponere. Aut post lit. cōtest. & tunc aut volo detrahere, & possum. argu. ff. si cer. pe. l. quidam æstimauerunt. & intelligo detrahere non differendo: sed renunciando illi parti, quam detraho: vt. j̃. dicam. Sicut enim possum toti liti renunciare: vt. l. postquā. j̃. ti. ij. ita etiam parti. Hoc fallit in casu. l. j. j̃. de plu. peti. Et ratio est ibi: quia deliquit in duobus. s. in plus petendo, & in plus cautionem per dolum exigen-
7 do: vt ibi vidistis. ¶Si verò † volo addere: tunc
aut circa principalia: & non possum: vt. l. nō potest. ff. de iudic. Aut circa accessoria, vt circa fructus: & tunc si quidem volo addere de his, quæ occurrunt post lit. contesta. iudicio pendente: & tunc possum: secus in his, quæ occurrūt ante: vt l. ediles. §. item sciendum. de ędi. l. ędi. l. Atheius. §. si. cum. l. seq. ff. de aqua plu. arcē. ¶Quandoq;
8 † volo emendare libellum, addendo, vel detrahē
do aliquam qualitatem: & tunc si quidem p mutationem illius qualitatis cōtinget mutatio actionis propositæ: tunc non licet, vt. l. pretor. §. hæc autē actio. ver. docere. vi bo. rapto. sed si mutatio actionis non contingeret: sed mutatio substantię facti: tunc idem ꝙ non licet. vt. l. denunciasse. §. quòd tamen. de adul. Si verò nec actionis. nec facti cōtingeret mutatio: sed augetur vel minuitur condēnatio, ex virtute actionis propositæ: tunc
a ista emendatio est licita vsq; ad sñiam: vt. l. in de-
b lictis. §. si detracta[a]. ff. de noxa. Quandoq; volo[b]
9 emendare declarando obscuritatem libelli: † vel
aliqua verba obscura: hoc possum vsq; ad sñiam: vt. l. si quis intentiōe. ff. de iud. & intellige. ꝙ possum ego proponens, nō alius etiam hæres meus: vt. l. idem Pomponius scribit si frumentum. in fi. cum sua glo. ff. de rei vendi. l. inter stipulātem. §. j. cum sua gl. ff. de ver. obli. quod intellige. vt ibi plenè dixi. ¶Sumus expediti de emendatione:
c venio ad secundum. s. de mutatione[c]. Et oppo. ꝙ
non possit mutari: sed in eo necesse habeat actor insistere: vt. j̃. quomodo & quando iudex. authē. qui semel. Sol. dicit glo. ꝙ hec lex est hodie correcta per illam authē. s. postquā libellus est porrectus iudici, & datus parti. Si enim pti nō esset datus hæc lex remaneret firma. Odof. tenet cōtra istam glo. Dicit enim ꝙ remedium authē. qui semel. est propositum contra eum, qui actionem proposuit: & differt eam prosequi. Sed si qs vult ab illa actione proposita desistere, & aliam proponere: & sic mutare: hoc non est prohibitum p illam authē. imò est cōcessum: vt. l. cum fundū. §. si. ff. de vi & vi arma. hanc opi. tenebat Mar. syl. & do. Iac. but. Pe. contra. imò dicit hanc leg. esse correctam, & assignat rationē, quando actor dat libellum iam ex parte actoris, est facta lit. cōtest. & sic est obligatus instantię: vnde ipse nō potest desistere: sed cogitur prosequi: vt. d. authē. qui semel. Certè hoc non placet: quia si hoc esset verū, sequeretur, ꝙ de iure antiquo potuisset ferri diffinitiua sñia, contra actorem: quasi ex parte eius sit lis contest. quod est falsum: vt in. l. & post edictum. in fi. ff. de iud. Pretereà, contestatio dicitur
10 simul attestatio: vt vidistis in. l. j. j̃. de lit. conte. sed
per solam propositionem libelli, seu oblationē, non fit contestatio litis: ergo ex nulla parte dicit̃ litis contesta. & Cy. residet in opi. Pe. ¶Modò
11 videtur dicendum. † & aduerte: quandoq; actor
vult in totum desistere renunciando instantiæ actionis, & causæ: & tunc indistinctè potest: vt. j̃. ti. ij. l. postquā liti. secundū oēs. Quandoq; actor nullo modo vult desistere. Sed vult differre: tunc non potest secundum omnes. & ad hoc proditū est remediū authen. q semel. Quandoq; acto r vult desistere ab instantia solum remanente sibi salua actione, & causa: & tunc non potest parte inuita mutare, per. d. authē, qui semel. quæ dicit, ꝙ quis cogitur in ea persistere vsq; ad finem, Hoc est verum, nisi iudex viderit, ꝙ de necessitate deberet sequi absolutio ab instantia: fortè propter malam conceptionem libelli, vel propter aliud: tunc deberet admitti actor renuncians illi instantiæ. cum per hoc nō esset finis, illius causæ. Quando actor vult renunciare actioni, remanente sibi causa: & remanentibus sibi alijs actionibus proditis ex eadem causa. tunc in hoc est opi. inter glo. & Pe. ex vna parte: & Odofre. ex alia parte. ¶Ego teneo opi. Odof. nam tex. in. d. authen. qui semel. dicit, ꝙ quis cogitur exercere litem, super illa actione, vsq; ad finem: sed renunciando illi actioni, ego impono finem omni liti. super illa actione: ergo vlterius non cogor. Prædicta vera, ꝙ dicta mutatio permittitur prout edicti monet authoritas, & ius dicētis decreuerit æquitas. Quid enim si primò actor proposuit certi condictionem generalem, quæ non infamat, quam vult mutare, & proponere aliam, quæ infamat: certè ius dicetis æquitas fortè nō
12 admitteret̃: vt dicam vobis. j̃. hoc sero. ¶† Habes ergo ex prædictis, ꝙ
mutare actionem, est vnam omittere, & nouam proponere. Probatur. j̃. de muta. nomi. per totum. & ff. de procu. l. mutari. Item prædicta quæ ego dixi de mutatione, non habent locum in causis criminalibus: quia desistendo a prima incideret in senatusconsul. turp. vt. ff. & j̃. ad turpil. per totum. In causis verò, in quibus desistendo non incideret posset habere locum. ¶Quæro: dixi. s. ꝙ si quidem per propositionem qualitatis nouæ, mutatur actio, vel factum quòd non licet qualitatem adijcere, vel detrahere, quæro qualiter hoc cognoscam? dic vt dixi plenè in. l. denunciasse. §. quid tamē. ff. de adul. dic vt ibi dixi. ¶Quæro, dicitur hic in tex. prout edicti perpetui monet authoritas: & ius dicentis decernit ęquitas. Quid est hoc dictum: declarabo hoc sero: quia hoc tangitur in vlti. glo. ideo vltimo loco recitabo. ¶Nunc venio ad materiam cumu
13 lationis. ¶Quæro, † quid sit cumulatio: Rñ. cumulatio est vnius actio
nis cum alia coadunatio: vt apparebit in his, que infra dicam. ¶Secundò quero, ad quid fuit inducta cumulatio. Rñ. quia vt vidistis est dubiū vtrum quis possit actionem mutare: ideo actor non vult desistere à prima: licet nouam actionem adijcere, & adiungere primę. ¶Videndum
14 est ergo: † vtrum cumulatio sit permissa: glo. hic breuiter dicit quòd sic:
quia non reperitur prohibita, nisi duobus casibus: ergo &c. vt. l. nec nō. §. sed quòd eis. ff. ex qui. cau. ma. Dy. circa hoc facit vnam suam disputationem multum subtilem, vtilem: & pomposam: quam posuit in. c. nullus pluribus. de regu. iur. lib. vj. & ibi facit multas rationes, pro & contra. Finaliter determinat cumulationem esse permittendam. dat tamen tres regulas, in quibus cumulatio est prohibita: de quibus duas regulas hic glo. ponit. Prima est, quando prima actio ita se habet ad secundam, quòd absolutoriam latam in prima possibile est parere exceptionē rei iudicatæ in secunda: tunc non admittitur cumulatio. glo. alleg. ff. de excep. rei iudi. si mater. §. eandem. & l. cum quæritur: & de iureiurā. l. duo
d bus. §. exceptio, Melius probatur. ff. de excep. l. fundi. & l. fundum.[d] de
publi. iudi. l. interdum. Secunda regula est, quando plures actiones sic se habent, quòd electione vnius alia tollitur: tunc non admittitur cumulatio: alleg. sunt in glo. j̃. de cod. l. fi. & de trib. l. quod in hæred. §. elig. cū si. Addit Dyn. circa tertiam regulam, quando sunt plures actiones contrariæ, non admittitur cumulatio: vt. l. j. j̃. de furt. l. cum qui. & l. contra maiores. j̃. de inoffic. testamen. dices tu: ista non est noua regula. Nam si sunt contrariæ electione tolluntur: vt. d. l. j. j̃. de fur. Respon. si essent cō
e trariæ[e] in exercitio, non in origine, diceres verum. Sed si sunt contra-
riæ in origine, non potest dici quòd electione tollantur: quia cum non sit, nisi vna, non cadit ibi electio, quæ propriè cadit inter plura: vt. l. cū illud. ff. quando dies lega. cede. Istę sunt regulæ Dyn. & gloss. ¶Ego addo alias tres regulas impedientes. Prima, quando duæ actiones sic se
f habent, quòd vna proposita, & condemnatione[f] secuta, & executione
g facta, contingit liberatio ab alia: non admittitur cumulatio.[g] Hic est ca
sus in. l. prima in fine. ff. si fami. fur. feci. dica. qui est valde nota. casus. & per hoc destruerentur dicta Dyn. in hac materia. ¶Secunda regula est, ratio maioritatis: quia quando plures actiones sic se habent, quòd vna ratione maioritatis non admittit secundas actiones: non admittitur cumulatio: vt. l. vltima. j̃. de ordi. iudi. l. per minorem. ff. de iudicijs.
¶Tertia regula est, ratio ordinis: quando plures actiones sic se habēt,
h quòd una ex ordine debet aliam præcedere.[h] non admittitur cumula-
tio: ut. j̃. de rei uend. l. ordinarij. de interdi. l. incerti. ff. de inoff. testamen. l. qui de inofficioso. & quod ibi not. & sic habes sex regulas, quę prohibent cumulationes: duas per gloss. tertiam per Dyn. & tres alias per
i me[i] ¶Veniamus ergo ad genera cumulationum. domi. Dyn. dicit se-
15 quendo Pet. quòd † quatuor sunt genera cumulationum. ¶Primum
genus cumulationis est, quando proponuntur diuersæ actiones, ex causis diuersis, ad diuersa. ¶Secundum genus est, quando proponuntur diuersæ actiones, ex diuersis causis, ad diuersa, ex eadem causa ad idem. Exemplū in actione emptione, & uenditione, & sic habes dictas actiones, & certi condictionem. ¶Tertium genus est, quando diuersæ actiones, ex eadem causa proponuntur ad diuersa: ut actio
furt

a ¶ Addo quintum. Quando fit libellus super pluribus hypothecarijs: vide Ludo. Ro. in consi. ccxxxvij. vbi pulchrè loquitur. alle. Bar. in hac leg. vide ibi. Andre. Barba.

b POMATES. ¶ De anna. except. Not. declarationem ad. d. l. fi. vt nō procedat solutio, vbi proponeretur libellus obscurus in vna causa: sed etiā in pluribus cumulatiuis propositis: quia sicut vna potest declarari: ita illę plures.

POMATES.
c ¶ Si verò competit. Item facit, cōtra, quoniā sequeretur hoc modo, ꝙ quis ex delicto suo sentiret commodum: contra. l. itaq; fullo. post princip. ff. de fur. non obst. l. fina. ĵ. de ord. iudi. Nam vide per gloss. in d. l. rerum amotarum. non obstat, etiam. l. per minorē. quia loquitur quando per ciuilem poterat criminaliter preiudicare: quia absolutoria lata in ciuili generaret tale quale præiudicium criminali.

POMATES.
4 *Reus, quando teneatur edere actori instrumenta cōmunia?*

ET quæ. Legitur in gl. duobus modis. Tertio modo secundū Pet. secundū lec. antiquorū, quā puto veram: hoc intēdit. Reo ediť ab actore ad exceptio-

c nem probandā.[c] actori nō ediť à reo ad intētionē fundandā: sed ad replicationem probandam.h.d. secundū.j.lec. Secundū hanc pono casum in terminis. ¶ Not.qđ habes ī summario. Ista lec. fundať trib⁹ modis. Primo, ꝙ fauorabiliores sunt rei quā actores. & ex hoc requiriť, ꝙ reo adať, ad exceptionē probandā, nō actori ad intentionē fundandā. Istud verò ꝙ hęc lec. præsupponit, ꝙ reus edit actori ad replicationē fundādam: fundatur

a POMATES. ℭIn fisco. Quero circa hoc, quare est ꝙ cū fiscus fuit priuilegiatus in hoc, ꝙ sibi edantur instrumenta ad intentionē fundandā: cur nō est etiam adhuc priuilegiatus, quòd non teneaẗ edere reo ad exceptionē iuuandam: dicunt hic aliqui rationē esse: ne probationū copia angustetur. Sed certè ista ratio militat, & concludit: quòd priuatus priuato ad intentionē fundandam edere debeat eadē equitate: quia sicut reus cōtra actorē excipit & ei ediẗ, ita actor replicando diciẗ excipere. Nō enim aliud est replicatio, quā exceptio cōtra exceptionē, ut.l.ij.de exce. probaẗ hoc in fi. isti⁹ leg. cōtrario sensu: ubi dicit, quòd non debet originē petitionis sumere ex instrumētis rei: sed ex replicatione a contrario sensu. Tertiò uideẗ probari p casum.in.l.pe.§.fi.ff.ad le.fal. Superuenit posteà Azo, qui leg. istā hoc modo legit, & secundū eius lectu. ista breuiter hoc intendit. ℭRōnes eduntẗ à reo actori, & ecōuersò, nō instrumēta. h.d. ista lec. Azo fundatur ratiōe ista. Rationes sunt factæ mandante parte, & continēt eius uoluntatē: ut.l. si quis ex argētarijs, §.pertinere.ff.eo. vnde est eadem equitas, tā ex parte actoris, quā ex parte rei que ratio cessat in instrumentis. Si uellemus sustinere opi. Azo. rñdendo ad cōtraria, dū dicit fauorabiliores sunt rei, quàm actores. Cōcedo in dilationibus dādis: sed aliâs tanta fides debet adhiberi instrumētis actoris, quanta instrumētis rei. vnde nō facio differentiā inter actorē & reū: sed inter rationes & instrumēta. Non ob. si opponas de l.pe.§.fi.ad leg.fal. Sol. gl. ibi instrumēta eduntur tanquā corpora hereditaria: & nō tanquā instrumenta aduersarij. simpliciter. Pet. legebat alio modo: & tenebat opi. primā eo excepto, quòd nō dicebat posse edi actori ad probandā replicationē dicens qđ nulla lex reperiẗ. Nos qd tenebimus? Cy. in lec. antiqua tenebat opi. Pe. sicut Pet. dicebat. Posteà venit Gul. & dixit idē. & ita tenebat de verbo ad verbū. Et si alius superuenisset idem dixisset, quod ipse. ℭAd veritatē huius materie videndā, oportet videre tria. ℭPrimò, vtrum
1 †actor edat reo, ad exceptionē fundandā: & glo. videẗ semp tenere quòd sic: & quasi oēs hic, & i l.j.§.editiones.ff.eo. & probant p.d.l.nō est nouū &.l.iustū.s.eo. Ego dico, quòd est casus.j.de cōdi. sine cau.l.dissolute.&.l.qui tabu.ff.de furt. ℭSecundò est videndū, vtrū reus edat actori instrumēta ad intentionē probandā: de hoc nemo dubitat quòd reus nō cogitur edere instrumēta actori ad fundandā intentionē: quia est casus hic, in fi.s.eo.
a l.qui accusare. & qa est speciale in fisco: [a] vt.ff. eo.
2 l.ne quisquā. ℭTertiò, † quòd reus edat actori ad replicationē fundandā: probaẗ p istū tex. à cōtrario sensu. & p.l.pe.§.fi.ad leg.fal. vt dixi. Nec ob. quod dicūt quòd ibi eduntẗ instrumēta tāquā corpora hereditaria: qa si rationē illius tex. inspicias diligēter: loquiẗ gñaliter: ita, quòd etiā alia instrumēta nō hereditaria edi deberēt. Et istā partē puto veram pro hoc videẗ tex.j.de fi.instr.l.plures. & istud verū puto. quod etiā tenet Gul.in.l.j. §.editiōes.ff.eo. Plus dicit ipse, nō solū ad replicationē fundandā: sed etiam ad intentionē iuuandā nō dico fundandā: cogi reū edere actori. Verbi gratia. Ego peto à te fundū Titianū, quē mihi vēdidisti: ego fundo intentionē meam: qa vēdidisti. Et modò cōtentio est, inquantū fundus Titianus pretēdebaẗ valere. certè ad istam intentionē iuuādam iam fundatam: cogitur actori edere. Idē & simile probatur in.l.que cōcubinā.§.cū ita.el.ij.de leg.iij.&.l.predijs.§.Titio.eo.tit. qđ not. & tenementi. habes ergo approbatā primā lec. antiquorum. ℭOp. ad istā vno modo.de.l.j.§.edēda.ff.e. Sol. reus edit instrumēta actori qñ his vsurus est. ita loquitnr ibi, aliâs nō cogiẗ ad intentionē fundandam; ita loquiẗ hic. Et ideo, vt ista materia liqueat dic. Si queris an actor teneaẗ edere instrumenta reo ad sui defen-
3 sionē, †dico quòd sic: vt hac.l.in prin.&.s.e.l.non est nouum.&.l.iust.ij. &.j.de cōdi.sine cau.l.dissolute.et.ff.de fur.l.qui tabulas. Si verò queris, an reus cogatur edere actori: & tūc ad intentionē fundandā: aut ad eam fundatam iuuandam: aut ad replicationē probandā. ℭPrimo casu non cogitur edere: vt hic. dum dicit originem petitiōis &c. fallit in fisco: vt l.ne quisquā.ff.eo.s.e.l.qui accusare.& ibi no. Item fallit si his instrumē
4 tis vsurus erat: vt in.§.edenda. ℭSecundo †casu cogitur edere, vt.d.§. cū ita.&.§.titio. ℭTertio casu similiter cogiẗ edere, vt hic à contrario sensu.&.l.pe.§.fi.ad leg.fal. Facit.l.plures apo.j.de fide instru. ℭQuero, vtrū reus cogatur edere actori instrumēta cōmunia? Rñ. quedā sunt instrumenta cōia ratiōe proprietatis: & illa debēt edi, vt.s.l.proxi. Quedam sunt cōmunia: qa cōtinēt aliquid cōtinēs cōem vtilitatē: vt emptionis, & venditionis instrumentū, quod cōtinet vtilitatē vēdentis, & emētis: tūc si proprietas ipsi⁹ instrumēti est propria ipsius rei: qa ipse emit chartā, & recollegit eam à notario de sua pecunia: non cogiẗ eam edere: nisi sicut alia instrumēta publica, & propria ipsius: inueniat eā actor si vult. ita videtur velle Innocē. extra de proba.c.j.& dic vt ibi.

Ego dicerē, quòd ratio sit quod cū aliena iactura locupletareẗ, & innocens contra debitum cōdemnaretur. Non enim placet quòd diciẗ quòd hoc factum est ne multiplicarentur spālia: quia hoc non est inconueniens.l.fin.j. ad uelleia.l. assiduis.j.qui potest.in pigno.habe. Restringe tamen hanc cōclusionem, quòd edatur fisco agenti modis.vj. Primò, ut nō habeat locum in habentibus causam à fisco ita Alex.in.d.l.ne quisquā. Item restringe, ut nō procedat in causis criminalib⁹.l. diuus. in.§.j.in fi.ff. de iure fisci. & ita tenet Alex.cōs.cxxxij. col.vj. uol.j. Tertiò restringe, ut nō procedat, quādo unus fiscus ageret contra alium: ut p Bal.in.c.j. de probatio. facit benè.l. sed & milites.§.j.ff.de excusa.tuto. Quartò, restringiẗ ut non pcedat qñ fiscus ageret cōtra ecclesiam, que illi equiparatur.l.fin.s.de sac.sanc.eccl. ita Bal.in.d.c.j.de proba. & eadē rōne posset dici idē fore in casib⁹ quibus p Alex.ī.xiij.fallē. huius articuli prīcipalis. Quītò, restringitur, ut nō pcedat, qñ fiscus ageret cōtra sibi nō subditū: p ea, que uult Bal.in l.exēplo. circa fi. apparat⁹ sui.j. de proba. faciunt benè que not. Alex.in auẗ.proxi.ī.vj.fallē. Sextò restrīgiẗ, ut nō pcedat quādo posset cōmodè pbari. ita Abb. & Moder.ī.d.c.j.de pba. ibi idē Feli.co.vj.et se.

b ℭRubri. Quod intellige si ante citatiouē offert, secus si post: ut uoluit Bal.in addi. Specu.in titu.ne cleri. uel mona.in princi.

c ℭOfferatur. Aduerte: quia dum Bart. alleg. auẗ. offeratur sentit, quòd oblatio, quæ fit parti, non possit fieri die feriata. & clarè tenet do. Anto.in.c.fi.extra de iudi.

ET quæ. Lex ista legiẗ duobus modis in gl. vno modo ꝙ loquaẗ in instrumētis. & hec est prima. Alio modo, qđ loquaẗ in rationib⁹. & hæc est secūda lec. Ponā casum, & prosequar primā lec. quā approbant doc. & Gul.in.l.j.§. editiōes.ff. eo. secūdū hanc lec. h.d. Actor edit reo instrumenta ad exceptionē suā probandā, vel coadiuuandā. h.d. vsq; ad fi. Legiẗ alio modo ista lex. in rationib⁹, quā psequere: vt in gl. Tene mēti primā. ℭSed tenēdo primam lec. quero de rōne hui⁹ leg. que est ratio, qđ actor nō potest à reo petere ad intentionē suā fundandā, ad replicationē sic: reus verò pōt ab actore ad probādā exceptionē suā. Ratio que mouet hāc lec. potest esse triplex. prima pōt esse, quòd actori non debeat fieri editio: qa actor venit deliberatus: ad iudicium: vnde non petit a reo: sed reus non uenit deliberatus: & ita fit sibi editio. Ita & actor quoad replicationem suam, non venit deliberatus: cū ignoret quam exceptionē reus opponet. Et ideo ad replicationē probandā actor petit editionē. Itē mouet hanc lec. arg. à contrario sensu sumptū in fi. leg. quia nō fit editio ad originē petitiōis. ad alia sic. Mouet etiā tertia rō. que est in.l.pe.§.fi.ff.ad leg.fal. vñ pro declaratione huius passus, cū queris, vtrū re⁹ edat actori ad intētionem suā fundandā? dic quòd nō: vt.l.qui accusare.s.eo. aut queris, nūqd actor edat reo ad pbandā exceptionē? & dic quòd sic: vt.l.nō est nouū. &.l.iustū.s.e. Aut queris, nūqd re⁹ edat actori ad replicationē suā pbādā? dic ꝙ sic secūdū lec. qͣ teneo. et pbaẗ ī.d.l.pe.§.fi. secūdū verū ītellectū. Aut queris, nūqd re⁹ edat actori quoad adiuuādā replicationē: & dic ꝙ sic secundū Gul. Verbi gratia. actor replicat: producunẗ instrumēta. Et pone.q. esse de fundo vēdito: non reuocaẗ in dubiū esse venditū: quia est probatum: sed reuocaẗ in dubiū quātitas fundi, que nesciẗ. Isto casu si reus haberet instrumētū: ex cui⁹ tenore posset declarari quātitas fundi: tūc actor ad coadiuuādā intētionē suā optimè petit à reo, alle.l.q cōcubinā.§.cū ita.de le.iij. facit.l.pdijs.§.titio.ff.e.ti. secūdū Gul. de cu. Qualiter aūt fiat editio instrumētorū? dic vt ī gl.mag.§.editiones.ff.eo.

De in ius uocando. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Libelli porrectio, an sit de processu.*
2 *Iudicium quòd ualeat, si pars comparet in iudicio absq; citatione.*

ℭGlo. cōtinuat: vt habes in ea. Tu dic dato libello, est necesse, quòd citeẗ pars: ideo post tit. de edē. vbi poniẗ libelli editio, poniẗ tit. de in ius vocā. à qua vocatione in ius omne iudiciū incipit: vt insti. de ppe. & tē-
b po.act. aliâs de pe.teme.litig.§.fi. & vide gl. tuā. ℭCirca istā rubri.[b] pōt
1 queri. †an datio libelli sit de processu? & tex. alleg. hic in gl. & gl. videẗ dicere, quòd nō. Si em iudiciū incipit ab in ius voca. et datio libelli precedat, ergo datio libelli nō est de processu: cū ab in ius vocā. īcipiat processus. Pro hoc facit: quia pōt dari libellus die feriato, vt.l.miles.§.sexaginta.ff.de adul. & istud puto verū. Etiā vidi gl. in iure canonico, sed nō recordor vbi. Incipit ergo ab in ius vocā. processus, vel à positione, vel à petitione partis, qua petit aduersarium vocari in ius. Et de hoc est gl. j.de tempo.appella.l.fina.§.illud. Tunc enim editio libelli, dicetur de processu, quando per iudicem dabitur parti. secundum formam authē.
c offeratur[c].j.de lite contesta. ℭQuæro. † quid si pars venit in iudicium
2 sponte: sine citatione: vtrum valebit? Guliel. de cu. facit istam questio. ff.de in ius vocan.l.j. & tenet quòd valet. dic vt ibi. Idem tenet Specul. in titu. de libel.concep.§.sequitur.in fi. & Ioan.and.in ca.fi. de electio. lib.vj. ℭQuero, quare in Cod. precedit titu. de eden. et sequitur de in ius vocan. in Dige. totum econtra? dicunt quidam, quòd non ita Imperator considerauit ordinem, sicut Iuriscōsultus. Trufiæ sunt: quia Imperator semper habet iuxta latus homines suos prudentissimos, per quos leges componit & condit: vt.l. humanum. supra delegati. et in prima constitutio. istius libri. Ratio est ista. Totus iste titulus positus hic. tractat de venia petenda, quando in ius vocantur parentes, vel patroni,

Sed ista venia non potest cōcedi:nisi prius videatur causa, quare debeāt citari.ideo præmisit tit.de eden.& postea de in ius vocan.in Dige.loquitur,de in ius vocan.generaliter.quæ vocatio potest fieri etiam ante datū libellū:ideo præmittit de in ius vocan.&c.

a SIcut bonis. [a]Breuiter dicit.Reuerentia, quæ debetur marito debetur vxori:nō econuersò. hoc dicit. ¶Oppo.de.l.liberti.ī.de ope.libe.sol.vt in glo.

SVMMARIVM.

1 *Citatio an sit de substantia iudicij?*
2 *Libellus,an sit de substantia iudicij?remissiue*

SIcut bonis. In glo.quę incipit,id est, æquitate. ibi.& nota. vtrū iste actus reuerentialis dicatur adeò natura debitus: quòd etiā volente parte,non possit hoc ius per pactum remitti.de hoc est glo.l. qui exceptionem.ff.de condi.inde.§.fina.† ¶Quærunt

1 do.nunquid citatio sit de substantia processus,si in processu non reperitur citatio partis:videtur quòd non.argu.hic in glos.In contrarium facit.l.si sine interrogatione.ff.de interro.act.Gul.tenet hanc vltimam partem,vbi ostenderetur partes semper fuisse in iudicio:aľs non:imò citatio tunc diceretur de ordine substantiali.l.consentaneum.& auť.qui semel.

2 ī.quomodo & quando iudex.† Item nunquid libellus?videtur ꝙ non quia potest offerri die feriato.l.miles.§.sexaginta.ff.de adulte.not.in.l.j.ff.de fer.de hoc solet dici in auť.offeratur.ī.de lit.contest.per do.Tetigi in.l.prolatam.ī.de sen.& interlo.om.iud.Et ista lex dicit hic:sicut libertus reuerentiam debet patrono,ita & vxori patroni. ¶Quærit glo. de vna ratione diuersitatis.quæ est ratio:quare vxori patroni debetur reuerentia,vt hic:sed marito patrono non?dic vt.§.patiť.insti. de iniur.etiā ita respondet glo.Barto.

SVMMARIVM.

1 *Obsequia,quæ consistunt in faciendo,non transeunt ad hæredes extraneos.*
2 *Ignorantia iuris naturalis non excusat.*
3 *Pœna quæ debetur parti,non remittitur per rescriptum.*
4 *Compositione facta de pœna,non comprehenditur pars,quæ debetur parti.*

VEnia edicti. Reuerentia in non faciendo,quæ debetur patrono transit ad hæredes, etiam extraneos:& in iure quasi naturali erranti non parcitur.& per rescriptum non remittitur pœna,quæ debeť parti.h.d. ¶Oppon.infra

1 de ope.liber.l.liberti liberteq;.Solu.ibi in†obsequijs,quæ consistunt in faciendo,quæ non transeunt ad hæredes extraneos:hic in his,quæ consistunt in non faciendo. ¶Oppo.ī.de lati.liber.tol.l.j.§.sed & si sub cōditione.Sol.vt ibi. ¶Opp.de.l.fi.de liber.& eo.liber.Sol.dico, ꝙ filij liberti debent hanc reuerentiam viuo liberto, non mortuo:vt in cōtrario. ¶Oppo.de.l.hæres liberti.ff.de obse.Solu.aliud in hærede liberti, ad quem non transit illud grauamen:quia ex parte eius est odiū. Aliud in hærede patroni,ad quē transit,quia ex parte eius est fauor.ita loquiť hic. ¶Oppo.ꝙ iuris ignorantia excusat in damnis: vt.l.error.de iur.&

2 facti igno.Sol.hic in iure naturali ratiōe inducto:†ibi in iure ciuili.quod dic vt plenè no.in.l.regula.co.ti.& in.c.ignorantia.extra de reg.iur.lib.vj.per Dy. ¶Oppo.& videtur,quòd pœna delicti possit per rescriptū remitti:vt.l.rescripta.de preci. imper.offer.So.dicit gl.notabiliter:hoc

3 est verum in pœna.†quæ debetur parti,quæ per rescriptum non remittitur:secus in ea,quæ debetur fisco:vt leg.contraria. & vide istam glos. quam not. ¶Not.istam glos.pro compositionibus,quæ fiunt tota die, cum Rectoribus ecclesiæ.scilicet cum duce,domino Marchione,vel Co

4 mite ecclesiæ:vt per has compositiones†non possit remitti pœna.ad q̄ quis esset condemnatus parti.quod no. ¶Oppo.de.l.quamuis.ff.eod. Sol.fateor ꝙ patronus potest remittere:non autem per rescriptū,&c.

VEnia edicti. Reuerentia,quæ debetur patrono, & quæ consistit in non faciēdo, debeť hęredibus patroni,etiam extraneis.hoc primo. Item erranti in iure,quasi naturali non succurritur.hoc secundo. Item pœna quæ debetur patrono à liberto vocante in ius,sine venia nō remittiť per rescriptum.hoc dicit.& habet tria dicta.Secundum incipit ibi: nec in ea re. Tertium ibi:cum igitur. ¶Opponitur:contra primum dictum de.l.liberti.ī.de ope.lib.Sol.quòd quædam sunt operæ consistentes in non faciendo:ut puta de non vocando in ius sine venia.& iste debentur extraneis.aliās secus:vt in contrario. ¶Item oppo.de.l.j.§.sed & si sub conditione.ī.de lati.liber.tol.Sol.vt ibi. ¶Item oppo.dicitur,ꝙ filij liberti debent hanc reuerentiam.Contra de.l.fi.ī.de lib.& eorū liber.Gl. dat duas sol.Ista est vera,ꝙ filius liberti ipso liberto viuente,reuerentiā debet:vt hic,sed eo mortuo non:vt in cōtrario.de q̄ dic,vt ibi no. ¶Itē opp.& videtur,quòd sicut extranei hæredes liberti,non debent reuerētiam patrono:ita libertus non debet reuerentiam extraneis hæredibus patroni.cuius contrarium dicitur hic.vt.l.heres.ff.de obsequijs.Sol.gl. no.ꝙ in leg.contraria ex parte liberti,versatur odium:& ideo restringitur.Ex parte verò patroni versatur fauor. ista sol.fundatur per.l.cum quidam.ff.de libe.& posthum. ¶Contra secundum dictum,opp. diciť hic naturali ratione,&c.Contra: quia naturaliter omnes homines sunt liberi:vt.§.j.insti.de iure naturali.Solu.gloss.ꝙ differentia est inter ius naturale,secundum quod omnes sunt liberi:vt in contrario,& rationem naturalem.Nā naturali ratione quilibet est obligatus benefacere sibi benefacienti:& de tali tunc loquitur tex.noster.Itē op.cōtra tertium dictum hic, quòd non potest impetrari per rescriptū.Cōtra de.l.rescripta.§.de preci.Impe.offe.Sol.no.gl. ꝙ aut loquimur de pœna applicanda fisco: & illa potest remitti.Aut loquimur de pœna applicanda parti:& ista non potest remitti per rescriptū, vt hic.Potest valere ista sol.ad istud:quia fiunt tota die reformationes quòd exbanniti rebanniantur soluta quarta parte pœnæ,& reliqua eis fit remissa.Pone,ꝙ qs erat bannitus. puta in centum dandis & soluendis committi, & in centum dandis & soluendis parti vigore alicuius statuti:nunquid reformatio se extendet ad hunc exbannitum in quantum tangit pœnam dandam parti?dic ꝙ nō per so.gl.& arg.eorum,quæ not.in.l.j.ff.ad Sill. facit ꝙ no.per do.ī.l.j.§.vsq; adeò.ff.de iniur.Bar.

SVMMARIVM.

1 *Lis inter patrem,& filium, quando esse possit,& nu.3.*
2 *Venia Si petita non fuerit, nec exceptum per patrem, an ualeat processus.*

QVi in potestate. Pater, vel mē, non potest vocari in ius sine venia.h.d. ¶Opp.& videtur, ꝙ inter patrem

1 & filium† possit esse lis:vt.l.si quis à liberis.ī prī.de lib.agno. So.regula hic posita fallit in casibus, qui ponuntur in.l.lis nulla.ff.de iudi.&.§.de epi. audien.l.si lenones. ¶Quærit, quid si fuerit cita-

2 tus venia non petita?an vitietur processus†Gul. de cu.dicit,ꝙ non. Nam petitio veniæ non est de substantia iudicij:ꝙ apparet: quia patronus pōt remittere.vt.l.cū quis.ff.e. quod nō esset si esset de substantialibus iudicij: vt dicam in authē.offerať. ī.de lit.contest.Canonistæ tangunt in.c.sæpe contingit de verbo.significa.in cle.&c.

QVi in potestate. Parentes non pñt vocari ī ius sine venia.h.d. ¶Op.de.l.si qs à libe.ī prī.de lib.agno.d.l.si lenones.ff.de epi.

1 aud.So.regula est,†ꝙ lis inter patrē.& filiū ī potestate constitutum,non potest esse.Fallit in iuribus contrarijs.Fallit in castrensi, vel quasi peculio:& in alijs casibus notatis in.l.lis nulla.ff.de iudicijs.Et ad prędicta facit,quod not.in.l.si socer. in prin.ff.solu.matri. Tetigi in auť.sed cū quis.ī. de rei vxo.acti.Itē quæro, quid in filijs adoptiuis? dic.vt in glo. ¶Quero,pone,filius emancipatus egit contra patrem:& factus est processus:nō reperitur ꝙ venia fuerit petita.Quero nunquid ꝓcessus vitietur?primò videtur ꝙ sic:quia cū citatio sit fundamentum processus:vt.§.co.in rubr. & citatio non habet solennitatem, q̄ requiritur, vt hic:ergo dicitur vitiari.In contrariū dicit Gu. in.l.cū quis.ff.e.per illam & eandem.l.quamuis.qa & ipse patronus volens,potest citari etiā sine venia.vnde si non appareret cōtradictio patris, nō irritať ꝓpter hoc processus. dic vt ibi per eum. ¶Quæro:nunquid pater contra filium agētem & veniam non petentē possit exceptionem opponere:& pœnā.l.aureorū petere.docto. dicunt ꝙ possit de quo vide Cy. ¶Not.ꝙ inter patrem & filiū non pōt esse lis,in his q̄ presupponunt actionē ciuilē,& naturale:sed per officiū iudicis bñ pōt esse lis.Hoc ꝓbať.ī.l.si socer.in gl.ibi posita ff.so.ma.& facit ꝙ no.gl.ī.l.Imperator.ff.ad tre. &.l.vbi purē.e.Tit.ꝙ istud sit verū, ꝓbať. Pater debet filio alimenta,& per officiū iudicis tenetur & tamē pater potest esse in iudicio cū filio,& ecōuersò pro alimentis sibi præstandis:vt.l. si quis à liberis.ff.de liber,agno.Bar.

De pactis. *Rubrica.*

¶In hac rubrica cōtinuabo tibi quasi oēs rubricas vsq; ad ti.de iudi.Imperator dicturus de indicijs præmisit de edendo,& de in ius vocando : iō qa postq̄ quis est citatus, q̄nq; contingit, ꝙ amici se ponūt ī medio:& faciūt ꝙ actor faciat reo pa

POMATES.

a ¶Sicut bonis. rō autē hui⁹ tex. esse pōt,qa cū maritus & vxor sint socij diuinę & humanę domus,vt.l.aduersus.ī. de cri.expi. hære.& etiā duo ī carne vna.c.debitū extra de biga Certè non possit molestari vxor, qn ēt molestareť vir,iurib⁹ alle.ī gl. & .l.j.§.itē aut.ff. de iniur. Aduertē tū,qa ista rō cōfundit glo.dū vult,ꝙ nō fit idē ecōuersò cōtra quā facit:qa nō incōuenit maritū ab vxore venu stari:vt est glo.l. si voluntate. & ibi Barto. de dote ꝓmis. facit gloss.in §.generaliter.inau thenti.cōst.q̄ de digni.colla.vj.nō obtinet tex.alle. ī gl. qa rō loqť in opa reuerētiali,de qua hic:sed alijs terminis: vt patet per Bart.in.l.sequen. proxi.

a ¶Conditionis.Pro hac,q.vide Bar.qui plenius loquitur in.l. ſi quis ſeruum.ff.de condi.& demonſtra.& vide ibi Io.de Imo.& per Bar.in.l.ab omnibus.§.ſi à Titio.de leg.j.And.Bar.

b ¶Conditionis.Adde vnum verbum per Bal.conſ.liiij.lib.j.

c ¶Quæſtionē.Adde videndum pulchrū caſum,per Bal.conſi.lvj.li.iiij.

POMATES.

d ¶Conditione.Et aduerte:qa ille textus loquitur ī iure de futuro,pendēte tñ à die certa.

POMATES.

e ¶Nec ſpe. Quia ibi nullū erat fidei cōmiſſum, & licet ibi re vera eēt mortua:tamen ex quo erat dubium peres volentem paciſci,nō poſſum⁹, dicere,ꝙ aliquam ſpē haberēt: quia non ſufficit habere potētiā paciſcēdi: niſi etiam quis ſciat ſe illā habere poteſtatem.arg.l.hæres inſtitut⁹. in fi.ff.de acquir.hæred.&.l.q̄ro.vbi p Bart.ff.de eo,qui ꝓ tu.&.l.is q hæres.§.j.ff.de acqui,hered.quā potentiā,non poſſumus dicere:ꝙ dubius ſciat ſibi competere:cum æquiparetur ignorāti,vt p bar.ī.l.manifeſtis.

f ¶Vlteri⁹ ad iſtud Adde glo.& do.ī c.ex multiplici.de decimis.

POMATES.

g ¶Abſente parte Et vltra iſtos duos caſus hic,ꝙ valebit renūciatio ſimplex iuris de futuro,ſi eſt iuramento firmata.& per Cu.& ibi Alexā,in lege,is q hæres.ff.de acqui,hered,& clarè hoc tenet Ang.ī.l.ſi qs poſthumos.ff.de lib.& poſth.

POMATES.

h ¶Et ſpe.Hoc intelligere,& ſpe hoc eſt iā deducta ad eſſe:als em̄ īplicaret,ꝙ quędā nobis cōpetant cum ſpes ſit de futuro,& ita patet ex exēplis Bart,

POMATES,

i ¶Ius rea.Bart,vř tenere cōtrariū.in l.nō ſolū.§.ſi liberationis.ff.de libe.leg.dū ibi alleg.l.poſtq̄ liti.ĵ.co.niſi dicas,ꝙ ibi loquiř qñ res eſſet penes aduerſariū:hic verò ecōtrà.vide etiā Alexan.conſi.xiij.in.ij.dubio.volu.j.& etiā vide ad hoc Ange.Are.in.§.idē iuris.col.xxv.inſti.de except.

k POMATES.¶Non valet.& vtrū ius ꝙ cōpetit ſpe,& non re,poſſit remitti pacto,aut ſimplici renūciatione:& pacto pōt tolli: vt hic per Bar.dic,ꝙ tolliř nō ipſo iure,ſed ope exceptionis.ita Raph.ī cōſ.cxliiij.co.v.circa fi.et.hoc etiā videř hic ſentire Pau.de ca.ī.iiij.colū.ver.reſtat & Ange.Are.ī.§.idē iuris.col.xxv.inſti.de exce.vbi vide plenè per eum cū duabus ꝓcedē.& ex ibi not.p eū col.xxiiij.in fi.colliges.q̄ ſit rō diuerſitatis inter pactū & ſimplicē repudiationē.& de iſta materia vide etiā Ab.ī.c.ex mltiplici.extra de deci.do.de Ro.deci.ccxcj.in nouis.Bal.in.l.ſed & ſi quis.§.q̄ſitū.ff.ſi quis cau.hoc tñ limita:vt per Alex.in.l.poſtq̄ liti.co.ij.ĵ.e.p not.p Bart.vbi vide q̄ addidi.& ꝙ valeat renunciatio facta ī iudicio:vide ēt Ro.conſil.xxij.& Imo.conſ.lxij.

POMATES.

l ¶L.fi.Aduerte etiā q.d.l.fi.videř obſtare Bar.dū alle.l.ſi rē meā.niſi dicas,quòd dictū Bar.debet intelligi ī caſu poſsibili,qñ pōt fieri pactū ſuper hæreditate viuentis:puta hominis īcerti.iuxta.l.iij.§.de illo.ff.p ſocio.vt videbit ī d.l.fi.& dū Barto.hic etiam alleg.d.l.ſi rē meā.vide qd per hoc ſcripſi ad Bar.in.l.ꝙ ſeruus.ff.de cōdi.ob cau.& ad hęc videro.conſi.xxij.co.j.& Imo.conſili.lij.& Car.conſi.cxxix.col.j.& Sozi.conſil.ccxxx.

ctū gratuitum:ideo poniř hic rub.de pact,Qñq; tranſigitur:ideo hic ſequitur de tranſactionibus. Quandoq; nullo modo poſſunt concordare:ſed omnino intendunt litigare:& tunc eſt neceſſe ꝙ interueniat aduocatus:ideo ponit titu.de poſtulando,& de aduocatis.& poſteà debet interuenire.ꝓcur.ideo ponit tit.de procu.Et quia in prędictis,qñq; aliqui lęſi reſtituuntur ratiōe ætatis;vel abſentiæ:ideo conſequenter ponit tit,de in integ.reſtitu.poſteà venit liber de iud.&c.

SVMMARIVM

1 *Fideicommiſſum dicitur conditio.*

2 *Teſtator ſi grauet filios in morte,de reſtituendo,ſi deceſſerit ſine liberis,& in codicillis reuocauit conditionem,uidetur remittere fideicōmiſſum.*

3 *Renunciare iuri de futuro,quando quis poßit?& nu.5.*

4 *Ius quod nō competit,nec re,nec ſpe,non poteſt cum pacto remitti.*

5 *Pactum factum de futura ſucceßione mortui ualet.*

6 *Pactū factū contra uoluntatem teſtatoris ualet.*

7 *Cōuentionibus innominatis interpoſitis q. quis nō poßit agere,niſi primò impleuerit ex parte ſua.*

8 *Cautio Mutiana,an habeat locum in cōtractibus?remißiuè.*

a CONDITIONIS.[a] Fideicommiſſum ex futuro euentu pendens poteſt per pactum remitti.hoc dicit.Diuiditur in duas partes. Primò ponit dictum in genere. Secundò infert ad ſpeciem.Secunda ibi:cum igitur.&c.¶Nota.principium cum glo.Dicit tex.
b conditionis[b] incertum;quòd totum ipſum fidei-
1 commiſſum † dicitur conditio.¶Nota ad quæ-
c ſtionem,[c] de qua conſului.Teſtator grauauerat filios de reſtituendo in morte,ſi quis deceſſerit ſine
2 liberis:† poſtmodū ī codicillis ademit conditiōem quam filiis ſuis impoſuerat.Dicebatur poſteà,ꝙ fideicommiſſum debebatur:quia ſola conditio fuit adempta,ſi deceſſerit ante grauamen.Allegabař, ꝙ ſola conditio erat remiſſa:non autem fideicommiſſum erat ademptum.Sed ego conſului contrarium;& inter alias rationes fuit vna:quia quod dicit teſtator:remitto conditionem:videtur remiſiſſe totum fideicommiſſum conditionale:vt hic patet.Nam conditionem appellauit totum fideicōmiſſum.Ratio,qua me fundaui fuit iſta,quia etiā ſi diceremus fideicommiſſum remanere:nullius eſſet momenti.Nam tantum deberem ego tibi,q̄tum tu mihi.& ſic nullum:vt,l,ab omnibus.§.ſi à Titio.de lega.j.& ibi dixi,&c,¶Venio ad gloſ.& oppo.iuri de futuro non poteſt renunciari:vt
d l.ſi ita ſcriptum.§.ſi ſub conditione.[d] ff.de lega.ij,
3 Sol.† non poteſt renunciari ſimplici renunciatione:vt in cōtrario.ſed per pactum ſic:vt hic diciř. Ratio:quia pactum nititur conſenſu duorum:renunciatio conſenſu vnius:ideo eſt maioris firmitatis.ita dicit glo.magna.no.¶Sed contra hoc oppo.de.l.nec nos.ĵ.de capti.dicit glo.ibi fuit error
4 vel dic,ibi erat ius† quod non competebat re,nec
e ſpe:[e] ideo nec per pactum poteſt remitti.Ita loquitur ibi.& vide gloſſ.tuam.¶Item oppo.ff.quo.legat.l.j.§.quòd ait.el.ij.glo.dicit,quòd illud magis accedit repudiationi,quàm pacto. Tu dic,& melius quòd ibi interdictum quo.leg.aliâs bonorum.hæredibus non competebat nec re,nec ſpe, antequàm adirent hæreditatem,vel bonorū poſſeſsionem peterent.& ideo per pactum non po-
f teſt remitti.¶Vlterius ad iſtud[f] oppo.extra glo.de,l,in plurium.ff.de acquiren.hæredita.& de cura.bono.dan,l.j.&.ff.à quibus app.non licet.l.j.§.j.&c.ĵ.de temp.ap.l.fi.circa fin.Sol.gl.ī.d.l.j.de cura.bo.dan.dicit,ꝙ renunciatio ſimplex ſi qdē fuit facta in iudicio,valet:vt leg.contrariis.ſi fiat extra iudiciū nō valet.ita loquitur quod dictum eſt.s.Et iſtud eſt benè dictū.Alij dicunt:aut renūciatio fit parte præſente:& valet:ita loquitur hic.
g Aut abſente parte[g] & non valet:vt dicta.l.ſi ita.§.ſi ſub cōditione.cū ſimi.Et iō ſi fit ī iudicio,valet propter pręſentiā partis,vel iudicis.iſta eſt opi.Iac.de Are.quę placet mihi.licet quidam contra. quia verba renūciationis facta parte præſente habent vim pacti obligatorij de non petendo ī futurum:vt.l.tale pactum.in princi.ff.de pac.¶Pro declaranda igitur iſta materia perfectius,q̄ tetigerim in ſolutione contrariorū:diſtingue tres caſ⁹. ¶Quędam ſunt iura,quę verè competunt nobis
h re & ſpe.[h] Quędam quæ nobis competunt,ſpe.& non re.Quędam quę nobis non competūt,nec ſpe nec re.Primo caſu,ſi quidem illa iura nobis competūt reabſq; aliquo facto noſtro,ex diſpoſitione leg.vel teſtatoris:vt legata:q̄ à die mortis q̄runtur ignoranti:& hæreditas quę quęritur filio ſuo ignorāti:tunc pōt repudiari,& p pactū remitti.& nō eſt dubiū:vt.l.fi.ĵ.de repu.hęre.&.l.ſi qs ita.ff.de cōdi.inſt.& quod ibi no.l.ſeruū filij.§.j.ff,de leg.j.Si verò nobis competunt ex aliquo facto noſtro:tūc ſi eſt ius perſonale,nullo mō poteſt tolli renunciatione:ſed requiritur pactū factū parte pręſente.quod apparet:quia alteri paciſcendo alteri nō acquiritur;vt.l.fideiuſſoris.& ibi.no.ff.de paç.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.de ver.obli.¶Si
i verò eſt ius reale:[i] tunc ius poſſeſsionis poteſt perdi ſimplici renūciatione:ius dominij,non:vt.l.ſi quis.§.differentia.de acquir.poſ.Quādoq; eſt ius quod competit ſpe,& non re:& tunc per pactum poteſt remitti:vt hic.In ſimplici verò renūciatiōe dic:aut fit parte p̄ſente;& idem qa habet vim pacti:vt.l.tale pactum:in princi.ff.de pact.Si pte abſente:tūc in iudicio ualet:vt.l.j.de cura.bo.dan.& ibi no.cū ſimilibus.alleg.s.Si extra iudiciū:non
k valet:[k] vt.l.ſi ita.§.ſi ſub conditione.ff.de leg.ij.cū ſimi.¶Quandoq; eſt aliquod ius,ꝙ non competit,nec re,nec ſpe:& iſtud ſi quidem verba renūciationis,vel pacti,ſapiant diſpoſitionem de p̄ſenti nullo modo ad aliud ius futurū porrigūtur:vt ĵ,de capti.l.nec nos.ff.quo.le.l.j.§.quod ait.Sed ſi verba pacti porrigerentur in futurū,hoc modo ſi quo tempore res ad me pertineret,etiam ex cā de futuro,facio tibi pactum de non petendo:& ſimilia verba.Tunc puto,ꝙ illud valeret.arg.ff.de verbo.ob.l.ſi rem meam.facit ad hoc.ff.de vſucapio.l.cum vir.ꝙ ibi no.¶Modò expeditus ſum de primo.¶Op.ꝙ nō valeat tale pactum:qa èſt
l de futura ſucceſsione:vt.ĵ.eo.ti.l.fi.[l] & de colla.l.
5 pactum.Sol.glo.hoc optimè.hic tractatur de ſucceſsione iam mortui:ibi de ſucceſsione viuentis,& vide gl.ex qua no.ꝙ per fideicommiſſum iniūctū inter fratres,nō ſuccedit frater fratri:ſed ſuccedit defuncto,Iō iſtud pactū eſt de hęreditate defuncti nō de hęreditate viuentis.¶Itē op.voluntas teſtatoris eſt lex;vt in auř.de nup.§.diſponat.ſed pactū cōtra leg,nō valet:vt,ĵ.e.l.pacta q̄ cōtra Ergo nō valet pactū cōtra voluntatem teſtatoris. So.hic teſtator non prohibuit fieri pactū:& vide
6 gl.Videte† domini:innuit iſta glo.quòd pactum contra voluntatem defuncti,nō poſſet fieri.truffa eſt,ſi pactum eſſet prohibitum per defunctum fauore alicuius poſſet fieri pactum contra voluntatē defuncti,volēte illo,in cui⁹ fauorem teſtator diſpoſuerat:vt.ff.de leg.ij.l.cum pater.§.libertis.de lega.j.l.nihil.§.j.ĵ,de fideicom.l.quoties.ꝙ ergo dicitur:voluntas teſtatoris eſt lex:verū eſt ī fauorem eius in cuius fauorem diſpoſuit.ſed hic pactum fuit factum inter eos,in quorū fauorem fuit facta diſpoſitio.ideo ſi teſtator prohibuiſſet nihil releuaret.¶Opp.vlterius,ꝙ iſtud pactū debeat irritari,quaſi non ſecuta cauſa,ꝓpter quā pactū fuit factum

BIBLIOTECA UNIVERSIT

a ❧POMATES. ¶Litis contest. Aduerte tamẽ, ꝙ gl. nõ dicit hoc, ꝙ ille titu. loquatur tm̃ qñ est res dubia propter litem: non autẽ alio mõ quia hoc esset cõtra leg. primã. ff. de trãsac. Et si dicaẽ: quare ergo ista lex non fuit posita in ti. j. sicut. l. de alimẽtis. in. η. rñ. respondeẽ ꝙ sic placuit compilatoribus: & in hoc non erat ius. vt hic ꝑ eũ. & vide hic Alexand.

❧POMATES.

b ¶Inducitã lege. Vide Bal. ĩ ru. C. q admit. ĩ. vlti. col. in. viij. q. & Barb. consi. xx. col. xx. ĩ fi. ij. vol. & q̃ sit vtilitas in terminis leg. nostrę: an pactũ dicaẽ expressũ vel tacitũ: dic ꝙ ĩn terminis leg. nr̃æ, nõ est sublata naturalis obligatio: qa heres tenebaẽ: Sed tm̃ ciuilis elisa: Si verò pactũ fuisset expressum, fuisset sublata naturalis. ita videẽ velle bar. ĩ. l. rescriptũ. §. fi. ff. e. & ĩ. l. pacta q̃ cõtra. ĩ ver. venio ad secundam. ĩ. eodẽ. dũ alle. d. §. fin. ĩ. d. l. rescriptũ ff. eo. Posset dici, ꝙ tale pactũ iudicaẽ eo, ꝙ p̃sumiẽ ꝙ vẽditor hęreditatis sit cõtentus, ꝙ emptor satisfaciat creditorib⁹. cũ sit vtile & certè ĩtellectus Bar. nõ est verus: qa illo attẽto, deberet dari exceptio doli hęredi: ꝑut loqẽ text. ĩ. d. §. fi. nõ ãt pacti taciti. vt hic dicit text. & vide Pau. de ca. ad istũ tex. ĩ. l. si cũ emptor. ff. e. ĩ. ij. columna.

c ¶Tenemẽti. Ad de Fede. cõs. cclxvij. & cõsuluit Ro. cõsi. ccxcv. contra cõmunẽ opi. Cyn. ꝙ dõatio facta absenti valeat absq; nũcio, vel epistola dummodo aliquã liter certificetur.

fuit factũ: nam iste filius non decessit sine liberis. Sol. vt in gl. & bene. Itẽ opp. & videẽ ꝙ hæc. l. sit malè situata: nã debuit poni in ti. ĩ. de transac. Sol. dicit gl. ille tit. loquiẽ qñ res est dubia ꝑpter li. cõ
a cõtes. [a] hic qñ est dubia alia ratione: tunc est magis pactum, q̃ transactio. Ego dico, ꝙ etiã si esset trãsactio optimè staret ĩ hoc ti. quia hic titulus est generalis ad oĩa pacta, transactio est pactum, ergo, &c. ¶Quæro, posito, quod fili⁹ illum sextãtem non tradidisset: an posset agi cõtra eũ vigore hui⁹
7 cõuentionis. Breuiter † aduerte: ex istis conuentionibus innominatis non potest agere ille, qui non impleuit contractum ex parte sua: vt. l. naturalis. §. j. ff. de præscrip. ver. & l. ex placito. ĩ. de re. permu. Modò ad propositum, quando verba conuẽtionis fuerunt ita concepta: dabo tibi sextantẽ, vt non petas fideicommissum iniunctum ĩuicem à patre: & tunc iste sextãs non posset peti. Ratio: quia ille qui promisit, nõ potest vnq̃ implere cõtractum ex parte sua. Si eñ non peto hodie, possum petere cras: ideo si non potest implere ex sua parte, nũq̃ habebit actionẽ ex tali pacto: sed si verba conuentionis essent ita concepta: dõ tibi sextãtem, vt tu remittas ius fideicõmissi: certè istud remitti potest fieri incontinenti. & ideo impleto cõtractu ius remittiẽ. & sic haberet actionẽ. De hoc dicã plenè. ĩ. tit. j. l. siue apud acta. & vide glos. no. ¶Quęrit gl. qñ fuit conuentum, vt non peteret,
8 an prę stando cautione † mutianã impleat cõtractũ ex parte sua. gl. dicit, ꝙ non: aliter videtur dicere in. d. l. siue apud acta. & ibi dicam. Et hanc gl. no. quia hæc gl. videẽ tenere, ꝙ cautio mutiana nõ habeat locũ ĩ cõtractib⁹. dicam vobis ĩ. d. l. siue apud acta. & dixi in. l. mutiana. de condi. & demon. &c.

CONDITIONIS. Ius fideicommissi conditionalis dependentis ex euentu potest remitti ꝑ pactum. h. d. ¶Et diuiditur in duas partes: quia primò ponit dictum in genere. secundò infert ad speciem. Secunda ibi: cum igitur. ¶Opp. & sum in gl. dicitur hic, ꝙ talis remissio valet. Contra de l. si ita scriptum. §. si sub conditione. de leg. ij. Sol. gl. ꝙ renũciatio iuris futuri simpliciter non valet vt hic. & est ratio quę est ĩ gl. ¶Sed contra dictã sol. op. de. l. nec nos. ĩ. de capti. & postli. reuer. So. vt in gl. ¶Item op. de. l. j. §. ꝙ ait. el. ij. ff. quo. lega. So. gl. ꝙ ibi illud magis accedit repudiationi, q̃ pacto. Ista so. vr̃ cõtraria solutiõi pręcedẽtis cõtrarij. de. §. si sub conditione: qa in. d. §, ꝙ ait. ĩter uenit consensus duorũ. & tñ nõ valet ista renũciatio, neq; nocet. Quare potes soluere melius, ꝙ ibi illud ĩterdictũ nõ cõpetebat hr̃dibus añ aditã hęreditatem, neq; re, neq; spe: sed in. §. si sub conditione, saltem spe competebat illud ius. & ita etiã in litera nostra. Sed in. §. si sub conditione renunciatio non valet, propter rationem, q̃ gl. assignãt. ¶Sed contra prædicta instatur de. l. j. ff. de cura. bo. dan. & ꝙ ibi no. de. l. is qui hæres. ff. de acquir. hęre. Pro quorũ solu. dicas sic, ꝙ quoddam est ius ꝙ competit re, & spe: quoddã est ius, ꝙ competit spe tm̃: quoddã est ius, ꝙ neq; re, neq; spe, mihi cõpetit. ¶Primo casu, aut competit mihi sine facto meo aliquo: aut ex aliquo facto meo. Prĩo casu, pone exemplum in legato, ꝙ quæritur ignoranti vt. l. cum pater. §. libertis. ff. de lega. ij. Item in hæreditate quæ deferẽ filio suo: tunc non est dubiũ, ꝙ isti iuri potest renũciari simplici renũciatione: vt. l. fina. ĩ. de repu. hære. l. seruum filij. §. j. ff. de legatis. j. Secundo casu dic, quòd aut est ius personale, & nõ potest simplici renunciatiõe repudiari quia nec alteri quæreretur: vt. l. fideiussoris. & ꝙ ibi no. ff. eodem. Si verò est ius reale, & tunc aut possessionis, aut dominij: si possessionis, perditur sola repudiatiõe: eo ipso, quòd deponit animum: si dominij, dic non perditur: vt. l. si quis. §. differentia. ff. de acquir. poss. ¶Secundo casu principali, vbi competit ius spe tantum: aduerte: quia aut istud ius repudiatur per pactum. & valet vt hic: aut repudiatur simplici renunciatione. & tunc dic secundum Iac. de Are. quòd aut renũciatio fit parte præsente, & valet, & operatur. imò dicitur habere vim pacti. ita intelligit Iac. l. tale pactum in princ. ff. eo. Aut fit parte absente: & tunc aut in iudicio, & valet: vt. d. l. j. de cura. bo. dan. & ibi no. Simile. no. in. l. is qui heres. de acqui. heredi. & in. l. in plurium. eo. titul. Si verò fiat extra iudicium, tunc non valet: vt. l. si ita scriptum. §. si sub cõditione. de leg. ij. ¶Tertio casu principali, vbi est ius, quod non competit mihi, neque spe: neq; re, tunc talis renunciatio nõ nocet: vt. l. j. §. ꝙ ait. el. ij. ff. quorum lega. quod est verum: nisi verba haberent se per modum, ꝙ possint trahi ad futurum ius. Puta, si contigerit mihi in futurum habere aliquod ius in tali re: ex nunc remitto per pactum omne ius in futurum competens: talis remissio posset operari. ar. l. si rem meam. ff. de verbo. obligat. Sed iuxta prædicta quæro, quę est ratio, quòd potest renunciari iuri pręsenti, & non iuri futuro. do. Iac. hic assignat hanc rationem, ꝙ ille qui renunciat, videtur velle à se abdicare aliquid: sed abdicare non potest id ꝙ non habet. Nam velle eius est, cuius est nolle: vt in regu. iur. Sed velle non dicitur, quo ad abdicationem id, ꝙ habere nõ potest: cum pendeat sub conditione de futuro: & ideo renũciatio iuris futuri, nõ valet. ¶Potest esse & alia ratio: quia renunciatio fit per verbum præsentis temporis, ꝙ tempus pręsens non comprehendit futurum tempus: vt. l. si à colono. ff. de verbo. ob. Et ideo renũciatio iuris futuri non valet: & ista est ratio. ¶Item op. & videtur, ꝙ istud pactum non valeat quia pactum de futura successione non valet: vt. l. si. ĩ. eod. glo. sol. ꝙ hic non fit pactum de successione viuentis: puta, quòd frater non succedat fratri: sed pactũ fit, quòd ex causa fideicommissi, non petatur legitima portio. ¶Opp. dispositio testatoris est lex in. §. disponat. in authen. de nup. col. iiij. Sed pactum contra leg. non valet: vt. l. pacta. ĩ. eo. so. glo. per interpretationẽ quia illud pactum dicitur contra. l. quod est prohibitum fieri: innuit ergo glo. quàm no. quòd contra dispositionem testatoris non possit fieri aliquid. per modum pacti. ꝙ est falsum: vbi ille cui est prohibitum potest facere pactum, vel consentire contra voluntatem testatoris: vt. l. cum pater. §. libertis. ff. de lega. ij. l. nihil proponi. §. j. de le. j. l. quoties. ĩ. de fidei commiss. Item op. & videtur, cum cessat causa propter quam fuit factũ illud pactum, videtur cessare ipsum pactum. vt. l. generaliter. s. de episc. & cler. Sol. quòd habere liberos non fuit causa finalis, sed impulsiua: sed remissio iuris fuit causa finalis. vt daret sextantem. ¶Item opp. & videtur quòd hæc. l. non sit bene situata. sub hoc tit. sol. vt in gloss. ¶Quærit glo. de duobus. Primò quærit glos. si iste sextans non fuerit traditus: nunquid possit agi: vt tradatur. glo. dicit quòd sic: considerãda tamen sunt verba. Nam si verba fuerint dicta per hũc modum do, vel promitto dare sextantem: vt non petas fideicommiss. tunc videtur, quòd nõ possit peti, si nõ est tradit⁹: rõ est: quia ille qui sextantẽ petit, nõ potest ĩplere contractum ex parte sua. ¶Quærit glo. nunquid hoc casu possit interponi cautio mutiana? glos. videtur dicere quòd non: quia cautio mutiana non potest habere locum, nisi in vltima voluntate. ita not. glo. in. l. mutiane. de condi. & demonstratione. Contrarium videẽ in. l. siue apud acta. ĩ. ti. proxi. verum est, quòd Gul. in. l. iij. ff. de cond. ob. cau. tenuit cõtra hanc glo. Barto.

☞ ❧SVMMARIVM.❧

1 *Pactum uerum requirit præsentiam partis; sed pactum tacitum inductum à lege, non.*

POST VENDITIONEM. Conuentione facta cum ꝓcuratore in rem suã: ex parte rei liberatur reus exceptione pacti taciti hoc. d. nota. l. ¶Oppo. & videtur, quòd reus sit liberatus ipso iure. vt. l. solutionem. ff. de so. Sol. ibi emptor suscipit iudicium animo nouandi: hic non. ¶Quæro: cum quo videẽ factũ istud tacitum pactum. glo. dicit inter creditores, & reum principalem. & vide glo. contra. quia pactum requirit præsentiã personę: & consensum. vt. l. j. ff. eo. sed hic hæres non erat præsens, quando emptor conueniebatur: ergo non est factum pactum sibi. Et io possumus dicere quòd glo. non dicit bene. Sed pactum videbatur factũ istis emptoribus, quod pactum prodest hæredi; quia illi emptores erant ei⁹ procuratores: licet in rem suam. vt. l. rescriptum. §. fi. cum. l. seq. ff. eo. vel
1 dic verius sustinendo glo. † quòd pactum verum & expressum requirat pręsentiam personę. ita loquitur. l. j. ff. eodẽ. Sed pactum tacitum quod
b inducitur [b] à lege, ex aliquo facto, non requirit personę præsentiam. vt
c hic. quod perpetuò tenemẽti, [c] &c.

POST VENDITIONEM. Agente creditore contra emptorem hæreditatis: q̃ritur, exceptio taciti pacti venditori. hoc dicit. ¶Opponitur. dicitur hic, quòd vẽditor videtur se posse defendere per exceptionem. contra: quia ipso iure est liberatus: vt. l. solutionem: ff. de solutio. So. vt in glo. ¶Dicitur in tex, exceptionem taciti pacti. quæro inter quos videaẽ esse factum istud pactum. glo. prima dicit, ꝙ est factũ inter venditore & creditorem. Istud non est verũ. Ratio: quia cum pactum habeat consensum, requirit præsentiam partis: vt. l. j. ff. eo. Sed venditor nunquã fuit præsens: vt ex tex. colligiẽ: ergo malè dicit. tñ sustine gl. secundũ do. Ia. ꝙ est verũ ꝙ pactum expressum requirit pręsentiã partis: vt in cõtrario

non tacitum, vt hic. ¶ Opp. quòd exceptio iſta non poſsit competere hæredibus, ſeu venditori, cum non fuerit præſens. Soluunt Moderni [a], ꝙ ex actu qui fit tacitè iudici, per ipſam legem ſemper exceptio pacti operatur ſine preſẽtia. ita hic ex actu ſpontaneæ ſuſceptionis. lex vnum tacitũ pactum inducit. & ideo prodeſt etiam abſenti: vt in ſimili probatur in. l. item quæritur. §. qui ĩpleto. ff. locati. vbi lex, quod fortius eſt, ex actu inducit pactum obligatorium, & per abſentiã. & per hoc ſoluuntur omnes leg. ſcilicet. l. conſenſu. ff. de act. & oblig. cum glo. ſua. & . l. labeo. ff. de pac. quę requirunt præſentiam, vel nũcium, vel epiſtolam inter abſentes, in omni actu inter viuos. ¶ Quærit glo. fin. quam ſigna: quid ſi vnus creditor egit contra venditorem hæreditatis: aliis nũquid pręiudicet? glo. dicit quòd non. Bar.

SEruus. Summariũ patet ex leg. ipſa. ¶ Oppo. de. l. fi. ĵ. de acqui. poſ. Solu. glo. diſtinguit. & benè. Et breuiter capias ſic: aut loquimur in acquirendis: aut iam quęſitis. Si in iam quęſitis: tunc aut delinquendo, aut contrahendo. Si in contrahendo: aut in ipſo contractu, aut ex poſt facto. [b] Modò habes gl. tuam quam vide.

SEruus Seruus paciſcẽdo poteſt domini conditionem meliorem, non deteriorem facere hoc dicit. ¶ Opponi. de. l. fina. ĵ. de acquir. poſſeſ. & . l. iij. ĵ. de hæredi. inſtituen. Solue, quòd contraria loquuntur in quęrendis: hic verò loquitur in iã q̃ſitis, diſtinguit tamen gloſſ. Not. quòd aut nos loquimur in delictis: aut in contractibus. Si in contractibus; aut in re peculiari, aut dominica. Et ſi in peculiari not. regulam, & ſeptem caſus exceptos in glo. quam no. Bar.

SVMMARIVM.

1 Pactum, ſeu renũciatio facta ſuper re aliqua, porrigitur etiã ad præambulum ipſius rei.
2 Renunciatio facta inſtantiæ, ut ualeat, intelligitur, q. ſit renũciatum cauſæ. & nu. 4.
3 Renũciatum inſtantiæ & cauſæ, quando tẽporis lapſu uideat?
4 Renunciatio inſtantiæ per quæ uerba fiat?
5 Renunciatio inſtantiæ, an poßit fieri etiam ante litem cõteſt.
6 Renunciatio inſtantiæ, quando poßit fieri parte abſente? & numero. 12.
7 Renunciationis effectus qñ renunciatur iuri & cauſæ.
8 Exceptio, quæ oritur ex renunciatione facta liti, impedit litis ingreſſum.
9 Inſtrumenta ſi ſunt relicta in manu iudicis, an dicatur renũciatum titi?
10 Procurator, quando poßit renũciare liti, & exceptionibus.
11 Renunciatio quando fit liti tacitè, uel expreſſè; an neceſſario requiratur cauſa.

POſtquam. Breuiter hoc dicit: q renunciat liti motæ, videtur renunciare liti & cauſæ. hoc dicit. ¶ Opponi. extra gloſ. pactum non porrigitur ad aliam rem, quam de qua eſt actum: vt leg. ſi vnus, §. pacta. ver. & in ſumma. ff. eodẽ. Sed hic fuit renũciatum liti tantum, hoc eſt inſtantiæ: ergo non debet porrigi ad caſum: vt ipſius actiõis
1 ius videatur eſſe remiſſum. Sol. † Domini pactum ſeu renunciatio non porrigitur ad aliam rem: concedo, niſi illa res ſit præambulum ipſius renunciationis de neceſsitate: vt. l. illud. de acquiren. hęredi. Et eſt ita in propoſito. Nam de iure iſto, nõ poteſt renunciari inſtantiæ, poſtquam lis eſt mota: vt. l. edita ſupra titulo ſecundo. Sed ſi volo re-
2 nunciare ipſi cauſæ poſſum. vnde † ad hoc, vt valeat renunciatio facta inſtantiæ, intelligitur, quòd præcedat renunciatio [c] cauſæ: ſine qua inſtantiæ renunciari non poteſt. ita loquitur hic, & hoc perpetuò tene menti. ¶ Opponitur & ſum in gloſ. in fine. ĵ. de iudic. l. properandum. §. fina. [d] Solu.
3 Quædam † eſt renunciatio tacita inſtantiæ, q̃ fit per curſum temporis. Et per illam non videtur renunciari cauſæ, ſeu iuri: vt ibi. Ratio eſt: quia à iure ſtatuitur tempus inſtantiæ ſolum, & non cauſæ: ſed ſi à iure, vel à iudice ſtatueretur tempus inſtantiæ, & cauſæ: tunc per curſum temporis renũciaretur vtriq;: vt infra de appella. authent. ei qui appella. & infra qui accu. non poſ. l. ſi ea. ff. de accu. l. Titia. [e] ¶ Modò quęro, & ſequor gl. per quę verba fuit facta iſta renunciatio. tex. videtur, qđ per hæc verba: renuncio liti. hoc videtur etiã velle gloſ. j. Secunda gloſ. videtur ponere alia verba quòd dixit ſe nunquam venturum ad cauſam. Et
4 vide iſtas glo. ¶ Sed † quocunq; modo fiat non curo quia cum non poſsit renũciare inſtantiæ: niſi renunciet iuri: intelligitur pręcedere renunciationem iuris: vt. d. l. illud. eidem dico ſi dixit: renũcio inſtantiæ: nam per hoc videretur renunciare iuri in dubio: vt dixi. Sed ſi diceret renuncio inſtantiæ reſeruato mihi iure cauſæ: tunc iſta renunciatio non valeret: quia renunciatio inſtantiæ, et non cauſæ, non valet: vt argument. l. ſi quis vi. §.
5 differentia. de acquiren. poſſeſ. ¶ Quęro, quo † tẽpore debet fieri iſta renunciatio. dicit gloſſ. poſt lit. conteſtati, & hoc probat iſte text. dum dicit: poſtquam liti. de pręodio motæ, &c. ergo à contrario ante litem conteſta. non valeret renunciatio: niſi per pactum, vt vidiſtis. š. eodem. l. j. & vide gl. Pet. de bel. ; pertica videtur dicere, quòd etiam ante lit. conteſta. valeat hæc renunciatio, ſi fiat in iudicio: vt dixi. š. eodem. l. j. ſi extra iudicium, tunc verum diceret glo. ¶ Aduerte: dico [f] quòd ſecundum tempora iſta glo. dicit veritatem: quia ante lit. conteſta. poteſt quis renunciare liti, ſeu inſtantiæ tantum, ita quòd non cauſæ. Nec enim cogebatur quis procedere: ſed circunducebatur edictum. vt. l. & poſt edictum. ff. de iudic. Et habetis. infra de iudi. l. properandum. §. j, vnde tunc cum renunciatio cauſæ non eſſet neceſſarium præambulum, ad renunciationem litis. ſeu inſtantiæ: hodie verò poſt actionem poſitã, & parte citata, nõ poteſt actor deſiſtere: vt in authent. qui ſemel. ĵ. quomodo & quando iudex. Et ideo tunc eſſet eadem ratio, quæ eſt in hac leg. poſt lit. conteſt. Sed ſi aduerſarius non eſſet citatus, procederet dictũ glo. Nec ob. quod dicit Pet. quòd renunciatio in iudicio habet vim pacti: quia concedo iſtud in eo in quo quis vult renunciare ſed hic non vult renũciare cauſæ: vt eſt cauſa: quare ad illam cauſam nõ extendatur talis renunciatio. cum poſsit renũtiare inſtantię, retento ſibi illo iure cauſæ. ¶ Quęro vtrum iſta [g] renunciatio requirat partis præſentiã gloſ. dicit quod non curo, quia poteſt fieri parte
6 præſente, & abſente. & vide glo. iſtud: † quod gl. dicit, quòd valeat abſente aduerſario. intelligo ꝙ eſt verũ, ſi ibi iudex eſt præſens, tanquam publica perſona recipiens pro aduerſario: aliâs abſenti non prodeſt: vt. l. certũ. §. ſi quis abſente. ff. de confeſſ. & . l. fi. de interro. act. non ob. glo. quæ eſt ĩ. l. non ſolũ. §. ſi liberatiõis verba. ff. de lib. leg. vt ibi dixi. ¶ Quæro vltimò, quid iſta renunciatio tri-
7 buat aduerſario: † eo caſu, quo videtur renunciari iuri, & cauſę. Reſpon. breuiter. quandoq; actor renunciat cauſæ. per hoc quæritur reo exceptio pacti, vel doli. ita loquitur hic. Ita intelligit gl. in d. l. non ſolum. §. ſi liberationis verba. Quandoq; renunciat reus: & tunc ſi quidem actor habebat actionem, quæ elidebatur exceptione: per iſta verba paratur actori replicatio: eadem ratione. qua actore renunciante paratur reo exceptio: ſed ſi ipſe actor nullam habebat actionem: ex iſta renũciatione, vel pacto, ipſam non poteſt conſequi: vt lege iuriſgentium. §. quinimo. & . l. ſi vnus. §. pactus. ff. eodem titulo. ¶ Vltimò. not. vnum, quòd
8 exceptio, quæ † oritur ex hoc pacto, vel renunciatione facta liti, impedit litis ingreſſum. Et ſic poteſt opponi ante lit. conteſta, & impedit eam, hoc apparet ex iſto tex. in duobus. Primò in eo quòd dicit, cauſam finitam, &c. nam exceptio rei finitæ, ſine dubio impedit lit. conteſta, vt extra de lit. conteſta. c. j. libro. vj. & . l. eleganter. §. ſi qs poſt. ff. de cõndi. ĩde. Item ex eo, ꝙ dicit inſtaurari poſſe, nulla ratio permittit, quę verba reſpiciũt ipſum proceſſum

a ☞ In ver. op. qđ exceptio. Ibi: qđ ex actu. Aliqui codices ita habent: ꝙ ex actu, q inducit p ipſã leg. &c. vel poſſes legere: qđ ex actu, q fit ĩ iudicio, &c. Alex. Loſeus.

POMATES.

b ¶ Ex poſtfacto. Inquantũ autẽ dicũt do. oẽs poſt gl. ꝙ ſeru⁹ in ipſo cõtractu põt dño pręiudicare: dic ꝙ idẽ eſt, ſi incontinẽti, poſt paſciſcat vt ĩ l. j. §. fi. ff. de ſtipu. ſer. quam. l. ad hoc adducit Imo. in. l. iudex poſtq̃. ĩ. ix. co. ver. extra gl. ff. de re iud. facit. l. lecta. ver. dicebã. ĵ. ſi cert. peta.

POMATES.

Si uerò statutū disponit de iam ingresso, per hæc
uerba: si quis ingressus fuerit monasterium: tunc
non valet statutū: quia nō potest clerico auferre
ius suū: & esset cōtra libertatē ecclesiȩ: vt. d. l. Deo
nobis. arg. pro hoc. l. seruum testamēto. de manu.
testa. & hoc dico, saluo iudicio, & determinatione
canonica, & theologorū. Et ꝙ in casu p̄dicto va-
leat statutū: patet: qa potest fieri per pactū saltē
iuramento firmatum: ut statim dicā. ¶ Secundò
quæro, utrū ualeat pactū de ꝑdendo iure succedē
7 di? Breuiter † dic, aut cum pacto est admistum de-
lictū: & tūc valet pactū successionis perdendȩ: ut
l. j. §. si parens. ff. si à parente qs fuerit manumis. se
cūdū unā solu. Si uerò non est admistū delictū: &
d tūc aut ratione talis pacti tātū ꝑcipit,[d] quātū sibi
occasione successionis debet̃: & ualet pactū: ut. d.
l. j. §. si parens. secūdū aliam solu. l. cū quo. in fi. ad
legem falci. Si uerò tm̃ nó percipit: & tūc de iure
ciuili pactū nō ualet: ut. ī. de colla. l. pactū. de iure
8 † canonico ualet, si fuerit iuramēto firmatū: ut in
e c. q̄uis[e]. de pactis. lib. vj. ¶ Et iō hodie est cōsue-
9 tudo, † ꝙ filiȩ fœminȩ faciāt pactū de nō succedē
do & iurāt: & ualet istud pactū. Et si tu dicis uidet̃
ꝙ iuramentum non habeat confirmare pactum:
quod est cótra bonos mores: ut hac leg. ergo & c.
ut ī. c. nō est obligatoriū. de reg. iur. lib. vj. & uide
bitis. ī. de nup. aut̃. quod cis. Sol. dico ꝙ istud pa-
ctū nō est cōtra bonos mores: nec obstat hæc lex.
qa loqt̃ de pacto de succedēdo, uel disponēdo de
hȩreditate postquā fuerit successum: ꝙ pactū in-
ducit uotū captādæ mortis alteri⁹: & sic nō ualet,
Sed q̄stio nostra loqt̃ de pacto, de nō succedendo
per ꝙ uotum captādȩ mortis, non inducitur: imò
f tollit̃: meritò iuramēto firmat̃. ¶ Tertiò.[f] quȩro,

POMATES.

a ¶ Extra glo. Rapha. limitat nisi sit ipso iure priuatus: qa tunc nō ualeret pactum: qa hȩreditas tunc daretur pacto cōtra l. hæreditas. ī. de pact. conuen. Sed uidetur dicēdum ꝙ non: qa hoc fit in fauorem agnatorū. l. j. §. sed & si seruus. ff. de vē. inspi. uide hic bal. & uide Io. de imo. in. d. l. stipulatio. d. Pet. in cōsil. cij.

b ¶ Ingratitudinis. Adde qd operet̃ dicta clausula in dona. Bal. consi. xviij. iij. lib.

c ¶ Statutū. adde an ualeat tale statutū. Bald. consil. ccxvj. inci. monia. ij. uo. Paul. de cas. cōsil. cccxxxviij. & q̄ posui in. l. cūctos populos. in q. an statuta laicorum.

d ¶ Tantum percipit. Adde quod hic dicit Abb. cōsi. cxvj. ī. ij. libro. à nemine reprobatum inuenisse.

e ¶ Quāuis. Adde pulcherrimè de intellectu dicti. c. Pet. de anch. cōsi. xxxviij. Paul. de cas. cōsi. clxvij. ro. consil. cxviij. Bal. consi. ccclxix.

f ¶ Tertio. Adde Bal. cōsil. cxxxiij. iij. li. Paul. de cas. consi. cccix. Ang. consi. clxxix.
ADDE tu, quod imò hoc nō uidet̃ ratio. s. ꝙ sit cōtra bonos mores: qa tūc non firmaret̃ iuramento. c. ij. de pac. lib. vj. sed alia uidet̃ esse ratio & melior: qa lex loqtur ꝓhibitiuè. cui renūciari non pōt gl. in rub. C. ne fideius. doti. den. & Barto. in. l. de his. ff. de trās. & ibi plenè ꝑ doc. & expresse dicit Dñic⁹. ī. d. c. ij. de pac. & seqtur Maria. Sozi. in. c. si diligēti. in. gl. j. ver. circa tertiū de foro comp.

a ✠POMATES. ¶ Inter viuos. Aut dicas dono omnia bona mea. Vide Alex.consi.xl.col.iiij.vol.iiij.& cõsi.xij.col.j.vol.j.& Ro.consi. xxvj.in primo dubio.& Ang.cõsi.clxxxix.in primo dubio.cõsi.xlvij. col.ij.in.ij.dubio.vol.ij.& Panor.cõsi.xlviij.vol.ij.& Bar.cõsi.lxxv.& Barba.cõsi.liij.col.xj.vol.ij.& Ro.cõsi.xcv.& cõsi.clxxv.& Imol.in rubri.extra de testa. & Are.consi.liiij. colum.iij.in.ij. dubio. ubi omnino uideas.& Aretin. xxv.in fi.volu.iij. ubi loquitur in eo,ꝙ donauit omnia p̃sentia, & futura,aliquo sibi retẽto.

b ¶ Ad p̃ntia. Dicit Paul. de castr, hoc esse singulare uerbũ,ꝙ ista gñalitas restringuatur, &ꝙ hoc sequuntur, quasi oẽs de quo etiã uide p ipsum Pau.consil.lvj. Et an donatio causa mortis,omniũ bonorũ,p̃sentium,& futurorũ, cum pacto,ꝙ nõ possit reuocari:& interposito iuramẽto; donatio inter uiuos per eundẽ,cõsi,cj. & uide etiã Ange. &omnino cõsilio. ccliij. & an ualeat donatio omnium bonorũ p̃sentiũ & futurorũ saltẽ in p̃sentibus? uide Ange.cõsi.cvj.& clxxix. Et ꝙ ualeat donatio omniũ bonorũ præsentiũ & futurorũ facta ecclesiæ.sequitur Abb.cõsi.cij.ij.li. Adde tu circa hoc eundẽ Pau.in cõs. xviij.in.j.volu.& ĩ.ij.vo.cõs.xlviij. & eundẽ ĩ.c.fi.de succe.ab inte.ĩ.c. ij.de cõcess.preb. & in.c.vt priuilegia.de priuilegijs Alex.de Imol.ĩ.l. stipulatio ista.co. xiiij.ff.de uerbo. ob.& Maria. Sozi.ĩ tracta.obliga. libello,x.q.j.

c ¶ Obuentura. Adde Petrum de anch.cõsi.ccccliij. & Bald.consilio. lxxxij.ij.libro.

10 an valeat pactũ de succedẽdo. Breuiter † dico,& uidetur expressum,ꝙ nõ:cũ sit cõtra bonos mores: & ideo nõ valet:ut.s.eo.l.pactũ.&.l.j.ĩ.titu.j.l.cũ donatiõi.&.ff.de uer.obl.l.stipulatio hoc modo; ĩ.de pac.cõuẽ.l.hereditas,gl.tñ q̃ est hic,uidetur dicere,ꝙ p stipulationẽ hoc possit fieri ꝓmittẽdo tibi oĩa bona presentia post mortẽ.&vide gl.sup uerbo accõmodauerit.in fi.quã no. & tene mẽti. Si igitur ꝓmitto tibi,ꝙ tu sis hæres meus, uel mihi succedas:uel ꝙ te faciã heredẽ: nõ ualet istud pactum:qa contra bonos mores;vt dictũ est. ¶ Sed

11 si ꝓmitto tibi† omnia bõa mea post mortẽ meã: valeret. Dicit gl.& erit donatio causa mortis, uel inter viuos. ¶ Et primò examinemus, an sit donatio cã mortis,uel ĩter uiuos. Breuiter dic,ꝙ si q̃dẽ non est facta mẽtio mortis: intelligitur inter uiuos. si est facta mentio mortis:intelligitur causa mortis. nisi sit expressè sic dictũ, ꝙ sit inter viuos: uel ꝙ reuocare nõ liceat:ut.ff.de dot.præle.l.Seia.&.ff. de do.cau.mor.l.Seia.in fi.&.l.ubi ita donatur. An aũt ualeat,uidetur ꝙ sic,Primò per leg. quã allegat gl. Secũdò p.l.hereditariũ.ff.de bo.aut,iud.pos. Tertiò ꝓbo,p reuocationẽ seu remotionẽ cõtrariorũ.Nã istud pactũ nõ aufert liberã testamẽti factionẽ.Potero enim quecũq; volo instituere:sed ille tenebitur illi stipulatori dare. Itẽ nõ inducit votũ captãdæ mortis modo p̃dicto:qa hoc fit de volũtate ei⁹, cui speratur succedi:ut hac leg. Tu distigue Quãq; ista ꝓmissio est donatio cã mortis;& tũc valet:qa põt reuocare:vt.l.nõ oĩs.ff.si cer.pe. Itẽ nõ aufert liberã testãdi factionẽ:qa hr̃s debet habere falcidiã:vt.l.in donationib⁹.ad.l.fal.ff.quorũ leg. l.j.§.si qs ex mortis. Si verò esset donatio ĩter vi-
a uos[a]. Aut dicas dono oĩa bõa mea:& tũc valet;vt no.in gl.&.l.s.alle.nec aufert liberã testamẽti factionẽ:qa põt superlucrari:& de suo lucro facere testam̃. Itẽ de fructibus poterit testari:qm̃ ista uer-
b ba:oĩa bõa mea:ad p̃ntia[b] tm̃ referuntur:vt.l.si.§.j. ff.de leg.ij. Nec ob.l.hereditas.ĩ.de pac.conuẽ.qa ibi fuit facta illa ꝓmissio iure testamẽti: vt ibi apparet,ꝙ nõ licet:ut ibi.hic intellige aĩo donandi.
12 ¶ Si verò† diceret:oĩa bona mea p̃sentia,& futura:tũc nõ ualeret. Primò:qa auferret liberã testamẽti factionẽ,p quãdã cõsequẽtiã,cum nõ possit habere de q̃ testetur. Secũdò,qa uidetur cõtra bonos mores alia occasione:nã sicut casum aduersamq; fortunã liberi hoĩs expectare est cõtra bonos mores:ut.l.inter stipulãtẽ.§.sacrã.de uer.ob. Ita ponere hoĩem in statu,ĩ quo sit certũ,ꝙ nihil in perpetuũ habere poterit:istud est contra bonos mo-
13 res. ¶ † Predicta forte nõ hñt locũ, si qs donaret ecclesię.nã cũ qs possit p̃sonã suã vouere ecclesię: multo magis bona p̃sentia, & futura.arg. eorũ, q̃
14 dixi in aut.ingressi. ¶ Sed si aliqs† diceret dono hereditatẽ meã:idẽ esset dicere,ꝙ dono oĩa bona mea p̃sentia,& futura. Nã hereditas est nomẽ iuris,& semp recipit augmẽtũ:vt.ff.de peti.he.l.itẽ veniũt.§.fruct⁹. ¶ Sed qd dices, si quis nõ dona-
15 ret:sed vẽderet† oĩa bona sua p̃sentia, & futura? Certè istud valeret. Nã remanet p̃ciũ,de quo põt testari,etiã si esset deceptus vltra dimidiam iusti precij:remanet illud ius petẽdi restitutionẽ in he-
16 reditate. ¶ Quæro,eo casu† quo dixi: dono oĩa bona mea p̃sentia,& futura:ꝙ non valet:utrũ vitietur illa adiectio,& futura tm̃ ; an uitietur tota donatio?uidetur ꝙ illa adiectio tm̃ vitietur:ut.l.sancim⁹. ĩ.de don. ¶ In cõtrariũ uidetur,ꝙ uitietur totũ,quasi totũ sit cõtra bonos mores:ut.d.l.hæreditas.ĩ.de pac.cõuẽ.non determino modò plus. ¶ Quartò est uidendũ:utrũ ualeat pactũ de hæreditate ob-
c uentura,[c] certo modo disponẽda. Ista est propria
17 materia hui⁹ leg.circa† quã glo.signauit plura cõtraria. Dices sic:aut fit pactũ de hæreditate hominis incerti, & ualet:ut.l.iij.§. de illo,ff.pro socio

d ¶ Vltimò quero.Bart.in.l.post emancipationẽ.de libe.leg.&.l.cũ dominus.§.j.de pecu.leg.& in.l.j.s.eo,& in.l.qui romæ.§. duo fratres.de verbo.obli.Bald.in.l.spem.C.de dona.Andræ.Barba.

e ¶ Spe. Adde an spes succedendi possit donari.Bal.consi.xxviij.ij.lib.

* Pro cõcordia. Aduerte,quòd omniũ bonorũ suorũ donatio præsentiũ & futurorũ,nõ ualet.ita Bart.hic in hac.l.fi.in.l.stipulatio hoc mõ concepta.ff.de uerbo. obl. quasi auferat liberã testandi facultatẽ. Sed domi. Alexã.alle. Bart. tenere cõtrarium in.l.quesitũ.§.pe. ff.de leg.j. Tu dic Barto. format diuersas questiones: qa in hac.l.fi.& in d.l.stipulatio.format questionẽ de qua.s. In.d.§.pe. format questionẽ qñ donans vtitur verbo. hereditatẽ meã dono&c,quasi erret in hoc nomine appellatiuo hereditatis,q̃ non dicitur esse viuẽtis: vt in iuribus præalleg.& sic cõcludit valere: nõ obstãte illo errore, quasi sint conformia uerba, dicere omnia bona,& dicere hereditatem. Vel dic,& secũdò ꝙ in.d.§.pe. recitat opi.velvltimò sol. secũdũ domi. Alexã. Aut intellexit de hereditate scilicet secũdũ bona,q̃tũc presentialiter habebat: & valet & procedat secunda opi. Aut voluit donãs referre ad omnẽ hereditatẽ:hoc est ad omnia bõa pręsentia & futura:et tunc non valet:& procedat prima opin. Est subtilis solutio; sed tutior prima. Adde ad ea, q̃ habentur ad Ange.& Paul. de cast.in.l.pœnales. in prin.ff.ad.l.falci.ad Paul. in.l.licet.C.de pact.

Aut hoĩs certi: & tũc aut hoc fit ex necessitate p̃cedẽtis cõtractus liciti:& ualet:ut.l.si qs seruũ.de act.emp. Aut nõ fit ex necessitate: & tũc hoc uenit in quãdã cõsequẽtiã p̃cedẽtis cõtract⁹; & tũc idẽ ꝙ ualet,ut.l.ij.§.illud.de here.ve. Aut hoc fit per se principaliter:& tũc aut hoc pactũ cõtinet liberationẽ eius,cui fit:& ualet fauore liberationis;ut.l.& heredi.§.filia.ff.e. Aut cõtinet aliã dispositionẽ circa res hereditarias: & tũc habet locũ lex nostra:ut distiguam⁹. Aut fit ignorãte eo, de cuius bonis agitur:& nõ ualet:aut eo sciẽte. & tunc aut p̃seuerat ĩ uolũtate,&ualet:aut nõ:&nõ ualet ut hac leg.& modò habetis plenissimè hãc mate-
d riã. ¶ Vltimò q̃ro,[d] utrũ hereditas† eius,cui⁹ suc-
18 cessur⁹ sum ab intestato, dicatur mihi deberi spes?[e]
e Hic vr̃ esse casus,ꝙ sic in prin. ibi spes alienę&c. In contrariũ vr̃,& hæc est ueritas.de li.leg.l.post emãcipationẽ.§.j.& ibi est text. In cõtrariũ ꝓbo, illud dicitur nobis deberi spe,quod nõ depẽdet ex mera uoluntate alicuius:sed ex aliquo futuro euẽtu:ut.l.ij.de statulib. si tñ hæreditas ab intestato sit obuẽtura ex mera uolũtate defuncti:qa põt testari,& aliũ instituere:nõ dicitur mihi esse spes.hoc apparet ex alio:qa de eo, ꝙ sibi cõpetit spe, homo põt disponere: sicut de eo, ꝙ competit re:vt ĩ.de dona.l.spem.&.s.e.l.j.& ibi dixi. Sed de ista hæreditate,seu spe non potest disponi; ergo &c. ¶ Non ob.hæc lex quæ dicit spes.qa ista est quædam spes nõ iuridica:sed quedã spes hominis vana,& nõ attendẽda, quod tene mẽti ꝑpetuò &c.

* De quæstione. Pactum interpositũ super hereditate viuẽtis;certo mõ disponenda: licet tollatur post morẽ illius: nõ tñ ualet:nisi ipse de cui⁹ hereditate tractatur cõsenserit;& in cõsensu ꝑmanserit usq; ad mortẽ.h.d. Et diuiditur in quatuor partes. nã in prima parte ponitur thema,& qõ.in secũda parte ponitur dubitatio. in tertia pte ponitur decisio qonis.in quarta & ultima ponitur q̃dã extẽsio.secũda ibi:faciebat aũt tertia ibi:sed nobis.quarta ibi iubemus. ¶ Opp.& videtur,ꝙ hec.l.nullũ habeat dubiũ: qa ex nudo pacto nõ oritur actio:ut.l.legẽ.s.e.huius timore dicit gl.ꝙ hic fuit interposita stipulatio. ¶ Itẽ opp.& videtur ꝙ nullo modo ualeat pactũ,posito ꝗ ille de cui⁹ hereditate tractatur cõsenserit.ratio est; qa tũc pactũ ualet qñ aliqd est dãdũ, uel faciẽdũ ab uno paciscẽtiũ alteri,vt.l.j.& ꝙ ibi no,ff.eo. hui⁹ timore est facta glo.q̃ incipit per stipulationẽ.& pone casum.ut in gl.reprobãdo opi.quorũdã. ¶ Item op.dicitur hic,ꝙ pactũ ualet:qa ille cuius est hereditas cõsentit contra.l.pactũ.s.e.Sol.gl.ꝙ licet ille de cuius hereditate tractatur nõ posset pacisci de successiõe sua põt tñ cõsentire paciscẽti:ut.l.si pater in fi.ff.de manu.vin. Et intra gl. aliã materiã, de qua uide in.c.q põt.extra de regu. iur. lib. vj. ¶ Itẽ op.de.l.ij.§.illud.ff.de here.uel acti. uend. solu,vt in gl. ¶ Itẽ opp.de.l.si qs seruũ.de actio. emp.solu,vt ibi no,ꝓ quorũ declaratione dic, ꝙ qñq; ille de cui⁹ hereditate tractatur,facit pactũ de successiõe sua. qñq; alij faciũt pactũ de successiõe tertij.prĩo casu:aut aliqs paciscitur ꝙ sibi succedatur, vel nõ succedatur.& istud nõ ualet ut.l.pactũ.s.eo. qñq; nõ paciscitur p hũc modũ;sed p' modũ stipulationis:ut puta bõa mea post mortẽ meã tibi dono. Istud ualet:qa cessat rõ.l.& istud sentit gl. q̃ incipit,sed ipse.circa fi. Secũdo casu p̃ncipali aduerte:qa paciscuntur de hereditate tertij incerti:& istud valeret.ut.l.iij.§.de illo.ff.ꝓ socio. Aut paciscuntur de hereditate tertij incerti,& tunc aut cũ consensu illi⁹ tertij certi, aut sine.primo casu ualet si in cõsensu p̃seuerat:ali's nõ:ut hic.si uerò sine consensu non valet:ut hac.l. ¶ Aduerte tñ ad unum: qñq; hereditas tertij incerti venit ex necessitate pream-

buli

buli cõtractus:& tũc tale pactũ ualet.ut.l.si quis seruũ.de act. emp.qñq; uenit ꝑpter quãdã cõsequẽtiã:& tũc etiã isto casu pactũ ualet.ita debet ĩtelligi.l.ij.§.illud de heredi. uel act. uẽ di.licet gl.sol.hic,&ibi, quòd abũdat maximè.¶ Quęrit gl. nunqd hæc lex habeat locũ in filijs?uidet̃ quòd nõ:qa filij nõ captãt mortẽ patris:tñ gl.determinat in cõtrariũ. Itẽ q̃rit gl. nũquid paciscẽtes puniẽt̃ alio modo?dic quòd sic:eo, quod hereditas auferẽ eis,ut ab indignis.casus est in.l.qdã.§.fi.ff. de dona.& signa glo.q̃ incipit:sed poti⁹.¶ Itẽ gl.q̃rit: vtrũ aliquo modo posset fieri,ꝗ hereditas mea ueniat ad te?gl. q̃ incipit:sed ipse.dicit,ꝗ põt fieri ꝑ stipulationẽ: ꝗ si promittã tibi bona mea post mortẽ meam,ualet: & erit donatio causa mortis,uel inter uiuos.Ista glo.dicit verũ ꝑ iura allegata ꝑ eã & ꝑ.l.hæredi.de bonis autho.iudi.possi. Et utrũ sit donatio cã mortis,est gl.in.l.q̃ dotis.sol.mat.¶ Et aduerte ad unũ:qa dicit glo.bona mea.& non dicit:omnia bona mea:refertur ad præsentia tantum.argu.l.si ita.de auro & argẽto legato.& est casus in.l.fi.§.q indiuisam.de legatis secundo. Nam secundũ glossam cessat ratio.l.qa potero instituere hæredẽ: & hæres habebit falcidiam:ut in.l.in dona.infra ad legem falcidiam. ¶ Quęrũt hic quidam:quid si dico promitto tibi omnia bona mea præsentia,& futura:vtrum valeat stipulatio?& tenent quòd non. Nam per eam videtur auferri libera testandi facultas.& ideo stipulatio nõ valet:vt.l.stipulatio hoc modo.ff.de uerbo.obliga. Ratio differentiæ,inter quæstionẽ istam & quęstionem gl.sit ista.Quia ibi simpliciter ꝓmittẽdo omnia bona:refertur ad illa sola bona stipulatio. quæ sunt ꝓmittẽtis, tempore stipu.per ea quæ not. in.l. fina.§. qui indiuisam, de leg.ij. Sed qñ promitto bona etiam futura : tunc nihil remanet,de quo testari & hæredẽ instituere posset. Ista eorũ opi. mihi placet. Ratio patet:cum iste contractus sit causa mortis donatio:ut dixi.s.e.& in donatione causa mortis detrahit̃ falcidia:ut in.l.in donationibus.ĩ.ad leg. falcidiã. Adhuc est de quo testari possit:& hæredẽ instituere:quia in falcidia: maximè cum ipsa lex ipso iure resecet legata:ut.l. lineã margaritarũ.ff.ad leg.fal.& istud puto pro ueritate tenẽdũ. Nec obst.l. stipulatio hoc modo.qa ibi venit in stipulatione, vt me hęredem faceret:quod quidem non est libera testandi facultas:secus hic:ut.s.dixi.¶ Nam promittens alicui bona post mortem suam,etiam futura non est promittere hæredẽ facere: cũ verbum bona ad hæredẽ, seu ad hæreditatẽ non adaptaret̃:vt s.dixi.¶ Sed cõtra hoc op.de eo, ꝗ habet̃. in.l. his verbis.ff. de hære.insti.& gl.in.§.si uerò nulla.in aut. de hære. & falci. Azo in summa.de hære.insti.in.j.col. Ad ꝗ dicõ,ꝗ aut est dispositio,in qua qs oĩa bona sua relinqt: dicẽdo, oĩa mea bona relinquo:cõfero oĩa bona mea uniuersaliter: & in illũ solũ ea confero:& tũc dico,ꝗ est institutio,& importat hæreditatẽ. Aut illa dispositio non confert̃ uniuersaliter ad omnia bona sua:quia solum sub nomine bona,& in aliam partẽ hæreditatis suæ disponit sub nomine hæreditatis:tũc dispositio ꝑ uerbũ relinquo bona mea vel partẽ bonorũ meorũ nõ importat institutionem:vt.l.si quis seruũ.cũ.l.seq.de leg.ij. Quod enim dicitur in.l.his verbis.& similibus obtinet:vbi aliqua pars hęreditatis relinquitur sub nomine hæreditatis. Nunquid antẽ debet habere solum quartã partem bonorũ,eorũ quæ erãt testantis tẽpore testamẽti tm̃:an etiã eorũ quæ erãt tpe mortis? Et videbat̃,ꝗ solũ eorũ,q̃ essent tẽpore testamẽti.arg.l. si ita. de aur.& arg.leg.et eorũ quæ no.in.l.fi.quæ res pig.obl.pos. ¶ In cõtrariũ est veritas. Ratio:qa nomẽ hęreditatis est quædã vniuersitas,et uniuersitas semp dicit̃ eadẽ: licet aliqd crescat:vel minuat̃.ergo semp eadẽ quarta:sicut dicit̃ in peculio quod est vniuersitas:et tñ crescit,et decrescit : ut ĩ .l.peculiũ. ff.de peculio.et tñ idẽ est peculiũ. Et hereditas auget̃ fructib⁹ vt.l.item veniunt.§.cũ ꝓdixerimus.ff.de petitio. hęreditatis.

De transactionibus. *Rubrica.*

¶ Continua hanc rubricam,vt in glo.vel vt.s. de pactis, vbi continuaui omnes rubricas vsq; ad fi.huius libri &c.

SUMMARIUM.

1 *Tutores plures,uel curatores,etiam quando administratio est diuisa,quo modo & qualiter teneantur? & nu.4.& 7.*
2 *Transactio facta cum uno ex pluribus tutoribus, seu curatoribus, quando prosit alijs? & nu.5.& nu.7.9.*
3 *Tutores,uel curatores plures habent à leg. quatuor beneficia.*
4 *Tutores seu curatores plures quando conueniuntur:an inter eos habeat locum beneficium ordinis?*
6 *Beneficium diuisionis,quando habeat locum inter plures tutores, uel curatores?*
8 *Cessionis beneficium,quando habeat locum inter plures tutores.*
10 *Beneficium utilis actionis,quando habeat locum inter plures tutores?*
11 *Beneficium utilis actionis cur inter plures tutores locum habeat,non inter plures fideiussores?*
12 *Acceptilatio & pactum nullum & gratuitum,in quo differant?*

NEque pactio. Hic est titul⁹ subtilis,difficilis, & vtilis magis,ꝗ aliqs de toto codice. & hæc lex est difficillima. Et primò loquitur in genere. Secũdò ĩ specie. Secũda ibi:cũ igit̃. Breuiter dicit. Transactio facta cũ vno, vel pluribus obligatis,ad alios nõ porrigit̃.h.d.hæc lex difficillis in tex. & gl.¶ Op.& videt̃,ꝗ cõtineat superfluitatẽ ĩ eo,ꝗ dicit:neq; pactio,neq; transactio.cõtra.§. quibus.s. in prima cõsti. Sol. dicit gl.ꝗ hic loquitur de pactione gratuita, et de transactione nõ gratuita.¶ Secundò oppo.ff.de tut.et ra.distra.l. si ex duobus.Sol.ibi prodest alijs, vi solutionis, nõ vi transactionis.Non sunt plura contraria in gl.tamen quia tex.iste dicit, ꝗ alium conuenire non prohibetur:nec dicit inquãtum:ideo est facta tota ista glo.vt videamus inquãtum alius, cum quo non est trãsactũ, possit conueniri. Pro cuius declaratiõe mul-
1 ta sunt videnda.¶ Ad† cuius euidentiam, est sciendum primò,qualiter plures tutores,& curatores teneantur. Rñd.aut administratio est diuisa à testatore,uel à iudice: aut non. Primo casu,quilibet tenetur pro parte sua. Fallit in casibus,ꝗ ponuntur in.l.ij.ĩ.de di.tut. Si verò non est facta diuisio à testatore,vel iudice:tunc omnes tenẽtur insolidum:ut.l.j.§. nunc tractem⁹.de tut.& ra.distr.¶ Modò ad ꝓpositum in illis ca-
2 sibus†quibus quilibet tenetur pro parte : transactio facta cũ uno non porrigitur ad alios.ita loquitur hic, dum dicit text. in his,quæ separatim &c. In illis uerò casibus, quib⁹ tenetur insolidum remanet magnum dubium. Illud ergo discutiam⁹: unde omnia quæ.ĩ.dicam intelligas diuisione nõ facta à testatore,uel à iudice. Et pro huius declaratione licet insolidum teneantur:uidendum est qualiter possint cõueniri.¶ Et hic
3 aduerte:†debetis scire,quòd tutores et curatores habent quatuor beneficia. Primò est beneficium ordinis. Secũdò est beneficium diuisionis. Tertiò beneficium cessionis. Quartò beneficium utilis actionis. de quolibet uideamus.¶ Primò
4 de beneficio ordinis.†et glo.hic.l.j.§.nũc tractemus.de tuto. et rat.distra.dicit. Aut omnes gesserunt:aut nullus.aut quidã gesserunt:aut quidam non. Primis duobns casibus non est locus beneficio ordinis:ut.d.l.ij.de diui.tut.ita dicit glo.nec distinguit vtrũ diuisio fuerit facta à seipsis,vel non. Ita etiam dicunt cõmuniter doctores nostri.¶ Iac.de are.in isto passu dicit aliter,& meli⁹ iudicio meo. Aut nulla est facta diuisio à seipsis:& verũ dicit glo. Aut est facta à seipsis:& tunc aut oẽs sunt eiusdem ordinis:quia omnes testamentarij,uel legitimi, vel omnes datiui: & tunc verum dicit gl. Sed si quidam sunt datiui,& alij testamentarij,vel legitimi, prius cõueniũtur datiui:secundò magistratus, antequam perueniatur ad contutorem:vt.l.lucius.§.cum testamẽto.ff.de admini. tut. licet gl. intelligat,quòd ibi erat facta diuisio à testatore:quòd tex. nõ sonat. Tertio casu quãdo quidã gesserũt,& qdã nõ.dicit glo. primò conuenitur gerens:secundò non gerens: tertiò magistratus:vt.d.§.nunc tractemus.&.ĩ. si tu. nõ ges.l.j.&.ij. Sed istud dictũ glo.supplet̃ per Dy.& ꝑ vltramon.¶ Et ideo tu dic melius. Aut quidã gesserunt:& quidam nõ. Si quidã gesserunt ex mandato eorũ,qui non gerebant:& tũc non est locus beneficiò ordinis:quia omnes gessisse videntur per aliũ: vt.l.tres tutores.§.non solum.de administra.tuto. Aut nõ mãdauerunt non gerentes:& tũc aut loquimur de gestis:aut neglectis. Si de gestis:verum dicit glo.vt dicta.l.j.&.ij.si tut.nõ gess.&.d.§.nunc tractem⁹. Si de neglectis: & tunc aut sunt cõnexa gestis:& idem,vt.l. tutorẽ, qui tutelam. de administra. tuto.&.d.l.tres tutores.versic.item in eodem titu. Si verò nõ sunt connexa gestis:& tunc non erit in eis locus beneficio ordinis:vt.l.tutores q post.§.in eũ,qui.de adminis.tuto.&.d.l.
5 tres tutores.versic.itẽ in eo.¶ Nunc ad ꝓpositũ†: quid releuat ista inuestigatio in casu præsenti. Rñ. Aut transactum est cum eo q primo loco debebat conueniri:& tunc ad aliũ perueniri non potest:ita loquit̃ hic.obstante beneficio ordinis. Aut fuit transactum cum eo,qui secundo loco debebat cõueniri:tunc ad alium potest perueniri non obstante transactione:saluo in eo,ꝗ est solutum nomine transactionis:quia vi solutionis prodest alteri.nõ vi transactionis:vt.l. si ex duobus. in fi.de tut.& ra.dist.& hoc modo põt intelligi hic, dũ dicit: cõiter ve gesserunt,vel gerere debuerunt.¶ Videamus nũc
6 de beneficio diuisionis†:& in hoc est opi.quòd hi, q de dolo

conueniuntur, non habent beneficium diuisionis. Hug. dicit
cõtra & melius: vt ꝓbať in. l. si plures. de admini. tuto. & hoc
est verum, quando cõueniuntur ex cõmuni culpa, vel ex com
muni dolo. Nam si aliquis cõuenitur ex dolo proprio, vel ex
culpa: tunc non haberet beneficium diuisionis: vt. l. j. & . ij. j. si
7 tut. non gesse. ¶ Hoc præmisso, † dic ad. q. propositam, in-
quantum possit conueniri ille, cum quo non est trãsactum: si
quidẽ transactio est facta cũ eo, qui cõueniebatur ex proprio
dolo, vel ex propria culpa: & sic non habebat beneficium di
uisionis: non poterit agi contra aliũ: vt. l. si pupillus. de admi
nistra. tuto. & isto casu non loquitur hic. Si verò transactum
est cum eo, qui conueniebatur ex communi culpa, vel dolo,
tunc non potest agi contra eũ, cũ quo transactum est. & ita lo
8 quitur hic: dum dicit: communiter ùe gesserũt. ¶ Videamꝰ †
de beneficio cessionis: & in hoc omnes concordant: quia si
conuenitur ex communi dolo, vel propria culpa, non habet
beneficiũ cessionis. si ex communi culpa, vel culpa alterius,
sic: vt. l. si plures de administra. tuto. & . l. j. §. nunc tractemus.
ff. de tut. & ra. distra. Sed videndum est inquãtum fiat ista ces-
sio: & si quidem aliquis conuenitur ex propria culpa: tunc
nulla fit cessio: vt. l. j. & . ij. j. si tutor nõ ges. Idẽ si ex communi
dolo. Si verò conuenitur ex culpa communi: tunc fit cessio
pro parte, & si conuenitur ex culpa alteriꝰ in totum fit cessio
in totũ: vt videbitis. in. l. j. j. de duobus reis. & ibi plenius per
doctores. ff. de solutionibus. l. Modestinꝰ. & ibi dixi. ¶ Nũc
9 † ad propositum, inquantum potest agi cum eo, cũ quo non
est transactum: si dicas: aut ei debet cedi actio, contra eũ cum
quo transactum erat in totũ: & tunc in nullo poterit cõueni-
ri, obstante exceptione cedendarũ actionum: vt. l. Stichũ aut
Pamphilũ. §. penul. de solu. & isto casu nõ loquiť hic. Si verò
debebat contra eũ fieri cessio pro parte: & tũc pro illa parte
poterit conueniri: & ita potest loqui hic in eo, quod dicit: cõ
muniter ùe, sed si in nullo deberet fieri cessio: posset in totũ
conueniri: nisi obstarẽt alia remedia de beneficijs supradictis
10 ita debetis intelligere. ¶ Quartò, † habemꝰ videre de bene-
ficio vtilis actionis. & certè omnia quæ supra dixi in benefi-
cio cessionis, possunt hic eodẽ modo dici: vt. l. j. §. nũc tracte-
mus. de tut. & ra. dist. ¶ Nunc habemus expeditam gl. vsq;
ibi. item no. quòd quam vide, & prædicta ponit inuolutè, &
infrascatè. modo potes perpendere quantæ difficultatis est.
¶ Quæro: dixi quòd plures tutores habent inuicẽ beneficiũ
vtilis actiõis: sed ego reperio, quòd inter plures fideiussores,
non est locus huic beneficio, nisi cedať: vt. l. fideiussor. de fide
11 iussor. quę est ratio. † Glo. hic dicit: qa fideiussor habet regres
sum contra principalẽ: ideo lex non curauit sibi dare actionẽ
contra fideiussorẽ. Quæ ratio cessat in pluribus tutoribus, &
curatoribꝰ. & vide glossam. ista nõ est bona ratio. Quid enim
si principalis esset non soluendo: & sic inanis est actio: vt. l. nã
is. ff. de dolo. vel quid si tali modo intercesserat, quòd contra
principalem non haberet regressum: vt puta pro pupillo na
turaliter obligato: vt. l. Marcellus. ff. de fideiusso. tunc seque-
retur, quòd haberent inuicem actionem. quod est contra. l. vt
fideiussor. vnde glo. reddidit aliã rationẽ. Dicit glo. ratio est:
quia tutores conueniunt actione bonæ fidei: fideiussores stri
cti iuris. vide glo. Ista ratio non est bona. ¶ Quid in pluribꝰ
mandatoribus, qui conueniunť actione mãdati, quę est bonæ
fidei? certè est idẽ, quòd in fideiussoribꝰ: vt. d. l. vt fideiussor.
Ideo glo. dat aliam rationẽ, quòd fideiussor intercedit spõte:
tutor ex necessitate: vt not. in dicta. l. vt fideiussor. Ista ratio
non est bona: qa etiã duo rei obligantur ex necessitate, & ha
bent inuicem actionem: vt. l. j. de duobus reis. Sed rationẽ ve
ram ponit glossa in. l. ex facto. in fine. de negotijs gest. quam
appropriat sibi Iaco. de Rau. Nam tutor soluens, vt correus
hoc aget, vt correum tutorem liberet, sicut se: meritò habet
actionẽ cõtra eũ. Sed quia hoc facit ex aliqua necessitate, nõ
potest habere directam actionem neg. gest. sed habet vtilem
à lege. fideiussor verò principaliter agit, vt liberet reum: sed
confideiussores liberantur per quandam consequẽtiã. igitur
contra eos non habent actionem, nisi cedatur. non habentur
alia. ¶ Possum quærere, & quæro, vtrũ hoc sit verum, siue
transactio sit facta per acceptilationẽ, siue per pactum nudũ?
12 Breuiter † inter pactum nudum, & gratuitum, & acceptilatio
nem, est differentia, nam acceptilatio vnius ex pluribus reis
porrigitur ad omnes: vt. l. & per iusiurandum. & . l. & vno. ff.
de accep. & . l. si rem. §. j. de noua. quod non est in pacto: vt. l.
si vnus in prin. ff. de pact. Tunc si non pręsupponimus trans
actionem esse factam: tunc siue apponatur acceptilatio, siue
non: videtur quòd non extendatur vltra, quàm se extende-
rent vires transactionis: vt. j. eo. l. iij. quòd tamen plenius di-
cam. j. eo. l. si de certa &c.

NEque pactio. Transactio facta cũ vno ex pluribus obligatis, ad alios, non extenditur. h. d. Primò rñ. ad quæstionẽ generaliter. Secũdò specialiter. Secunda ibi: cum igitur. ¶ Opp. nam videtur, ꝙ inquantum hęc lex facit mentionem de pactione & transactione, cõmittat superfluũ: quia transactio & pactio est idem. vnde oppono de. §. quibus. s. in prima consti. Huius timore facta est prima gl. Item oppo. de l. si ex duobꝰ in fin. ff. de tute. & ratio. distra. Sed dic vt in gl. vel dic, quòd ibi prodest alijs vi solutionis, nõ trãsactiõis: vt hic. ¶ Quæro dicitur hic: cõuenire nõ prohiberis inquãtum posset conuenire tertium. Pro declaratione huius, gl. distinguit: quam nota. ¶ Et debes scire, quòd vbi sunt plures tutores, vel curatores, vel administratores: & administratio eorũ diuiditur. Aut diuidiť à testatore; aut à iudice, & quilibet eorum tenetur pro parte: nisi in casu. l. ij. j. de diui. tut. Si verò diuidať ab eis, vel non diuidatur: dic vt in glo. ¶ Pro cuius declaratione est sciendum, ꝙ vbi sunt plures tutores, vel curatores, & administratio eorum non sit diuisa à seipsis, habent plura beneficia. Habẽt enim beneficiũ ordinis. Verbi gratia: ꝙ conueniať primò gerens: habent beneficium diuisionis de quibus beneficijs habetur in. l. j. §. nunc tractemus. ff. de tut. & ratio. distra. Habent beneficium cessionis: quia agit vnꝰ tutor solus: si sibi cedatur actio cõtra alios. De hoc beneficio habemus in. d. §. nunc tractemus. præallega. & . l. si plures. de admi. tut. Habẽt quartũ beneficiũ, scilicet vtilis actiõis: vt in. d. §. nunc tractemus. Modò si quæris, quibus tutoribus competat primum beneficiũ ordinis? dic quãdoq; omnes tutores gerunt: qñq; non. In primis casibus dico, ꝙ tutores non habent beneficium ordinis: & intelligatur vbi diuisio nõ est facta ab ipsis. Ita sentiunt gloss. hic: & in. d. l. j. §. nunc tractemꝰ. præallegata. Aduerte tñ ad vnũ: quãdo dicit Iaco. de Are. ꝙ istud est verũ. vbi nulla esset facta diuisio. ¶ Aut omnes tutores sunt eiusdem ordinis: quia omnes testamentarij, vel datiui, vel omnes legitimi, aut diuersi ordinis: tunc conueniť datiuus: posteà magistratus: posteà testamentarius: hic est casus in. l. lucius. §. cum testamento. ff. de admini. tut. Alio casu, vbi quidam gerunt quidã nõ: tunc est locus beneficio ordinis: qa conuenitur primò: gerens: posteà magistratus: posteà nõ gerens: vt solet tractari. in. d. §. nunc tractemus. & in. l. j. & . ij. j. si tutor nõ ges. Dicebã, ꝙ erat beneficium diuisionis: & hęc fuit opi. inter antiquos. Nam Azo videť dicere: ꝙ istis tutoribus nõ datur beneficiũ diuisionis: licet fuerit contraria opi. vt hic videtur per. l. si plures. ff. de admi. tut. gl. ergo tenet opi. Azo. ¶ Ista est veritas, ꝙ si tutores conueniunť ex cõi dolo: seu ex cõi culpa: & tunc habent beneficium diuisionis: secus si cõueniantť ex speciali dolo: ut. l. si plures. de admi. tut. & ita debet intelligi opi. Azo. Vnde ad propositum quæstionis. Si q̃ramus inquantũ conueniatur iste tertius: dic, ꝙ aut alij fuerũt cõuenti ex comuni dolo, uel ex cõmuni culpa: & operať beneficium diuisionis, quod cõpetit: ut. s. dixi. tũc iste tertius nõ cõueniť, nisi ꝓ virili. Ita posset ĩtelligi lex nostra: qa cũ dicit separatim: & intelligo separatim: facta diuisione à seipsis: & cũ dicit communiter. expone vt in glo. Si verò cõueniať ex proprio dolo, non habet locũ lex nostra: quia omnes insolidũ tenẽtur. ¶ Dicebam, quòd erat tertium beneficium cessionis: & isto casu cõis est opi. quòd in tutoribus dolosis, nõ cõpetit beneficium cessionis: hic est casus in. d. l. j. §. nunc tractemus. ¶ Dicebam, ꝙ erat quartum beneficium, scilicet utilis actionis: & in isto dicas idẽ quod in pręcedẽti: & istud dicit tex. in d. §. nunc tractemus. & no. per gl. in. d. l. si plures. ¶ Quia dixi, ꝙ tutoribus competit beneficium vtilis actionis: glo. magna circa fin. quærit, de ratione diuersitatis, quòd tutoribꝰ solum datur actio vtilis sine cessione cõtra contutores, sed non fideiussoribus contra confideiussores. gl. assignat hic duas rationes. Tertia assignať in. l. vt fideiussor. ff. de fideiusso. dicit glo. quòd ratio est: quia fideiussor habet regressum cõtra reũ principalem: ideo lex nõ curauit sibi dare beneficium utilis actionis, sine cessione. Ista est prima lectura, quæ nõ videť bona. ¶ Quid enim si reus principalis nõ esset soluẽdo? isto casu non dicitur habere regressum: quia inanis est actio: vt. l. nã is. de dolo. vñ gl. tradit aliã sol. qa tutor cõueniť actione bonę fidei: fideiussor stricti iuris. ideo &c. Sed ista ratio non videť bona. nã & in mãdatore, q teneť actione bonę fidei mãdati: videtur esse idẽ, ꝙ in fideiussore, qui teneť actione stricti iuris. Gl. in. l. vt fideiussor. de fideiu. assignat aliã rõnẽ: & est talis ꝙ tutoribꝰ ideo cõpetat utilis actio sine cessiõe: qa lex magis subuenit ijs, q obliganť ex necessitate, q̃ ijs q obliganť ex uolũtate. Ista ratio nõ est bona: qa duo rei obliganť insolidũ, & uolũtariè: & tamẽ inter eos habet locũ beneficium vtilis actionis.

sine cessione,

ſine ceſsiõe.qa ſi vnꝰ ſoluat ſine ceſsione, competit ſibi actio
utilis contra correum:ut.l.j.de duobus reis.Vnde doct.aſsi-
gnãt aliam rationẽ.& iſta quarta eſt vera:ꝙ ideo fideiuſſori
contra fideiuſſorẽ non datur vtilis actio ſine ceſsione: quia
ſi confideiuſſor ſoluit:principaliter ſoluit:ut reum princi-
palem liberet:& per quandam conſequentiam liberet ſuum
cõfideiuſſorem:ſed in tutore ceſſat iſta ratio:quia tutor ſol-
uit ut liberet ſe,& cõtutores:& ideo nilmirum ſi contra con
tutores datur utilis actio ſine ceſsione. & iſta eſt vera ratio:
& fuit ultramontanorũ & licet ſibi approprient ultramon-
tani,eſt tñ glo.originaliter,quæ uidetur innuere iſtã rationẽ
in.l.ex facto.in fi.ff.de nego.geſt.rectè intelligẽti iſta eſt uera
ratio.¶ Vltimò diſtingue,ut per gl.& doc.& Cy.hic Bart.

CVm te proponas. Breuiter dicit. Tranſactio fa-
cta metu futuræ litis tenet.h.d.¶ Opp.tranſigere
propriè dicitꝰ ex parte actoris,quaſi ab actione re
ſilire.Innuit ergo,ꝙ hic frater actor erat.Sed tunc contra.in
tranſactione cõſueuit dari pecunia actori,à reo:ut ipſe actio
nẽ remittat:ſed hic dicit expreſsè,ꝙ frater promiſerat pecu-
niam:ergo innuit,quòd eſt reus.Huius timore glo.legitꝰ duo
bꝰ modis.Vno modo,quòd erat actor,& quòd promiſit pe-
cuniam hoc pacto,quòd illi daret ſibi hæreditatẽ:& ſic natu
ra tranſactionis eſt:ut actori detur pecunia à reo,quãdo ipſe
remittit actionem.ſed qñ cõſequitur illud, quod per actionẽ
petit.eſt natura tranſac.ut actor det reo pecuniã: ut hic &.ĩ.
a eo.l.ſi ſuper poſſeſsione.Secundo modo legitꝰ[a]: ꝙ hic frater
erat reus:& ſic tranſegiſſe ponitꝰ impropriè. & hæc ponuntꝰ
in primis duabus gloſſellis. ¶ Oppo. de.l.j.ff.eodẽ. Sol.ibi
dicit trãſactio debet imponi ſuper lite,intelligitꝰ prꝭſenti,uel
futura.& ita hic.Erat ergo hic lis ſaltẽ de facto extra iudiciũ
¶ Oppo.de.l.in ſumma in princip.ff.de condi.indeb.Solut.
intelligas quòd quæſtio erat de facto abſq; calumnia.tamen
dic ut dicam.ĩ.eodem.l.ſub prætextu. ¶ Quęro qualiter fuit
promiſſa iſta pecunia?gl.ĳ.dicit nuda cautiõe.& uide gl.ſed
ſi hoc uerum eſt,quomodo ꝓcedit quod hic dicitꝰ in text. ſi
non ſoluiſſes iure cõueniretis:cũ ex pacto nudo,quis nõ poſ
ſit conueniri?reſpõdeo:intelligitur quòd iſtud pactum fuit
ueſtitum rei interuentu:quia ille promiſit ſibi pecuniã:ut ſo-
ror ſibi daret hæreditatem:quæ ſoror illam hęreditatẽ dedit,
ut.l.ſiue apud acta.ĩ.eod.& ibi no.aliâs haberemus hic neceſ
ſe dicere:quòd hic ſtipulatio interuenit &c.

SVMMARIVM.

1 *Verba imperatiui modi importãt conſilium : quando imperatur aliquid quod importat priuatam utilitatem.*
2 *Iudex quãdo aliquid ſibi cõſtat ex inſpectione inſtrumẽti.ſupplet de facto.*
3 *Actio utilis proueniens ex directa bonæfidei,eſt etiam ipſa bonæfidei.*

AGe cũ Geminiano. Breuiter di
cit ſecundũ
unam lec.Quãdo petitio eſt gñalis,tranſactio ſpe
cialis,nõ pręiudicat,niſi in his, in quibus eſt trãſ-
actum.h.d.ſecũdũ unã lec.Et hãc proſequuntꝰ omnes gl.exce
pta una glo.paruula quæ eſt ſuper uerbo nominatim.Et pri
mò,pono caſum ſecũdũ iſtam:& eam expediã.¶ Primò opp.
breuiter hic dicit:age:ꝙ eſt uerbũ imperatiui modi. & ſic ui-
detꝰ quòd aliquis cogatur agere.contra.ĩ.ut nemo inuitus co-
1 gatur agere.l.j.Sol.† quando alicui imperatur aliquid,quod
eius priuatã utilitatem continet.Verba imperatiui modi ha-
bent uim conſilij.ita loquitur hic.ita intelligit gl. tua prima.
& hoc probatꝰ in.l.ij.circa fi.ff.mã.& ibi eſt tex.& hic.¶ Sed
op.ſecũdò.hic innuit,ꝙ iudex ex officio ſuo debet hic vide-
re,de quanta pecunia ſit tranſactũ:& ſic ſupplet de facto.Cõ
tra.ĩ.ut q̃ deſunt aduo.l.j.& quod ibi not.&.l. illicitas.§. ueri
tas.ff.de offi.præſi.Sol.dicunt quidam,ꝙ hoc eſt ideo:qa eſt
2 actio bonę fidei. Tu dic,ꝙ ideo † quia liquebat ſibi, ut iudici
ex inſtrumẽti inſpectione. Alia circa hoc dicã.in.d.l.j.vt quę
deſunt aduoc.parti.dixi plenè in.l.iiij.§.hoc autẽ iudicium,
de damno infecto.¶ Oppo.ĩ.de iudic.l.licet.quidam dicunt
fateor:quòd hęc replicatio opponeretur.gl.nõ placet,& be-
ne:nã ibi fuit petitio generalis:proſecutio ſpecialis:& ſentẽ-
tia generalis:unde quia ſententia omnia continebat eſt opus
replicatiõe.Sed hic fuit trãſactio ſpecialis : meritò nõ eſt opꝰ
replicatione:quia omnia nõ comprehendit. Huius gratia gl.
tua diſtinguit plures caſus,quos uide:quia nõ dicã hic. extra
gloſſ.ſed dicam.ĩ.eo.l.ſub prætextu ſpecierũ.&.l.ſi de certa.
¶ Secundum ergo iſtam lecturam:hic de una ſpecie fuit trãſ
actum,& de alijs non. Sed contra iſtam lecturam uidetur tex.
qui dicit de quanta pecunia:& cętera.& infra.quãtam pecu- a
niam relinquã.& cætera.& ſic innuit quòd fuit remiſſa pars
quantitatis debita non ſpecies adminiſtra.gloſſ. uolens hoc
effugere exponit quãta.i.à qua ſpecie. Alij uolentes, ꝙ litera
ſtet proprię legunt alio modo. Et breuiter ſecũdum eos hoc
intendit. Si pars debitè quantitatis petitur, & ſuper ea tranſi
geretur:in reſiduo non obſtat exceptio.hoc dicit.& iſta lect.
ponitur in gl.ſuper uerbo nominatim.differt ergo hęc lectu.à
prima ibi:quia ex diuerſis ſpeciebꝰ debebatur. & de una fuit
tranſactum:hic debebatur ex una tantum. Item in pręceden
ti fuit generalis petitio, & ſpecialis tranſactio : hic uerò fuit
ſpecialis petitio,& ſpecialis tranſactio.

AGe cũ geminiano. Iſta lex legitꝰ dupliciter in
glo.& ſecũdũ primã lecturam.h.d.Vbi petitio eſt
generalis,& tranſactio ſpecialis, non nocet in his,
ſuper quibus non apparet eſſe trãſactũ.hoc dicit. Legitur ſe-
cundo modo,qui colligitur in glo.q̃ incipit:iubebit. hoc di-
cit.vbi petitio eſt ſpecialis,& eſt trãſactio ſpecialis : trãſactio
non nocet in his,ſuper quibus non apparet eſſe tranſactum.
¶ Opp.de.l.j.vt nemo inuitus.Soluit gl. quòd verbum age,
hic poſitum,non denotat præceptum:ſed potius quãdã per
miſsionem,¶ Ex iſta ſol.no.quòd quãdoq; uerbum impera-
tiuum continens propriam vtilitatem eius, cui imperatꝰ non
b ſtat in propria[b] ſignificatione:ſed denotat quandam permiſ-
ſionem ſeu conſilium:ut hic.facit.l.ĳ.in fin.ff.manda. ¶ Item
oppo.quòd iſte tex.uidetꝰ innuere,quòd iudex poſsit ſupple
re defectum.Contra.de.l.illicitas,§.ueritas.ff. de offi.pſi. Sol.
quòd tũc iudex poteſt,cum ſibi eſt aliquid notum ut iudici.
Hoc enim poterat iudici eſſe notũ,ex inſpectione inſtrumẽ-
ti tranſactionis:& ſic ut iudici.¶ Itẽ opp.de.l.ſub prætextu
ĩ.eod.Solu.vt in gl.fin.ſolutio habetur.in.l.tres fratres.ff. de
pactis.¶ Quæro,qua actione agitur?dicit gloſſ. quòd agitur
vtili actione nego.geſt.& eſt glo.j.Ex qua glo.iuncta cũ text.
3 quãdo dicit,quòd eſt bonęfidei.no.quòd † ſicut ille actiones
directę de quibus fit mentio in.§.actionum.inſtit.de acti.ſunt
bonę fidei:ut ibi:ita utiles.¶ Quæro quid,nõne ipſo iure?di-
xerunt quidam ope replicationis.per.l.licet.ĩ.de iudic.Iſtud
dictum reprobatur per glo.Ratio:qa in leg.contraria petitio
fuit generalis:proſecutio fuit ſpecialis: & ſentẽtia generalis.
vnde cum ſententia omnia contineat:nilmirum ſi non ſubue
nitur ipſo iure:ſed ope exceptionis,ſeu replicationis.Barto.

SVMMARIVM.

1 *Dictio niſi,quando ponit, & quando priuat.*
2 *Dictio præter quando ponatur exceptiuè,& quando ademptiuè.*
3 *Dolus quando uideatur remiſſus in generali tranſactione?*
4 *Dolus ſi committatur in tranſactione,ut quia inductus fuit dolo aliquis ad tranſigendum,quòd agatur actione de dolo.*
5 *Dolus quando committitur,in non obſeruando promiſſa in tranſactione: an agi poßit de dolo?*
6 *Liberare eſt dare.*
7 *Lex debet intelligi de illo titulo,ſub quo ſita eſt.*
8 *Actio de dolo,quando datur ex contractu facio, ut des:uel actio præſcriptis uerbis.*
9 *Condictio ob cauſam in contractibus innominatis,habet duplicem conditionem.*
10 *Cautela ut non poßit quis petere reductionem ad arbitrium boni uiri.*
11 *Promittens non uendere librum,niſi Titio,an poßit cogi? & ſupra etiam. nume.1.*

ACtione. Hæc lex habet ita ſubtilem gloſ.
& difficilem: & de medulla iuris,
ſicut alia,ꝙ viderim.Breuiter dicit.Ad actionẽ ex
tinctam non datur regreſſus:ſed decepto ꝑ actio-
nem de dolo ſuccurretur:niſi ſit de dolo trãſactum. hoc dicit
Primò ponit dictum:ſecundò exceptionem:tertiò exceptio
nẽ exceptiõis.ſecũda ibi:niſi de dolo.Tertia: niſi ſpecialiter.
1 ¶ Nota:quod dixi in ſummario.¶ Nota etiam hic,† quòd di
c ctio niſi,[c] quandoq; ponit:quandoq; priuat:vt patet ex tex.
quia primũ niſi,ponit:ſecundũ niſi,priuat.¶ Op. de hac leg.
ad ſeipſam.Nam prima dictio niſi,ponit: poſteà priuat. Do-
ctores volentes iſtam materiam explicare inculcant de dictio
ne niſi,quæ eſt priuatiua:etiã de dictione ꝑter. & videtur mi
hi quòd non benè faciant.Nam debetis ſcire:quòd quædã eſt
dictio exceptiua,quę reſpicit actum impoſitũ in oratione:q̃-
dam,quę reſpicit terminos.Illa,quę reſpicit actum: iſta eſt cõ
iunctio niſi:circa quàm dicas.Aut pręcedit oratio negatiua:
d & dictio niſi,ponit,[d] vt hic in primo niſi.Aut ꝑcedit oratio af

¶ Secundo modo legitur. Aduerte ad hanc ſecũdam lecturam: quia licet doc. videantꝰ fateri etiam hanc poſſe ſtare ad iſtum text.do. meus do. Frá. pepius de Flo. iuriſcõſultus celeberrimus dicit hanc ſecundam lecturam falſam. Nam gl.j.huiꝰ leg.& cómuniter omnes dicunt, quòd calumnia actoris vitiat trãſactionem: rei nõ. Et ita limitant tex.in.l.in ſũma.§.j.ff. de cõdi.inde.In leg.iſta nõ poteſt negari qn ſit calũnia, ex parte huiꝰ ſororis, q̃ ſciebat ſe non hæredem:vel qa ſciebat ſe eſſe exhæredatã:vel aliter excluſam. Et tamen dicitꝰ hic trãſactionem valere. ergo debet intelligi, ꝙ iſta ſoror erat rea, & non actrix : qa aliâs vitiaret tranſactio.prętextu calumniæ, prout eſt cõmunis opi. hic. Et ideo à prima non recedas.

b ¶ Nõ ſtat in propria ſignifi. Et ſic nõ ſemp importat neceſsitatẽ. Adde tex.ĩ.c. ſic em̃.xxviĳ.q.j.& glo.ĩ.c. fi.§.ꝙ pręcipitur. xiiĳ.q.j. & Card. in cle. exiui.§. itẽ qa.de ver.ſig.

c ¶ Niſi. Adde de hac dictione niſi, & multis alĳs priuatiuis . Oldrad. cõſi.xlix. & de dictione præter,vltra Oldrad. vide Roma. conſi.ccc.xxviij.

d ¶ Dictio niſi,ponit. Adde tu ꝙ contra Barto. videtꝰ tex. in.l. diuꝰ. in princ.ff.de pet. hęredi. vbi hæres cui eſt mota quęſtio hæreditatis, dicit tex. ꝙ eſt ꝓhibitus alienare bona hæreditaria : niſi malit ſatiſdare:ergo debemus dicere poſſe alienare,ſi ſatiſdat quia pręcedit oratio negatiua,& tamen ibi dicitur,ꝙ etiã ſi caueat, non

poſsit. Item videtur text. in regula peccatũ. de regu. iur. libr. vj. vbi dictio niſi: habet orationẽ negatiuã pręcedentem: & tamen non ponit. igitur &c. Cogita & vide docto, in l. ſi eum. §. qui iniuriarũ. ff. ſi quis caut.

firmatiua: & dictio niſi, priuat. vt hic in ſecundo niſi: vt in capitulo peccatum extra de regu. iuris. libro. vj. ¶ Sed contra hoc oppo. de l. Titia. §. fi. de manu. teſta. dicit Dy. ibi. dictio niſi præcedit, non ſequitur, dixit teſtator, niſi rationes diligenter reddideris, liber ne eſto. Certè hoc non placet. quia licet dictio niſi, in ordine vocis, vel ſcripturæ præcedat: tamẽ in ordine intellectus ſequitur. Dicendũ eſt ergo ſi præcedat oratio negatiua, dictio niſi, ponit. ¶ Sed eſt aduertendum: qa quandoq; per orationem præcedentem negatur actus: tunc dictio niſi, ponit actum; ita loquitur hic. Quandoq; per orationem præcedentem negatur potentia. tunc dictio niſi, ponit potentiam, non actum. Ita loquitur. d. l. Titia. §. fi. Quod enim ibi dicitur: liber ne eſto, niſi rationes reddideris: hoc eſt liber eſſe non poſsis, niſi rationes reddideris: qa tunc poſsis eſſe: non quod ſit: quia potentiam ponit, & non actum. ¶ Et per hoc reſpondetur ad quæſtionem, quam format hic glo. ibi. & dic arg. ꝙ ibi notaui. & eſt talis: ꝓmitto nõ vẽdere iſtũ librum, niſi tibi. quid important iſta verba? certè prima oratio negatiua negauit potentiam, promitto non vendere: hoc eſt, ꝙ non poſſum uẽdere alij, niſi tibi: ergo dictio niſi, ponit potentiam, nõ quod cogar tibi uendere: ſed cũ uelim uẽdere uendam tibi &c. ¶ Quędam eſt dictio exceptiua, quæ reſpicit terminos: & iſta eſt propriè præpoſitio pręter. Exẽplum
2 lego tibi omnes libros meos præter codicem. Iſto caſu dic†: Aut illud cui apponitur dictio præter. comprehendebatur ſub generalitate pręcedentium terminorum, & ponitur exceptiuè. vt. l. nam ꝙ. §. fi. de pe. leg. & priuat. Aut non continebatur ſub generalitate præcedentium terminorũ, & non ponitur exceptiuè, ſed magis additiuè, ſeu augmẽtatiuè, & tũc ponit. ut. l. ſeio. §. uxori. de annuis leg. Fallit in his, que continerent odiũ. ut in. c. dudum. extra de elec. & ibi not. per Inn. & ita debes intelligere hanc materiã. ¶ Modò ueniamus ad apparatum noſtrum. tex. hic dicit: non ſupereſt aliqua actio, niſi de dolo. Quæro de quo dolo loquitur hic? Pro cuius declaratione debecis ſcire: quòd dolus committitur quandoq; in ipſa adminiſtratione: quandoq; in ipſa tranſactione; quandoq; committitur poſt tranſactionem, non ſeruando promiſſa. De primo dolo loquitur gl. quæ eſt hic, ſuper uerbo tranſactum ſit de duobus ſequentibus loquitur præcedẽs gl. mag.
3 ¶ † An autem in generali tranſactione uideatur remiſſus dolus, commiſſus in adminiſtratione? glo. tangit hic: dicam plenius in. l. ſub prætextu ſpecierum. j. c. dixi in. l. Aurelio. §. fi. de liber. lega. Tamen iſtam gl. uide & no. intellectum, quem dat ad. l. ſi quis rationes. de libe. lega. qa intelligit illã, quãdo legatur liberatio adminiſtrationis iam factæ. & uide gl. ¶ Se
4 cundò committitur dolus in ipſa † tranſactione, inducendo quem per dolum ad tranſigedum: an tũc poſsit agi de dolo? & omnes communiter intelligunt, quòd ſic. & ita intellexit Azo. & uide glo. Oppo. contra hoc, ſicut dolus dans cauſam contractui bonæ fidei, reddit contractũ ipſo iure nullum: ita reddit etiam liberationem interpoſitã ſuper cõtractu bonæ fidei ipſo iure nullam: ut. l. de tutela. j. de in integ. reſti. & ꝙ ibi not. Sol. vt dicam in. d. l. ſub prætextu. j. eo. ¶ Tertiò quę
5 ro†: quid ſi dolus eſt cõmiſſus in non obſeruando promiſſa in tranſactione: an poſsit agi de dolo? Placen. dicit quòd ſic. & ita intelligit hanc leg. Azo. contra Plac. quòd probat ſic. actio de dolo non habet locum, vbi habet locum alia: vt. l. j. §. verba. & §. ſi quis. ff. de dolo. & l. ij. j. de dolo. Sed hic datꝛ huic tranſigenti actio, contra eũ, quem liberauit per acceptilationem: vt ſe in priſtinam obligationem reponat, ſcilicet condictio ob cauſam: vt. l. ſi quis accepto. ff. de condi. ob cau. ergo non datꝛ de dolo. Prætereà: contractus tranſactionis de quo hic fit mentio, aſsimilatur contractui, do vt des: hoc eſt
6 libero te, vt des pecuniam. & liberare † eſt dare. Cum ergo impleuit contractum ex parte ſua liberãdo, debet habere actionem præſcriptis verbis: vt. ff. de condi. ob cau. l. ſi mulier. & de præſcrip. verb. l. ob eam cauſam. & l. naturalis. eod. tit. & per hoc ipſi dãnant opinio. Pla. Quidam volentes ſuſtinere Pla. reſpondẽt ad obiecta, per rationem ſubtilem, ſic dicunt ipſi. in. l. ſi quis accepto. datur condictio incerti, quæ eſt generalis, quæ cõcurrit cum actione de dolo. Hoc non placet, qa
7 illa. l. j. eſt poſita in titu. de cõdictio. ob cauſam. Ergo † debet intelligi de illa actione: vt. l. Imperator. de in diem adic. not. in. l. fi. C. de condictio. indebi. Alij ſoluunt, quod ibi remittebatur obligatio certa: hic obligatio dubia. & vide glo. ¶ Quidã volentes ſuſtinere Pla. dicũt quod iſta eſt vera ſolu. quãdo debitum eſt certum: tunc remittere eſt dare. ita loquitur ratio Azo. Sed quando debitum eſt incertum & dubium: tunc remittere nõ eſt dare: ſed eſt facere ſcilicet deſiſtere ab agendo. Eſt ergo tunc contractus iſte trãſactionis, facio vt des; id eſt,
8 deſiſto vt des. Sed † ex facio; vt des: datur actio de dolo: vt. l. naturalis. §. quod ſi faciam. de pręſcriptis verbis. ergo &c. Et hoc videbatur tenere Iaco. butri. mihi non placet: quia tunc eſt verum, quod ex facio vt des: datur actio de dolo. quando ex facto meo nihil adeſt alteri parti: ſed quãdo aliqd adeſt ex facto meo: tunc datur actio pręſcriptis verbis, ſicut in do vt des: vt. l. cum mota. j. eodem. & l. ſiue apud acta. & ibi vide. & not. in dicta. l. naturalis. §. quod ſi faciam. Sed in propoſito ex tali remiſsione, parti aliquid adeſt: ergo &c. ¶ Vnde alij volentes ſuſtinere Placen. dicunt ſic. quod hic non fuit actum tantum, ut acceptilatione liberetur: ſed in perpetuum deſiſteret, & ideo quia iſtud deſiſtere in perpetuum non poteſt impleri per promittentem: quia ſemper poteſt agere: ſaltem de facto, & pœna committeretur. ut. l. ubi pactum. j. eodem. ideo non habet locum cõdictio ob cauſam: uel pręſcriptis uerbis ideo datur actio de dolo. Do. Cy. dicit, quod iſta ſolu. non eſt bona. per. l. ſi pecuniam. de condi. ob cau. & non dicit plus.
cio ge,vnꝰ vocatur gerẽs,alter dominꝰ:& tamẽ ex vtraq; par
te vnus dicitur quaſi cõtractus,ſcilicet negociorũ geſt.tamẽ
iſta actio diuiditur in actionem cõtrariã,& directã.Directa
cõpetit ei,ad quẽ res pertinet:cõtraria cõpetit alteri:vt.ff.de
pig.act.l.tutor,§.contrariam.& per totum tit.C.&.ff.eo.&
iſtis caſibus,tam directa,quàm cõtraria,dicitur directa reſpe
3 ctu vtilis:de qua dicam.j. ¶ Secũdò eſt videndũ,quãdo † di-
citur directa reſpectu vtilis:& hic aduerte.Directa & vtilis,
dicitur diuerſimodè Vno modo dicitur vtilis reſpectu dire-
ctæ,quę alijs caſibus cõpetit,non in iſto,de quo loquimur.
& hoc proſequitur gl.noſtra hic.Alio modo dicitur vtilis,
reſpectu directæ quę eodẽ caſu cõpetit.& iſtud gl.nõ proſe
quitur hic.Dico,primò dicitur vtilis reſpectu directę:quia
alio caſu cõpetit.Ponit gl.exemplum,quando vno caſu ha-
bent locũ verba,& mens legis:tunc habet locũ directa.quan
do in alio caſu,habet locũ mens legis,& non verba:tunc ha-
bet locũ vtilis.Probat gl.ff.eo.l.iij.in prin.&.§.ſed & ſi qd.
Vbi edictũ prætoris,loquitur de eo,qui gerit negocia domi
ni viuẽtis,vel negocia,quæ fuerũt mortui.§.ſed & ſi quid.
Pretor loquitur de eo,qui gerit negocia,quę non ſunt viuẽ-
tis,nec fuerunt mortui:vnde cum deficiant verba,habet lo-
cum vtilis. ¶ Itẽ poteſt poni exemplum.hoc edictũ de neg.
geſt.habet locũ in eo,qui gerit ſponte.In eo qui gerit coactè
non habẽt locum verba,ſed mẽs:ideo habet locum vtilis:vt
hic.& vide gl.in principio. ¶ Iſtud dictum gl.repræhendi-
tur per doct.Nam vbicunq; habet locũ mens legis,tunc ori-
tur directa:licet verba deficiant. Vidiſtis expreſſum in.l.j.
4 j.vti poſſidetis.vbi † licet interdictũ loquatur de ædibus:
tamen habet locum in fundo directum.Probatur in.l. non
dubiũ.ſ.de legi.eſt tex.ĩ.l.noĩs et rei.§.verbũ.ff.de verb.ſig.
5 etĩ.l.iij.infi.&.l.ſeq.ff.de legi.tut. ¶ Dicẽdũ † eſt ergo aliter, a
ſecũdũ doct.actio directa tũc habet locũ,quãdo habẽt locũ
verba & mens legis,vel mens tantũ:vt dictis leg.actio vtilis
habet locum,quãdo nõ habent locum verba,nec mens legis.
ſed per Iuriſcõſultũ illa lex extẽditur propter identitatem,
vel ſimilitudinẽ rationis:vt.l.pe.ff.ſi quadru.pau.feciſ.dica-
tur.ita loquitur hic Nam edictum de ne.geſt.loquitur de ge-
rente ſponte:nec ibi verba,nec mẽs prætoris fuit de gerente
neceſſario,ſed per Iuriſconſultũ ad ipſum extenditur:ideo
tunc habet locũ vtilis.Ita debetis intelligere hãc materiam.
¶ Item debetis ſcire, dicit gl.quòd iſta variatio quandoq;
cõſiſtit in pſona actoris:quãdoq; in pſona rei.In pſona acto
ris fit variatio p nomina,vt directa,& vtilis.In pſona rei,fit
variatio p aduerbia,vt directè,& vtiliter. Ideo ſi aliqs gerit
ſpõte,ipſe habet actionẽ nego.geſt.directã: ſi gerit coactè ha
bet vtilẽ.Si gerit negocia domini,vel mortui,habet directò
directã: ſi neutrũ horũ fuerit, habet vtiliter directam. Dicit
gloſ,& ſic poteſt eſſe,quòd habet locum directa directò, &
directa vtiliter:vtilis directò & vtilis vtiliter. Et idem gloſſ.
dicit in rei vendicatiõe,in petitione hæreditatis.Et idẽ not.
ff.de rei vẽdicatione.ſuper rubrica. ¶ Doctores vltramõta.
contra:& dicunt veritatem iudicio meo.Iſta diſtinctio nomi
num,& aduerbiorũ eſt diſtinctio magiſtralis, quæ lege non
reperitur:quinimo nec eſt bona diſtinctio.Nã iſtę diſtinctio
nes habent ſua principia:vnũ ex parte actoris:aliud ex par-
te rei.Et ſi quod iſtorũ deficit,non poteſt dici directa,ſed di
citur vtilis.Vnde falſum eſt,quòd dicamus directam vtiliter.
Poſito enim quòd ego ſim dominus,ſi ex pſona cõuenti non
poteſt habere locũ vẽdicatio,vel hæreditatis petitio,vel iſta
actio directa, dicetur tota actio vtilis.caſus eſt.ff.de noxa.l.
electio.§.primo. ¶ Secũdo modo dixi,quòd dicebatur vti-
6 lis reſpectu † directæ quę cõpetit eodẽ caſu:vt directa cõpe
tit cedenti,vtilis ceſſionario,eodem caſu directa hæredi,vti-
lis fideicõmiſſario:vel directa procuratori,vtilis domino:vt
in.l.in cauſæ.in fine.ff.de ꝓcurato. Et differũt iſtę actiones
vtiles,inter ſe,quia vtilis, de qua loquor,ſi cedatur nihil re-
manet apud cedentem:quia ſolũ illam vtilẽ habebat:vt.j.de
hære.vel actio. vẽdi.l.emptor.&.l.ex aſſe.& ibi no.ad Tre
belli. & eſt tex.in l.j.§.de illo.eodem titulo.Alia verò vtilis,
de qua ſupra dixi,quę dicitur reſpectu directæ,quę alio ca
ſu cõpetit,licet in aliũ trãſſeratur: tamẽ remanet apud ceden
tẽ:& ſic poterit dici directa, reſpectu vtilis,quę cõpetit ceſ-
ſionario.Exemplum in bonorum poſſeſſore,de iure præto
rio,qui reſtituit hereditatẽ.Nã apud eũ remanet vtilis de iu-
re prætorio,in fideicommiſſarium tranſit vtilis per Trebel-
lia.vt.l.j.§.bonorum.ff.ad Trebellia.&.l.recuſare.§.primo.
eodem titulo.Ita intelligo hic,ſi minor cederet actionem vti
lem,contra curatorem etiam apud eum remanet. argumen.
dictorum iurium. ¶ Iſtud eſt vtile ad quæſtionem de facto.
7 Nam † ille,qui cedit propter virtutẽ directæ quę remanet
apud eum:poteſt ſolutionem recipere,& debitorem libe-
rare:niſi in certis caſibus, qui ponuntur in.l. tertia.infra de
nouatio. ſed ſi apud eum nihil remaneret, tunc ſecus. &
iſta ſunt ſubtilia, & menti tenenda. ¶ Sumus expediti de
duabus primis gloſſ.& dicitur hic,ꝙ contra hæredes in hac

a ¶ Si paterno.ad de Lud.Roma.in conſil.cclij.pro his,quę hic dicũtur.

8 actione,† nõ venit nisi dolus,& lata culpa. ¶ Opp. ad hoc. j.
de hæredi.tut.l.iij.&.iiij. Sol.fateor, quòd no venit, nisi dol⁹,
& lata culpa Fallit in trib⁹ casib⁹, q ponũtur in lege cõtrarijs.
¶ Oppo.j.arbi.tute.l.quicquid.&.j.eo.l.tutori. Sol.fateor
quòd ipe curator tenetur de dolo,& lata culpa,& leui: sed hę
redes ei⁹ nõ tenẽtur, nisi de dolo.& lata culpa. Fallit in tribus
9 casibus, quos.s.dixi. ¶ † Quero, circa istã partẽ, de dua-
bus questioibus. Primò vtrũ hoc sit verũ in hęrede gestoris
volũtario: sicut hic in hęrede gestoris necessario: vt teneatur
in minus hæres,q̃ defunctus. gl. hic dicit: quòd nõ: imo dicit,
quòd in volũtario gestore intantũ tenetur hęres, inquãtum
defunctus. Idẽ not. in.l.acti.ff.eo. cõtrariũ no.ff.e.l.iij.§.hęc
actio.&.ff.de actio.l.ex depositi. cõiter omnes tenẽt glo. hic
positam,& similes: quia in gestore volũtario, ista differentia
nõ reperitur in aliqua leg. ¶ Quero, istud est verũ, quòd hę
res non tenetur, nisi de dolo,& lata culpa defuncti: an tenea-
10 tur † de leui culpa sui ipsius hęredis: in eo quod ipse gesserit.
Glo. dicit hic, quòd sic.& vide gl. Cõtrariũ videtur in.l.cum
ostendimus.ff.de fideiuss.tu. Solu. ibi loquitur quando gessit
aliquid, quòd habebat gerere necesse: hic quãdo gessit illud,
quòd gerere non habebat necesse.

OB negocium. Hæc actio est bonę fidei, siue sponte, siue ex necessitate geratur: ideo ex mora in eo veniũt vsurę. h.d.

AB vno. Etiam pro communi negocio, habet locum hæc actio. hoc dicit breuiter in summa &c.

SVMMARIVM.

1 Officium procuratoris, quando sit uoluntarium?
2 Gestor quando teneatur etiam de neglectis.
3 Gestor quando teneatur de leui culpa?
4 Gestor non potest intentare actionem.
5 Gestor unius negocij tantum an tenatur à seipso debita exigere?

TVtori. Tutor & curator differũt à gestore: quia ipsorũ officiũ est necessariũ, & finitur necessitate cessante: sed officiũ gestoris est voluntarium: & voluntate propria terminatur.
¶ Item primus potest exercere actionem: secundus non: &
vterq; etiã de leui culpa tenetur. h.d. ¶ Diuide. primò po-
nit differentiã inter tutorẽ,& curatorẽ ex pte vna: & gestorẽ,
ex parte alia, in administratione inchoanda & finienda. Se-
cundò ponitur vnum, quòd est cõmune obligatiõis vtriusq;.
Tertiò ponit differentiã inter prędictos in exercẽdo actiões
secũda ibi secũdũ que. tertia ibi: de ceteris. ¶ Nota primò, ex
prima pte differentiã inter administratorẽ volũtariũ,& neces
sarium. ¶ Secundò nota, quòd gestor tenetur de dolo, lata
culpa,& leui. ¶ Ex tertia parte nota, quòd sine actiõe nemo
experitur.& sic nõ põt gestor intentare actionẽ. ¶ Ad pri-
1 mum oppo.& videtur,† quòd officiũ curatoris, sit volunta
rium: vt insti. de curato.§.item inuiti. Sol. voluntariũ est ex
parte eius, cui datur: & ex parte ei⁹, cui datur, est necessariũ.
¶ Opponitur ad idem de.l.ij.§.quærit. de curato. bo. dan.
Solu. ibi loquitur in curatore dato bonis: quod supra dixi, lo
quitur in curatore adulti. ¶ Itẽ opp.& videtur, quòd officiũ
tutoris, vel curatoris, nõ finiatur pubertate: vt cau. post pu-
berta. tutor assit. in.l.j. Solu. fallit ibi negocio nõ perfecto,
vt ibi dicitur. ¶ Habes expeditã primã gl. super verbo mu
neris. venio ad aliam glo. super verbo voluntas. ¶ Oppo.&
2 videtur,† quòd gestor teneatur etiã de neglectis: vt.l. in com
modato.§.sicut.ff.cõmoda. Sol, in isto passu fuerũt opi. inter
glo. nostros inter Ioã. ex vna parte: & Gul. antiquum glossa
torẽ ex alia. Veritas est ista, quòd distinguitur sic, aut qs incœ
pit gerere,& posteà illud omisit: & de illo tenetur. arg. dicte.l.
in cõmoda.§.sicut.ff.cõmo.&.j.de actio.& obl.l.sicut Aut nõ
cepit: & tũc aut ab initio accessit, vt omnia gestur⁹,& de omni
bus tenetur: vt.l. Põpo. in negotijs. in fi. cum.l.seq.ff.eo. Aut
non accessit, vt gesturus omnia, sed vt gesturus quædã: & tũc
aut alius fuisset gestur⁹ omnia, nisi ipse accessisset: & tenetur
de omnibus: vt.l.si pupilli.§.videamus.ff.eodẽ. Aut alius nõ
erat gesturus: & tunc nõ tenetur, nisi de his, ad quæ gerẽda ac
cessit: vt hac leg. cũ his que sibi cõnexa sunt: vt.l.tres tutores
§.ij.ff.de admi.tuto. Quòd ergo hic dicitur, quòd volũtas im
ponit finẽ administrationi: intellige de volũtate, quã habuit
ab initio, cum accessit ad gerendum. ¶ Venio ad secundam
3 partẽ. hic dicitur, quòd † gestor tenetur de leui culpa. Con-
tra.ff.eo.l.iij.§.interdũ. Sol. illud, quòd hic dicitur est regula
re, fallit in casibus, q ibi no. ¶ Itẽ oppo. de lege, curatoris.s.
eo. Sol. aliud est in hęredib⁹ administratoris necessarij, quam
in ipso administratore voluntario.& ibi dixi. ¶ Venio ad
tertiã particulã,& Opp.& videtur, quòd gestor possit intẽ
tare actionẽ, vt.l.sed & hæ. de pcu.l.marit⁹.s. de pcu. Solu.
ibi. põt agere, nõ quia gestor, sed qa cõiũcta persona. ¶ Quę
5 ro, vtrũ gestor vnius † negotij tantũ teneatur debita à seipso
exigere? Glos. paruula, quę est hic, ponit duas opi. tene vlti-
mam, quòd tenetur exigere à se illud, quòd debet de admini
stratiõe nõ aliud. quòd probatur.ff. mandati.l. si nõ remune-
rãdi.§.apud. nisi esset gñralis administrator: vt hic p doctо.

SI cognati. Obligatio psonalis non impedit libertatem serui: & factus liber non tenetur ex ante gest. h.d. Dic vt.l. Pomponius in negotijs.ff. eodem.

NEgocium. Tutor non tenetur de casu fortuito. hoc dicit hæc lex. breuissima.&c.

SVMMARIVM.

1 Prohibitio tollit actionem negotiorum gestorum.
2 Protestatio põt fieri in scriptis, & sine scriptis, & quãdo. & numero 5.
3 Prohibitio in gerente negotia, an tollat repetitionem?
4 Expẽdẽti Vtiliter post prohibitionẽ, an cõpetat aliqua actio de æquitate?
6 Protestatio de qua hic, an debeat spãliter fieri, uel sufficiat, q in gñe fiat?

SI quis nolente. Prohibitio tollit actionẽ negotiorũ gesto. in his, quę post prohibitionẽ gerũtur: secus in his,
1 quæ gesta sunt ante. hoc dicit. ¶ Nota,† q prohi
2 bitio tollit hanc actionẽ. ¶ † Secũdo not.§. quòd ptestatio
3 potest fieri in scriptis,& sine scriptis. ¶ Opp.& videtur † q
ista prohibitio nõ prohibeat repetitionẽ: vt.ff. de institor.l. si
quis mãcipijs.§.proculus. Sol. gl. optimè ibi: licet prohibue
rit domin⁹, tamẽ nõ phibuit seruus: qui seruus põt obligare
dominũ inuitũ de peculio: vel de in re verso: vt.l.si qs seruũ.
§.etiã.ff. de pecu. ¶ Opponitur de lege, at si quis.§.idem la-
beo. de religio. Sol. Speciale est in funeraria, quæ nõ tollitur
per prohibitionem. ¶ Iuxta hanc legẽ quærũtur duo: vtrũ
4 huic vtiliter expẽdẽti † post phibitionẽ de ęquitate cõpetat
aliqua actio? glossa pro solutione huius quęstionis, intrat aliã
quæstionẽ, quãdò prohibitio nõ fuit facta expressè sed taci
tè. Verbi gratia: mandaui tibi, vt emeres mihi codicẽ pro.x.
emisti pro.xx. an. illa.x. vltra possis repetere? Et in hoc fue-
rũt opiniones. Finaliter gl. determinat, q nõ repetit. Si ergo
tacita prohibitio impedit repetitionẽ: multò magis expressa
in prohibitione expressa. Habemus duas glossas contrarias.
Vna est in.l. soluẽdo.ff. eodẽ. alia est in.l.si Stichũ. in fine.ff.
de nouationi. que contrariatur huic. Gueliel. de cug. videtur
tenere gl.l. soluendo. per legẽ, si quis mancipijs.§.proculus.
de instituto.& de religio.l. at si quis.§.idem labeo. Ad istam
leg. respõdet bene,& valde subtiliter, hic loquitur, quando
prohitio est facta circa administrationẽ rerũ, postq̃ quis nõ
potest administrare sine delicto. Nam post prohibitionẽ de-
linquis, si ingrederis fundum meũ, vel in eo operaris: vt.l. di-
uus. de seruitu. rusticorũ prædiorum.&.l.iiij. circa princ. de
acqr. rerũ do.& quòd vi aut clã.l.j.§.quid sit vi. Sed quæstio
gl. in.l. soluẽdo. loqtur qñ post prohibitionẽ põt geri nego-
ciũ sine delicto: vt puta cõueni, ne creditori meo solueres pro
me frumentũ,& similia: tũc de æquitate habet locũ actio, nõ
obstãte prohibitiõe. Licet hæc respõsio sit bona ad hãc legẽ,
tamẽ est cõtra.l.si pro te.ff. mãdati. Vnde teneas hãc glossam
& gl. quæ est in.l.si Stichũ. in fin.ff. de nouatio. Nõ obstat.§.
proculus.&.§.idẽ labeo: vt.s. responsum est circa contraria.
5 ¶ Quæro,† vtrũ hoc sit verum indistinctę quòd protestatio
possit fieri in scriptis, vel sine scriptis. Breuiter, quandoque
protestatio succedit in locũ actiõis: tũc debet fieri in scriptis:
vt.l. vt perfectius. de anna. excep. Quãdoque nõ succedit in
locũ actionis: tunc regula est: quòd potest fieri in scriptis,&
sine scriptis: vt hic.&.l. scire oportet.§. oportet, de excusat.
tutorum. Fallit in casu.j. de non nume. pecu. authẽ. hanc aut
6 querelam. ¶ Quæro secũdo, vtrũ † protestatio de qua loqui
tur hic, debeat specialiter fieri vel in genere? tex. hic in prin-
cipio videtur dicere specialiter. Gl. videtur exponere specia
liter, id est expressè. Dic si quidem volo prohibere, ne gerat
negocia mea simpliciter omnia: tũc satis est si generaliter lo-
quatur: nec est necesse, quòd res designetur, vel negociũ no-
minetur: vt.l. de pupillo.§. qui nũciat. de operis nou. nũ. Sed
si volo prohibere de aliqua re particulari, illã debeo designa
re: nec debeo obscurè loqui: aliâs protestatio nihil opera-
retur.

retur: vt. l. qui aliter circa prin. §. j. ff. quod vi: aut clam.

De his. quæ ui. metuſue cauſa gecta ſunt. Rubri.

❡Continua gloſſam vno modo: & dic vt in ea. Vel aliter: dictum eſt de pactis, & de tranſac. verum, quia prædicta fiunt metu, vel dolo aliquando: ideo ſubiungit rubrica de his quæ metu, vel vi, & poſteà de dolo. Quæro quare fecit mentionẽ de vi? gl. dicit, ꝙ Imperator ſecutus eſt antiquam intitulationem: ſed hodie aliter: vt habes in glo. quam vide, &c.

PErſecutionem. ❡Ad furẽ & metũ ĩferentem, ſpectat periculũ interit⁹. hoc. d. ❡Oppo. de. l. ſi cum exceptione. §. ꝙ ſi homo. ff. eo. Solu. ibi loquitur, qñ res perit intra quadrimeſtria tẽpora: hic quando periit ante. Ratio patet ibi. ❡Opp. de. l. ſi cum exceptione. §. ſed & ſi non culpa. ff. e. Sol. ibi loq̃r quando res erat eodem modo peritura penes actorem: hic nõ quod intellige, vt ibi notatur. Item oppo. de. l. ſubtracto. ĩ. de furtis. ff. de condictio. furtiua. l. parui. Sol. ibi purgauit morã hic non. ❡Quæro vltimò, re perempta, ad quid formabitur libellus? vel quid petetur: tex. hic videtur, quòd ipſa res petetur, licet ſit petita. Vnde ea, quæ ſunt ablata, etiam poſtquam interciderint, poſſunt peti. Idem videtur in. l. ſi ſeruus. §. boue. ff. de condictione furtiua. & l. inter ſtipulantem. §. penultimo. de verbo. obliga. & l. ſi mulier. §. j. rerum amotarũ. ❡In contrarium, quòd petatur æſtimatio, videtur textus in. l. in re furtiua. de condictio. fur. licet gl. ibi aliter exponat text. Ego iſtum paſſum examino multum diffuſè in repetitione. l. ſtipula. non diuidũ. de verbo. obli. vtrum obligationi rem reſtitui re perempta, ſuccedat obligatio ad intereſſe: & quid ſit in petitione: & finaliter teneo, quòd vtrũq; poſsit peti: ſcilicet res, & æſtimatio. ad hoc facit. l. illud. §. j. de dona. cau. mor. & ibi dixi. ❡Vltimò gl. intrat hic materiã violentiarum, quam glo. ponit latius in. l. extat. ff. eod. & ponit hic ſex genera violentiarum. & vide eam.

PErſecutionem. Fur, & metum inferẽs, tenentur de interitu. h. d. ❡Oppo. & ſum in gl. ij. dicitur quòd metum inferens tenetur de interitu. Contra de. l. ſi excep. §. quòd ſi homo ff. eodem. Solutio. quòd hæc debet limitari ſecundum illam: quia hoc eſt verum, niſi res pereat intra quadrimeſtre temp⁹. & quæ ſit ratio huius, dic vt ibi notatur. ❡Sed contra iſtam ſolutionem oppo. & ſum in glo. ĩ. & videtur quòd indiſtinctè veniat periculum: vt. l. j. §. rectiſsimè. & l. merito. ff. de vi, & vi armata. Timore huius gl. diſtinguit hic, quòd quinq; ſunt genera violentiarum. Iſtud dictum redarguitur: & ad contrarium reſpondet, quòd in duobus generib⁹ violentiarum, videlicet expulſiua, & ablatiua, venit interit⁹ indiſtinctè: in impulſiua non habet locum lex noſtra. & d. §. quòd ſi homo. ❡Sed contra iſtam ſolutionem oppo. de. l. ſi ipſa. ff. eodem. Solue, vt ſoluit gloſſa magna circa mediũ. Et aduerte ad vnum quod gloſſa dicit: quia gloſſa magna circa finem dicit, quòd ſunt plura alia genera violentiarum. Iſtud dictum redarguitur per doctores: quia non eſt verum, quòd ſint plura. Benè ſunt plures modi puniendi iſtas violentias: & plures conſtitutiones factæ: & has conſtitutiones vide plenè, vt. l. extat. ff. eodẽ. ❡Item oppono. & ſum in glo. ij. & videtur quòd debeat diſtingui: vtrũ res eſſet eodem modo peritura, penes actorem, vel non: vt. l. ſi cum exce. §. quatenus. verſiculo ſed ſi non culpa. ff. eodem. glo. fatetur contrarium. ❡Contra iſtud poſſet opponi, de. l. ſi in alia. ff. depoſi. §. fi. de. l. quod te. & quod ibi nota. ff. ſi certum petatur. Pro huius ſolutione, dic ſecundum do. Iac. Butr. quandoq; quæritur, nunquid moroſus teneatur de ĩteritu indiſtinctè: vel debeat diſtingui, vtrum res eſſet eodẽ modo peritura penes actorem, &c. Dic ſic: quòd quandoq; contingit, ꝙ nulla obligatio præcedit. Pone exemplum in reali, poſsides Stichum meum, &c. ❡Circa iſtud membrum dic, vt no. ĩ. l. ſi vehenda. aliâs in. l. litem ſi verberatum. §. fi. in gl. magna. ff. ad l. rhod. de iac. Quandoq; contingit, quòd pręcedit: & tunc aut talis obligatio deſcendit ex delicto: quia eſt factum, quod fieri non debuit. Aut deſcendit ex alio contractu. Primo caſu regulariter moroſus tenetur de interitur: vt. d. l. j. §. rectiſsimè. & l. meritò. ff. de vi & vi arma. ❡Fallit in meticuloſo, vbi debet diſtingui ſecundum quod diſtinguitur in. d. §. quatenus. verſi. ſed & ſi non culpa. Si autem obligatio deſcendit ex contractu dic, aut præcedit mora, aut culpa. ❡Primo caſu moroſus tenetur indiſtinctè de interitu: vt. d. l. quod te. & d. l. ſi in alia. in fine. licet Marti. dixerit aliter: vt ibi not. ❡In ſecundo caſu, vbi præcedit culpa: tunc debet diſtingui, vtrum res eſſet eodem modo peritura penes actorem: an non? eſt text. cum glo. ſua in. l. ſi vehenda. §. pe. ff. ad. l. rhodiam de iactu. Item oppono. de. l. ſubtracto. ĩ. de fur. Sol. vt gl. ij. in fi. quia ibi fuit purgata mora. Barto.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia iuris, quando noceat in damnis uitandis.*
2 *Soluens ſcienter quod promiſit per metum, non repetit ꝗ, & quæ ſoluit.*
3 *Exceptio merè odioſa, quæ dicatur?*
4 *Exceptio metus eſt odioſa reſpectu metũ inferẽtis: & reſpectu paßi eſt fauorabilis.*
5 *Solutio poteſt parere obligationem, & ſolutionem.*
6 *Soluens coactè poſt cautionem metu factam, quando repetat?*
7 *Metus Tyranni, quando dicatur durare.*
8 *Iurans per metum dare. x. ſi ſoluit, quòd repetat.*
9 *Iuri canonico ſtandum, quatenus pertinet ad iuramenti rationem.*
10 *Solutio, cum ita ſe habet, ut in illa poßit ſubeſſe alia cauſa, quam approbatio primæ promißionis, quis non præſumitur illam approbare.*
11 *Statuto cauẽte ꝗ per inſtrumẽtũ non poßit opponi exceptio doli, uel metus quin debitor capiatur, ſoluẽs uõ uidetur primã obligationẽ approbare.*
12 *Exceptio contra aſſerentem ſe ſpoliatum metu competit, ſed non competit quando agit poſſeſſorio.*

CVm te non ſolum. Solutio ſpõtanea, purgat vitium metus adhibiti, tempore promiſsiõis. h. d. ❡Aſſumo principium & oppo. ff. de condi. ob tur. cau. l. ex ea. & l. metum. §. ſed quod prætor. ff. eodem. So. ibi fuit adhibitus metus in ſoluendo: hic in promittendo tan-
1 tum. ❡Oppono ſecundò, & aſſumo finem gl. †. Iuris ignorãtia non nocet in damnis vitandis: vt. l. error. ff. de iuris & facti ignorantia. Sed hic ſoluens errauit: ergo, &c. Gloſ. dicit ꝙ hic fuit error ſupinus, vt. l. nec ſupina. de iuris & fac. igno. & vide gl. ❡Contra iſtã ſolu. videt̃. ff. de condi. inde. l. ſed & ſi me putẽ. in princ. vbi in damnis quilibet errans quantũcunq; fatuus: & in facto proprio excuſatur. Sol. dic, ꝙ hic ſoluit ſcienter: vel ſi ponis eũ erraſſe, poſito ꝙ repetitio cõpeteret per iura contraria: non competit per actionem, quod metus cauſa, & hoc eſt quod dicit iſte textus. ſed alio modo competit repetitio: non autem competit per hanc actionem. & vide textum qui dicit: vim paſſum, &c. Modò venio ad op. & redeo ad prin-
2 cip. gloſſ. & concludo, † quòd ſi ſcienter ſoluit: ſublatum eſt vicium metus adhibiti tempore promiſsionis: & ſic ceſſat repetio, ſi ſoluiſſet ignoranter, fortè poſſet repetere: non per hãc actionem, ſed per aliam: ſcilicet per condictionem indebiti. Ad hoc op. tutus de exceptione odioſa, ſi ſoluit per errorem non repetit: vt. l. qui exceptionem. ff. de condictione indebiti Gloſſa fatetur contrarium, dicens quòd etiam per iſtam rationem ceſſat repetitio. & vide gloſſam. Doctores moderni hic multum notabiliter dicunt, ꝙ iſta gl. non dicit verum, Nam. l.
3 qui exceptionem. loquitur de exceptione merè odioſa, † vt ex-
4 ceptio Macedoniani. Sed exceptio † met⁹ ẽ odioſa reſpectu inferentis metum, & eſt fauorabilis reſpectu paſsi metum: & ideo non obſtante illo odio, competit repetitio: ne aliâs ſit melioris conditionis delinquens, quàm non delinquens, contra. l. non ſolum. la. j. ff. de noxalibus. Et ita dicunt ipſi, quod ſatis placet mihi mõ: fortè alibi iſtũ paſſum examinabimus melius ❡Item opponi. dixi, ꝙ ſoluens per ignorantiam repetit. Cõ-
5 tra. vna ſolutio † non parit obligationem, & liberationem: vt. l. qui hominem. §. finali. ff. de ſolutiõi. ergo iſte ſoluens cũ ſit liberatus ab illa obligatione, non poteſt repetere. Gloſ. fatetur contrarium. Tu dic contra: ſi ſoluiſſet ignoranter. Nec ob. ꝙ iſta ſolutio parit liberationem: quia verum eſt, ꝙ parit liberationem ab omni obligatione valida: ſed quia erat tutus exceptione: ideo non impeditur repetitio. ❡Modò habes prmam gl. veniamus ad quæſtiones: & debes ſcire, quòd Guar. poſuit ſuper hanc legem vnam ſuam gl. quæ an ſit vera, dubitatur: & eius verba recitantur hic per gloſſam, quam vide. ❡Iſta gloſſa habet tres partes. Prima cum dicit: præſumitur quærelam de vi non habuiſſe. Iſta pars eſt vera ſi ponis eum ſcienter ſoluiſſe, poſtq̃ metus ceſſauerit: aliâs ſecus: vt. ĩ. dicam. Secundò dicit: aut ergo omnino non repetet. & iſta pars eſt vera, ſi ponis eum ſoluiſſe ſcienter, poſtq̃ metus ceſſauerit: aliâs ſecus: vt. s̃. dixi. Tertiò dicit: aut eatenus impedit̃, donec probet cõtrarium. Iſta pars eſt vera ſi ponis ſoluiſſe ignoranter, vel ſoluiſſe inſtante metu: al's non poſſet repetere: vt. s̃. dictũ eſt. Ita
6 debes intelligere gl. hic poſitam. ❡Quæro, † quid ſi parum poſt cautionem coactus ſoluit: an poſsit repetere? Old. quòd ſic. ſed gloſſ. contra. ❡Breuiter omnes doct. tenent iſtud. aut quis ſoluit inſtante metu, vel metus periculo: & tunc poteſt repetere. Aut poſtq̃ metus ceſſauit: & tunc ſecus. Ita loquitur hic. & tex. hoc probat. Puto autem metum inſtare ſi cauſa, ex

a ¶Tyrannidis. vide Petr. de Anch. conſi. ccc.

b ¶Querit glo. Ad de quæ notaui ad Bal. in. l. j. ĵ. ſi à nõ compe. iud. And. Barba.

c ¶Metu periurĳ. Adde quid de ſoluente metu excõmunicationis. Roma, cõſi. ccclxix.

qua metus inferebatur, ſubſiſtit. Verbi gratia: aliquis Tyran-
7 nus cogit me ad promittendũ: certè toto† tempore ſuæ tyran
a nidis[a] inſtat metus: & donec ſum in loco, vbi ipſe exercet ty-
rannidem. ar. l. Fulcini⁹. §. quid ſit autem. ff. qui. ex cau. ĩ poſ.
b ea. Facit ad hoc extra eo. tit. c. j. ¶Quærit glo.[b] quid ſi iuraui
per metum dare decem? & poſteà ſoluo ſpõte, an poſſum re-
8 petere? gl. hic dicit, ꝙ non licet† de iure canonico contra: quia
c videor ſoluere metu periurĳ,[c] vt repetam. arg. extra de iureiu
9 ran. c. debitores. & extra eod. c. ad aures. & vide gloſſam. †&
10 huic iuri canonico ſtãdum eſſet in his. ¶Ex quo no. †ꝙ vbi
cunq; in ſolutione poteſt ſubeſſe alia cauſa, quam approba-
tio primæ promiſsionis: ꝙ non præſumitur illam approbare:
vt videbitis, ĵ. l. proxi. & hoc quãdo videor ſoluere metu per
iurĳ ſolum: non vt approbem promiſsionem primam: ſed, vt
11 non ſim periurus. ¶Et per hoc dico, quòd in iſta † ciuitate,
& aliis ciuibus Tuſciæ: vbi cõtra inſtrumentum nõ poteſt op
poni exceptio doli, vel metus, quin aliquis capiatur, & fiat ſo
lutio: quòd ſoluens non videtur primam promiſsionem ap-
probare: ſed videtur ſoluere, ne capiatur, & poſſet repetere:
Facit ad prædicta, ꝙ dixi. ff. quod vi, aut clam. l. j. §. & parui.
Reſtant videre in gloſ. duæ oppo. quas omiſi. ¶Oppo. & vi
detur, quòd obligatio facta metu ſit nulla, tanquã turpis: vt
ſ. de legi. l. non dubium. dic, vt in gl. ¶Item oppo. quale fuit
principium: talis debet eſſe proceſſus, quo ad primordia litis
&c. vt. l. j. ĵ. de impo. lu. deſcri. lib. x. Sol. quod hic ſequit̃ poſt
principium, eſt contrarium. Primò, quia ſpontanea ſolutio eſt
d contraria coactioni: meritò illud tollit. ¶Vltimò[d] extra glo.
12 no. & tene menti. dixi, quòd ſpoliatus ante omnia † eſt reſtituẽ
dus: nec poteſt obiici aliqua exceptio: vt. l. momentaneæ. ĵ. vñ
vi, & ſi per vim, vel alio modo. l. j. hoc eſt verũ, ſi agitur poſſeſ
ſorio: vt ibi. Sed ſi agitur petitorio, vt actione quod metus cã:
poteſt obiici exceptio. quòd ille metus eſt purgatus per ali-
quem actum poſteà ſubſecutum, vel per conſenſum expreſ-
ſum: vt hic. & l. j. §. ſi per vim, vel alio modo. circa quod vide
Innocen. extra de renũcia. c. ſuper.

POMATES.

d ¶Vltimò. Vide quæ dixi in. c. ſolicitè de reſt. ſpo. & vide. c. ĳ. de reſtit. ſpo. vbi allegatur lex iſta hic poſita, per Inno. & alios.

Cum te. ¶Vbi promiſsio eſt facta per vim, & ſequitur ſolutio ſpontanea, non competit actio, ꝙ metus cauſa hoc dicit. ¶Opp. de. l. ex ea ſtipulatione. ff. de condi. ob turpem cauſam. Sol. glo. tenet, ꝙ ibi interuenit metus, tam in promiſsione, quam in ſtipulatione: hic in promiſsione tantũ: & aſsignat tres rõnes. Pr̃ia eſt multũ no. & ĩtelligit̃ ex leg. cõtraria. Secũda eſt bona. Tertia eſt falſa in eoꝙ gl. dicit, ꝙ vna ſolutio, &c. Dictum gl. habet locum, vbi quis reperitur in delicto, quia eſt verum, ꝙ eadem ſolutio non parit liberationem & repetitionem, quia iſto caſu repetens videtur ſibi contrarius. quod nõ eſt ĩ caſu nr̃o. Et aduerte, ꝙ ſi tertia ratio gl. eẽt vera eodẽ modo deberet dicere. quòd ſi metus eſſet adhibitus in ſolutione, non competeret repetitio: quod eſt falſum. & ex his omnib⁹ glo. noſtra reprobat quandam gl. quæ gloſſa incipit: præſumitur enim, &c. ¶Aduerte, quòd gloſſa cõtraria habet tres partes. Prima particula ſecundum glo. & docto. eſt vera, dummodo intelligant ſecundum dominum Iacobum de præſumptione iuris, contra quam non recipitur probatio in contrarium. ¶Item ſecunda particula eſt vera: tertia falſa: vt hic patet in gloſ. Pro qua videtur velle text. noſtræ legis, vbi ponitur pro conſtanti, quod vis non fuit adhibita in ſoluendo. Item opp. quòd iſte ſoluens videtur erraſſe in iure: qua poterat ſe defendere: ſed error iuris in dammo vitando non nocet; vt. l. error, & l. regula. de iuris & facti ignorantia. Solue, vt gloſ. Vel dic, quòd leges contrariæ habẽt locum, vbi ſol. fuit facta ignoranter: hic fuit facta ſcienter. ¶Item opponitur, & videtur quòd cum talis ſit contra leg. quòd quicquid ſequitur ex ea, non valet: vt. l. non dubium. ſ. de legi. Sol. glo, no. in fine gl. mag. quã no. quia licet fuerit turpiter facta, per metum ſcilicet: non tamen fuit turpis de ſe. de hoc videbitis in. l. dolo. ĵ. de inutili-
b bus ſtipulationibus. ¶Querit gloſſa[b] de duobus, pone quòd aliquis per vim promiſit centum: quæ non ex interuallo, ſed ſtatim ſoluit: nunquid repetit. hic fuerunt opin. quia quidam dixerunt, quòd ſic. argu. l. iĳ. §. Seio. ff. de mino. arg. l. ſi mulier. ĵ. ad velleia. Glo. ſecundum Hugo. reprobat hanc opi. & non alleg. do. Iac. tenet idem cum glo. per hanc leg. quæ loquit̃ indiſtinctè. Non ob. §. Seio. quia ibi ſecundus actus de neceſsitate venit ad conſequentiam immiſtionis: & exactio debitorum de neceſsitate ſequitur aditionem hæreditatis, quod non contingit in caſu noſtræ leg. quia ſol. non ſequitur de neceſsitate ad promiſsionem factam per vim. imò ſoluens poterat opponere exceptionem, quod metus cauſa: & ſi non opponit, videtur habere ratam præcedentem vim. Non obſta. l. ſi mulier. ĵ. ad velleia. vbi ſuccurritur mulieri, circa ſecũdum actum: ſicut circa primum intra biennium. Reſpondeo: q̃a ſecundus actus nititur eadem ratione, qua primus: quia in vtroq; actu ĩeſt rõ fragilitatis ſexus: ꝙ non eſt in caſu noſtræ legis: quia ſoluens poterat opponere exceptionem. Verum eſt, ꝙ do. Cy. reprobat dictum eius glo. Nam vbi ſtatim poſt promiſsionem coactam fit ſolutio. in ſolutione adhuc videtur ineſſe vis, ſeu met⁹ qui fuit ĩ promiſsione per regulam iuris: ea quę incontinenti &c. vt. l. lecta. ſi cer. pe. ibi eſt iuris caſus contra dictum gl. & l. nouiſsimè. §. j. ibi quid enim ſi compulſus. ff. ꝙ fal. tu. aut. Et vt hoc intelligas, debes ſcire: ꝙ ille. §. probat hic, ꝙ hæc ſunt paria aliquem facere aliquid compulſum ad hoc: aut facere timore, ne compellatur: vnde vi ſoluẽs, iam fuit expertus eam in pmiſsione illa. ¶Item eadem vis præſumitur eſſe in ſolutione quæ non valet. Facit ad. q. Pone ex forma ſtatuti, reformatur quòd bona rebellium debeant venire in commune. & debitores eorum poſsint exigi debitor cuiuſdam rebellis fuit coact⁹ vt ſolueret debitum communi: non ſoluit tunc, ſed relaxatus, ſoluit poſt vnum diem, vel duos. reuertitur creditor rebellis, & petit debitum. Opp. pro debitore, ꝙ ipſe eſt liberatus per ſolutionem factam communi: & allegat quæſtionem factam in. l. liberto. §. Lucius. de an. leg. l. creditor. ff. de ſo. Replicatur ꝙ licet fuerit, detentus in palatio, tamẽ poſteà facta eſt ſo. poſt quid iuris? Hæc glo. facit contra debitorem. Veritas videtur in contrarium per. l. nouiſsimè. §. j. præalleg. ¶Item quærit gl. Pone, ꝙ aliquis iurauit per metũ, poſteà ſoluit: nũq̃d poſsit repetere? gl. dicit, ꝙ nõ, q̃a tale iuramentũ remittitur: vt. l. fi. ff. de his, qui ſatiſda. cog. de iure canonico ſecus: vt in gloſ.

SVMMARIVM.

1 Res uendita per metum, poteſt repeti per actionem in rem.
2 Exceptio retentionis, propter precium: licet non in interdicto unde ui, habet tñ locum in hac actione.
3 Res empta metu poteſt præſcribi: & ſic contra actionem, quod metus cauſa, opponitur exceptio præſcriptionis.
4 Actio, quod metus cauſa, quando detur contra tertium poſſeſſorem?
5 Actio perſonalis quod metus cauſa, ſcripta in rem, quando detur contra tertium poſſeſſorem: unde naſcatur?
6 Precium rei uenditæ per metum, cui debeat reſtitui, qñ agitur ad rem?
8 Emptor primus, ſi dedit minus precium, quã precium, quod dedit ſecundus quòd precium reſtituit agens ad rem.
9 Clauſula in inſtrumento uenditionis, uendidit rem, & omnem actionem, quam habet in dicta re, ſeu pro dicta re: quid operetur?
10 Exceptio retentionis propter precium, quomodo op poni debeat per ſecundum emptorem conuentum?
11 Actio perſonalis ſcripta in rem, præſcribitur longo tempore.
12 Poſſeſſor bonæfidei licet faciat fructus ſuos: tamen tenetur reſtituere quatenus eſt factus locupletior.
13 Poſſeſſor bonæfidei, an teneatur de fructibus ante triennium, & ipſos præſcribat triennio.
14 Res poſſeſſa uiolẽtia cõpulſiua præſcribitur: nõ autẽ poſſeſſa ui expulſiua.
15 Actio, quod metus cauſa: an duret contra primum emptorem? ſi ſecundus rẽ præſcripſit.
16 Actio, quod metus cauſa, non finitur anno.
17 Contractus uenditionis metu celebratus, quando non ſit nullus ipſo iure.

Si vi vel metu. Coactus fundũ vẽdere, põt illũ repetere à quolibet poſſeſſore, ſi precium reſtituit: & præſcriptio
1 non currit. hoc dicit. ¶Primò not. † quòd res venditæ per metum, poſſunt repeti per actionem in rem à quolibet poſſeſſore. Secundò nota, quòd debet reſtitui precium à
2 vendicãte. ¶Ex quo habes, † quòd contra hanc actionem opponitur exceptio retentionis propter precium: licet contra interdictum vnde vi: nulla talis exceptio poſsit opponi. ¶Ter-
3 tiò not. quòd † res empta metu poſsit præſcribi. Ex quo habes, quòd contra actionem, quòd metus cauſa, opponitur exceptio præſcri. rei. ¶Ad iſta tria opponamus per ordinem. ¶Opponi. vendens licet per metum tranſtulit dominium: vt lege ſi mulier. §. ſi metu. ff. eodem inſtitut. de rerum diui. §. per traditionem. ergo non poteſt vendicare rẽ tanquã non dominus: vt. l. in rem. in princi. ff. de rei vendicatio. Solu. gloſſ. ꝙ de iure ciuili nõ poſsit vendicare: ſed de iure prætorio ſic. quo
4 iure non videtur dominium perdidiſſe. ¶Item oppo. † & videtur, quòd contra tertium poſſeſſorem nõ debeat dari actio quod metus cauſa: vt. l. metum. §. licet. ff. eodem. Solut. fateor contrarium, quòd ex hoc edicto tria dantur remedia, ſcilicet vtilis in rem: actio perſonalis quod metus cauſa, quæ eſt in rẽ ſcripta & exceptio metus: vt. d. l. metum. §. ſed quod prætor.
5 & §. licet & §. volenti. & hac lege. ¶Circa hoc quæritur † iſta actio perſonalis ſcripta, etiam in rem, quando datur contra tertiũ poſſeſſorẽ, vnde naſcitur. Gloſſa magna hic mirabiliter dicit, quòd

dicit, quòd naſcitur ex variis figuris cauſarum: vt.l.j.in princ.
de actio.& obligatio. ℂ Et aduerte, ne erres: ego non quæro
de actione in rem. vnde oriatur: quia illa non oritur ex obliga-
nis cauſa. Datur enim contra poſsidentem, quia poſsidet: non
quia obligatus. inſti. de actio.§.j. Sed ego quæro de actione p-
ſonali in rē ſcripta. Iſta enim datur contra poſſeſſorem tanq̃
obligatum: ideo quia poſsidet: vt.l.de eo.in fin.ff.ad exhiben-
dum. Illa igitur obligatio contrahitur ſola rei peruentione:
eoipſo, quòd res peruenit ad eum: ideo dicitur oriri ex variis
figuris cauſarum. ℂ Ad ſecundum nota. oppo.j̃.de rei vendi
catio.l.ſi mancipium.& ſum in.j.gloſſa magna. Sol. hic debet
reſtitui: ideo, quia precium eſt verſum in eius vtilitatē. ℂ Op
po.ff.de rei vendica.l.emptor. Sol. eodem modo. ℂ Oppon.
j̃.de preſcriptio.xxx.annorum.l.j. Solu. eodem modo. ℂ Itē
oppon.j̃.de reſcindenda venditio.l.j. Solu. vt in gloſſa. ℂ Op
po.de.l.ſi per impreſsionem.j̃.eodem. Solu. aliud cum agitur
condictione ex leg. illa: aliud cum agitur actione, quod met⁹
6 cauſa. ℂ Circa iſtud notabile quæro, † primò cui debet reſti-
tui illud precium. Reſpōdeo, ſi quidem agitur contra metum
inferentem, debet reſtitui ſibi ſine dubio: ſi agitur contra poſ
ſeſſorem: tunc poteſt iſte, qui vendicat ſoluere primo empto-
ri. Itē poteſt ſoluere huic emptori ſecūdo, ſi vult. Ita dicit gl.
Quod qualiter procedat infra dicam. Vide gloſſam in princi-
pio, in eo, quod dicit poteſt ſoluere huic ſecundo emptori. vi
detur contra: quia non ab eo habuit precium: ſed à primo em-
ptore, & ipſi primo emptori debetur: ergo ſoluendo alteri nō
conſequitur liberatio: vt.l.qui hominē.§.ſi nullo.ff.de ſolutio
ni. Glo. reſpondet duobus modis. Primo modo: quia primus
emptor cogitur habere ratum: quia eius negocium eſt vtiliter
geſtum ſoluit enim creditori ſuo. Nam hic ſecundus emptor
poterit repetere à primo, qui ſibi vendiderat: vnde cum eius
negocium vtiliter ſit geſtum: ergo, &c. vt.l.ſoluendo.de nego.
geſt.l.Pompo.& quia vtiliter poterat ſoluere creditori credi
toris: vt.l.ſi opera, de doli exceptione.&.l.ſi liber. De negot.
geſt. ita dicit gloſſa. magna. Sed ſi diceres, quid ſi iſte ſecūdus
non fuiſſet emptor, ſed donatarius: vel quid ſi fuiſſet actum, q̧
à primo non poſſet repetere etiam precium? dic vt dicam in ſe
quenti quæſtione. ℂ Quæro, quid ſi precium, quod primus
7 emptor † dedit, eſt maius quam precium, quod dedit vltimus:
quod debet reſtitui? gloſſa dicit, quòd eſt in electione actoris,
quòd precium reſtituat. argumen.l.ſi cum militaribus. in fine.
j̃.de reſtitu.mili.& vide gloſſ. tuam in fine. Petr. de bel.& do-
mi. Cyn. ſequendo eum, videtur tenere: quòd totum primum
precium debeat reddi: quia ille, qui vendidit ſecundo empto
8 ri, trāſtulit in eum omne ius ſuum: nos quid dicemus? Ego † fa
teor quòd ſi in inſtrumento venditionis fuiſſet dictum, quòd
vendidit illam rem, & omnem actionem, quam habet in dicta
re, ſeu pro dicta re, ſicut fit hodie in inſtrumentis: quòd Petr.
verum diceret. Sed ſi fuiſſet res vendita ſimpliciter, prout p-
ponitur: tūc non tranſit niſi ius reale. Nam iura illa, quæ com
petunt perſonę, non tranſeunt niſi cedantur: vt.l.in creditore.
9 ff.de euictio. ℂ Et ideo puto tunc aduertendū, qualiter † op-
ponatur exceptio: aut iſte poſſeſſor conuentus opponit exce
ptionem non debere ſe reſtituere, niſi ſibi reſtituatur precium
& nō debet ſibi reſtitui, niſi precium, quod ipſe dedit. Ita loq
tur.l.ſi cum militaribus.j̃.de reſtitu.mili. Sed ſi oppoſueris ex
ceptionem non debeo tibi reſtituere iſtam poſſeſsionem, do-
nec precium reſtituas ſimpliciter: vel donec reſtituas precium
primo emptori. optimè pcederet iſta exceptio: qa exceptio-
nes ex perſona venditoris tranſeunt in emptorem: vt.l.ſi à te.
in fin.&.l.ſi mater.§.finali. de excep. rei iudi.& tūc debet ipſi
primo emptori reſtitui. ℂ Idē dico, q̧ ſi iſte, qui vendidit coa
ctè vellet iſti primo emptori preciū reſtituere: & nihil huic ſe-
cundo: optimè poſſet: qa eius eſt debitor, q habuit ab eo: niſi
iſte ſecundus haberet ius ceſſum contra eū, p generalia verba
venditionis: vel niſi illud ius eſſet obligatum ptextu obligatio
nis conſuetæ apponi in venditionibus: tūc haberet locum.l.
iij.j̃.de noua.& quæ res pigno.oblig.poſ.l.nomen. ℂ Ad ter
tium notabile opp. hæc actio eſt perſonalis: ergo non tollitur
lōgo tpe: vt.l.iij.de conſti.pec. glo. ſoluit optimè.& dic vt ī gl.
10 tua notabili. ℂ No. † q̧ actio perſonalis ſcripta in rem, pſcri-
bitur longo tpe. ℂ Secundò op. emptor licet p metū ſit dn̄s:
vt ſupra dixi: ergo non præſcribitur: vt.l.ſequit.§. lana. ff. de
vſucap. dicit glo. hic videtur dominus de iure prætorio. Vel
aliter, ille qui eſt dominus reuocabiliter, præſcribit cōtra illā
actionē, per quā poteſt reuocari illud dn̄ium: multò fortius q̃
ſi non eſſet dn̄s: vt.l.in bello.§.ſi quis ſeruum, de capti.& poſt
11 limi.re. ℂ No. hoc ad mlta. vos ſcitis, † q̧ bonę fidei poſſeſſor
facit fruct⁹ ſuos. teneť eñ reſtituere, quatenus eſt locupletior
12 no. in.l.fructus.ff.de rei vendi. ℂ Item ſcitis, † q̧ poſſeſſor rei
13 mobilis præſcribit triennio: ex quo concluderetur, † q̧ bonę fi
dei poſſeſſor non tenetur de fructib⁹ perceptis ante trienniū:
quia ſicut ſi non eſſet dn̄s, cū ſit bonę fidei, ipſos pſcriberet tri
ennio: eodē modo hic præſcribat fructus triennio. Tex.& gl.
habes ī.l.ſequitur.§.fructus. de vſucap. q̧ tene mēti: qa millies
practicabis. ℂ Itē op. res furtiua: vel vi poſſeſſa, nō pōt vſu-
capi: vt inſtit. de vſu.§.furtiuę. ſed iſta eſt vi poſſeſſa: ergo, &c,
14 Sol, res † poſſeſſa violentia expulſiua, non pręſcribitur, ſecus
ſi violentia compulſiua. Ita loquitur hic: q̧ not. multum, quia
valde notabilis ſol. eſt. ℂ Oppo. in auť. vt ſpon. lar.§. rurſus.
poſita, j̃.de præſcrip. long. temp. auť. malę fidei. Solu. iſta iura
aliquantulum mutantur per iura noua.& ibi videbitis. ℂ Cir
15 ca hanc leg. quęrit glo. quid † ſi ſecundus emptor pręſcripſe-
rit vtrū actio, q̧ met. cau. duret cōtra primū? gloſ. dicit q̧ non
vt.j̃.de his, quia non de. ma,l.ſi. Iſtam glo. omnes reprehēdūt
nam ibi loquitur, qn̄ dominium rei eſt cauſa actionis perſona
lis. ita q̧ actio datur in conſequentiam dominij. q̧ hic non eſt.
Ideo competit actio cōtra primum dominum, vt.l.item ſi res
in prin. de aliena. in mu. cau. fa.& ibi gl. Dixi vobis plenè alio
16 anno, in.l.iij.ff.vi bo.rap. ℂ Quærit gl. an iſta † actio finiatur
anno, ſicut reſciſſoria? glo. dicit q̧ non: & bene. ℂ Item quæri
17 tur an cōtractus † venditionis adhibitus metu, ſit ipſo iure nul
lus: ſicut quando dolus dedit cauſam contractui. Quidam di-
cebant, q̧ ſic. Alij contra.& hæc eſt veritas. & aliud in dolo
meticuloſo: & aliud in dolo ſimplici: vt in contrario.

SI VI. Coactus per vim & metū ad vendendum rem
poteſt illam repetere actione, q̧ metus cā vti-
li in rem, ſi precium reſtituat, & præſcriptio non cu-
currit hoc dicit. ℂ No. tria. primum, venditor agēs hac actio
ne debet reſtituere precium. Secundum eſt q̧ competit vtilis
in rem. Tertium eſt, quòd emptor ſecundus præſcribit rem p
metum venditam. ℂ Contra primum dictum oppon.& ſum
in gloſſ. ſuper verbo reddito. circa medium. de.l.ſi mancipiū.
j̃.de rei vendi. Sol. q̧ ideo precium reſtituitur hic: quia fuerit
verſum in vtilitatem venditoris. ℂ Item oppo. de.l.in ciuilē.
j̃.de fur. So. vt in pręcedenti contrario. circa quod vide. q̧ no.
in.l.emptor.ff.de rei vend. ℂ Ite oppo. de.l.j.j̃.de reſcin. ven.
gl. ibi dat plures ſol. hęc eſt vera. ℂ Itē op. de.l.ſi per impreſ-
ſionem.j̃.eodem. ſol. vt in gl. ℂ Itē opp. contra ſecundum di-
ctum. Rei vendicatio datur domino: vt.l.in rē.ff.de rei vendi-
catione ſed venditor per traditionem licet coactā: deſinit eſſe
dominus: vt.l.traditionibus.s̈.de pact. ergo non competit a-
ctio in rem. Gloſ. fatetur contrarium de iure ciuili: ſed de iure
prætorio non videtur eſſe tranſlatum dominium in effectu,
cum poſsit recuperari beneficio prætoris. vt.l.nemo.ff.de ī in
teg. reſtitu. Et ideo non mirum, ſi competit ſibi hæc actio. Itē
oppo.& videtur, q̧ ei competat aliud remedium: vt.l.metū.§.
volenti.ff.eo. Sol. gl. quę incipit: non ſolum. quòd cōpetit vti-
lis in rem, vt hic: & alia remedia in leg. contraria. ℂ Itē oppo
no, & ſum in gloſſa magna ad tertium dictum, qa non eſt du-
bium: quòd actio, quòd metus cauſa, eſt pſonalis. ſed actio per
ſonalis non præſcribitur longo tempore decimo. ſ. vel vigeſi-
mo anno: vt.l.ij.j̃.de conſti.pecu.&.l.omnes.j̃. de præſcripti.
xxx.vel.xl.annorum. Gl. dat duas ſolutio. prima eſt, licet fue
rit ſecunda in gloſſa: quòd cum iſta actio, quod metus cauſa,
excedat ſuos terminos: quia competit cōtra poſſeſſorem quē
cunq̧: tamen eſt perſonalis: licet dicatur ī rem ſcripta: vt.l.me
tum.§.finali.ff.eodem. non mirum ſi excedatur à ſuis termi-
nis. Tene primam ſecundum.d. Iac. ℂ Item opp. diciť, q̧ ſecū
dus emptor pro traditione fuit factus dominus, & dominus
non præſcribit: vt.l.ſequitur.§.lana. de vſucap. Sol. gl. q̧ licet
ſit factus dominus: non ideo minus præſcribit, non tn̄ pręſcri
bit dominium: ſed præſcribit contra actionem: quia illud do-
minium poſſet reuocari de iure prætorio. Signa iſtā gloſſam
ℂ Item oppo. de.§.furtiuæ. inſti. de vſu. Sol. gl. quòd contra
rium loquitur in vitio reali, quod afficit ipſam rem. ℂ Item
oppono de authenti. malæ fidei. præſcriptio. longi temporis.
Solue vt in glo. ℂ Quęro, quæ ſit differentia inter vim & me-
tum? dic vt in prima gloſſa. vel cape differentiam ex.l.j.&.l.ij.
ff. eodem. ℂ Item dicitur, quòd debet reſtitui precium. Quæ-
ro cui debet reſtitui: vtrum primo ementi per vim: an ſecun-
do emptori? gl. dicit q̧ vtriq; eorum: quia cum ſecūdus ēptor
dicitur creditor primi emptoris: debitor ſoluendo creditori
ſui creditoris liberať. Circa quod vide, quod nota.ī.l.ſi opera.
ff. de doli exceptio. ℂ Item quęro, quod precium debet reſti
tui? gloſſ. in fine poſita ſuper verbo reddito. dicit, q̧ venditor
per vim coactus poteſt reſtituere quandocunq; vult: tamen
Cy. reprobat dictū gl. q̧ cū emptor ſecundus ſucceſſerit ī lo-
cum primi, debet vti eo iure, quo ſuus anteceſſor per regulam
iuris, cum quis. li. vj. ſed primo emptori debet reſtitui pciū ab

eo receptum:ergo & ſecundo poteſt tolerari gloſ.ſecundum domi.Iac.per.l.nomen.in fi.quæ res pigno.obli.poſ. ¶ Item quęrit gl.Pone quod emptor ſecundus pręſcripſerit iſtã rem. non poteſt agi contra iſtum emptorem. Sed nũquid potero agere contra primum emptorem inferentem vim?glo.deternat ꝙ non:per.l.fina.j.qui à non do.ma.Iſta glo.eſt contra caſum.l.item ſi res.in princ.ff.de aliena,iudi.mut.cau.fac.Ad.l. finalem.aliâs per glo.reſpondeo,vt no.in.d.l.item ſi res.in fine gl. ¶ Item quærit glo.nunquid hæc reſciſſoria finiatur anno? dic vt not.in.d.l.ſed ſi per prætorem.§.quoties.ex quib, cau.maio.per Dyn.in.§.rurſus.inſtitu.de actio. ¶ Item queritur:actio, quod metus cauſa,quæ datur contra ſecundum emptorem, vnde naſcitur? reſpond.gloſſ. quòd ex variis figuris cauſarum.Dominus Iac.reprobat iſtam gl,quia non eſt verum:quod naſcatur ſic:ſed oritur iure dominij ex peruentione rei quia res ad eum peruenit,& iſto reſpectu dicitur ſcripta in rẽ.Simile in actione ad exhibendum:vt.l.iij.§.eſt autẽ. ff.ad exhibendum. ¶ Vltimò quærit gloſſa,quid ſi res eſt integra?dic,vt in gloſſa.Bar.

SVMMARIVM.

1 *Excep.conſenſus poſteà adhibiti,cõtra action, q. metus cau. nũ opponatur?*
2 *Receptio ſpontanea,quando inducat approbationem conſenſus.*
3 *Actio,quod metus cauſa,quando,& cum qua actione concurrat,*

SI per vim. Hæc actio intra annum datur ad quadruplum, poſt annum ad ſimplum, ſi alia actio non competit.hoc dicit. ¶ No
1 ta ꝙ contra hanc † actionem opponitur exceptio conſenſus
poſteà adhibiti. ¶ Contra hoc opponitur,nonnè recipiendo
precium, videatur approbare venditionem?argumentum.s.
2 eodem.l.ij.Reſpondeo † non:licet enim ſolutio ſpontanea in
ducat approbationem: quia non poteſt videri facta alio reſpectu:tamen receptio ſpontanea non inducit approbationẽ contract⁹.Ideo em recipio preciũ:vt ſit mihi magis cautũ: qa tantò minus habeo perdere.Vnde poteſt eſſe alia ratio, quã
approbationis.hoc ſentit Inno.optimè in.c.ſuper hoc, extra
3 de renuncia. ¶ Oppo.quòd hæc † actio concurrat cum alia
vnde videtur obſtare,ff.eodem leg. ſi cum exceptione.§.eũ. &.l.metum.§.volenti.Solu.non concurrit: cum alia:ſcilicet ordinaria;cum alia extraordinaria ſic: & bene. Alij dicunt,ꝙ non concurrit cum alia,quę non oriatur ex hoc edicto:quod non eſt verum:in dicto.§.volenti.ergo tene primam ſolutionem.

SI per vim. Actio,quod metus cauſa intra annum competit ad quadruplum, poſt annum ad ſimplum:niſi alia actio competat.h. dicit. ¶ Quæro de intellectu verſi.qui dicit,niſi alia actio nõ ſit quærunt docto.vtrum ſuper hoc ferantur duæ ſententiæ? de hoc gloſ.in.l.ſi cum exceptione.§.hæc autem actio.ff.eod. Vltramon.dicunt hic,quòd non eſt neceſſaria in hac actione duplex ſententia:imò poterit expediri vna ſententia,& formabitur libellus ſic:Dico quòd coegiſti me per vim,vt venderem tibi fundum,& vendidi & traditi:quare peto, vt fundum reſtituas: & ſi Diſtuleris vſq; ad annum.mihi reſtituere peto quadruplum.Iſta eſt forma libelli:& ſic formabit̃ ſententia.hanc formam vidiſtis in.l.conducto.j.de loca. & conduc.non habetis hic alia.

NOn intereſt. [a] Siue quis coactus ſit vendere,ſiue minori precio vẽdere,habet locum hæc actio.hoc dicit. ¶ Quæro vtrum de neceſsitate requiratur quòd ille,ad quẽ res peruenerit,ſciat metum illatum:gloſſa dicit & benè:quòd quantum ad reſcindendum,vel repetendum rem,non queritur ſcientia:ſed quantum ad periculum interitus eſt differentia:quia ſciens tenetur;ignorans non:vt lege,ſi cum exceptione.§.in hac.&.§.aliquando.ff.eodem. ¶ Quæro:vtrum ſit aliqua differentia:vtrum quis cogatur vendere,vel minori precio vendere:certè quantum ad hoc,vt iſta actio competat, nõ eſt differentia:quia vtrobiq; competit:vt hac leg,quia, ĩ principi.loq̃r de eo,q ſit coact⁹ vendere:quod vẽdere nolebat ibi, Nam & ſi precio minori,loquitur in eo, qui volebat vendere,& fuit coactus vendere minori precio:ſed eſt differentia in modo concludendi in hac actione.Nam coactus vendere petit reſcindi contractum,& rem reſtitui.Coactus vendere precio viliori petit ſuppleri iuſtum precium, non rem reſtitui. Non enim fuit in vẽdẽdo coactus:ſed in precio viliori. Iſtud probatur in.l.ſi res.§.primo.de iure dot,ita debes hoc intelligere,&c.

a ¶ Non intereſt. Adde ꝙ Paul⁹.de caſ.p hãc leg.dicit ſe cõſuluiſſe, ꝙ cũ qdam Tyrannus volebat pecunias ab vno,q nõ habebat:& ob hoc feciſſet ipſum incarcerari:vt cõpulſus vẽderet poſſeſſionẽ vni pecunioſo: &ille emptor putaret tutẽ emere: qa ab ipſo violentia nõ inferebatur pecunias,q numerabat:ꝙ tñ venditor hoc non obſtante, poterat habere regreſſum ad bona & recuperare:nec emptor precium recuperare poterat. quia non verſum fuit in vtilitatem ei⁹. & hoc dicit diuerſum ab eo, quod habetur in.l.qui in carcerẽ ff.eodem.

NOn intereſt. Siue quis cogatur vendere per metum, ſiue minori precio vendere,competit hæc actio.h,d. ¶ Quæro, nunquid hoc ſit verum indiſtinctè, quòd ſiue emptor ignoret vim illatam,ſiue non, poſsit conueniri?dic ꝙ ſic.In vno tamen eſt differentia:videlicet circa interitum: vt l,ſi cum exceptione.§.aliquando.ff.eo. ¶ Item quæro,quid ſi aliquis eſt coactus vendere iuſto precio:dic vt in gloſſ.quæ incipit iuſto precio.

ADinuidiam. Ex dignitate ſola cõtrahentis,violentia non probatur hoc dicit. ¶ Nota quòd ex dignitate ſola, non præſumitur violentia vel metus. & ideo dicebam tibi in.l.interpoſitas,s.de tranſactio, quod ſi mulier vendidit propter metum mariti,eſt iuſta cauſa reſcindendi cõtractum:vt.l,j.§.quæ onerandæ.quarum rerum act.non da.tamẽ iſte met.non probatur eo ipſo,ꝙ eſt maritus.arg.hui⁹ leg.ſed eſt neceſſe,quòd probentur minæ,vel verbera:vt.j.l.proxi. & per Innoc.extra de conuer.coniu.capi.accedens, & ibi plenè de hoc &c.

ADinuidiam. Sola dignitas non eſt cã inducendi actionem,qđ metus cauſa.hoc dicit.Simile no.quod ſola reuerẽtia non eſt cauſa inducendi actionem,quod metus cauſa,niſi metus,vel alius terror interueniat ita debet intelligi.l.j.§.quæ onerandę.ff.quarum rerum actio non datur.Bar.

tus de ætate, dicit illum esse minorẽ. Item interrogatus, quo
modo scit: respõdet: qa est suus patruus, vel suus auunculus
vel fuit sua nutrix. certè ista ratio videtur, ꝙ cõcludat in hoc
tex. Dices tu: nonne ratio testis debet esset per aliquẽ actum,
qui percipiatur sensu corporeo? vt. l. qui testamẽto. in fi. ff. de
testa. &. l. j, in prin. de his quæ in testa. delẽ. &. j. de testi. l. te-
stiũ. & per Inno. extra de testi. c. cũ causam. Sed istæ rationes
nõ sunt huiusmodi: ergo &c. In hoc cogitabitis. Venio ad. l.
op. nemini licet allegare turpitudinẽ suã: vt. l. trãsactio. s. de
transacti. sed hic minor allegat turpitudinem suã, scilicet fal-

a sas allegatiões† dedisse:ergo &c.¶ Hui⁹ timore hęc lex legitur duobus modis. ¶ Primo in minore probāte:tūc obstat cōtrariū. Sed respondet glos. de iure non pōt allegare turpitudinem suam:verum est alteri:sed ei, qui fraudem participat:& fuit particeps huius turpitudinis:tunc allegare pōt: vt hic. Ita videt̃ concludere ista prima sol.& vide istam primam gl. Ista prima solutio non videt̃ vera, per.d.l.trāsactione.s̃.de transac.vbi etiā ei, qui fraudem participauit,non licet allegare turpitudinē suā. Sol.gl.ꝙ tūc se credebat maiorem,nunc videt se minorem:& ista est magis tuta. ¶ Secūdo verò modo legitur de tutore probāte ætatē falsò. ¶ Tūc op. qñ dolus dat causam cōtractui bonefidei,contractus est ipso iure nullus:vt,l.elegāter.in prin.ff.de dolo, sed iste cōtract⁹ fit sup actiōe tutelæ,quæ est bonæfidei.ergo &c. Sol.vt dixi s̃.titu.j. .l.si maior.qa est distractus,sicut cotractus valet:quia
3 est liberatio,quæ secum trahit executioni:† & ītellige liberationē factā per acceptilationē ipso iure,non per pactū.Nā si per pactū,tunc debet agi actione prima:& si exciperetur replicaretur,vt.s̃.de transa.l.sub prætextu.la.j.

Minoribus. In omissis,&etiā in neglectis minoribus succurritur.hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 *Minor est usus iure,cõmuni:ergo non est læsus,nun rectè colligatur.*
2 *Genus non infert suam speciem de necessitate.*
3 *Libellus in integrum restitutionis, quòd debeat continere.*

Non videtur. Seipsam summat. Gl.dicit,pone casum per.l.verum.§.sciendum.& vt in aliis legibus alle.p gl. In hac leg.nō sunt alia. verūtamē.Guar.posuit ī hac leg.vnā suā gl.de cui⁹ intellectu dubitatur inter nr̃os doc.& scholares,qui nesciūt logicalia.Ego dico illud,quod mihi vi
1 detur,& anteq̃ intrem eam,opp.& ostēdo.†quod minor potest esse vsus iure cõmuni:& tamen est circūscriptus:vt puta: præcedēte deliberatione plena adiuit hæreditatē:& posteà reperit̃ non soluēdo,iure cõmuni vsus est in eo,quod deliberauit:tamē reperitur circūscriptus.& daret̃ sibi restitutio: vt j.si minor ab hęre.se absti.l.j.&.ij.¶ Hui⁹ timo.Guar.posuit hic vnā glo.quæ dicit sic,consequentiam tollit:nō oppositū infert:qa pars eius est.¶ Quid igitur velit dicere ista gl.dubitatur hic in glo.& p doc.Et primò videas quid vult dicere: consequentiam tollit.Respondeo:antecedens est istud,vsus est iure cõmuni:ergo circūscriptus.Istud est consequēs.istam consequentiā tollit ista lex.quasi dicat cōsequentia nō est bona,vsus est iure communi:ergo circūscriptus:istud sequitur: nō oppositum infert.quasi dicat ex dicto antecedēti,non sequitur oppositū.Non enim est bona cōsequentia:vsus est iure communi:ergo non est circunscriptus.& hoc nón dicit̃ in hac leg.& sic cessat cōtrariū quòd sequitur:quia pars ei⁹ est. Ad euidentiā eius debes scire,quòd hic assumitur totum,&
2 pars,sicut genus & species.¶ Itē debes scire.† quòd species infert suum genus:quia bona cōsequentia est:homo est:ergo animal est.Sed genus nō infert suam speciē de necessitate.qa si dico animal est:non sequitur:ergo homo est:quia potest esse equus.Ita in leg.nostra,propositio ideo nō īfert oppositam consequentiā:quia habet se vt genus & species. Nā circunscriptum est genus:quia quidam sunt vsi iure communi. quidā non. Vsus iuris communis est species ideo non sequitur dicta consequentia.& vide gl.tuā. Totá expositio primę &secundæ particulæ dictæ glossæ ꝓcedit:expositio tertiæ particulæ non procedit.Nam vsus est iure communi,& circunscriptus est:non habēt se,vt genus& species:sed vt excedentia & excessa:quia pōt esse:quod aliquis est vsus iure communi,& est circunscriptus:& ecōuerso.Item potest esse nō circūscriptus,& vsus iure communi,& econuerso.& ideo qui volunt sustinere primas duas particulas glo.vt.s̃.dixim⁹ expositas.istam particulam exponūt sic,vt dicant consequētiam tollit:nec infert oppositam consequentiam : quia pars eius est:id est particulariter est verum:in quibusdam.Nō ꝙ qui est circunscriptus,est vsus iure communi,& ecōuerso:vnde cū ista particularis vera,ex vno nō inferat ad aliud:quia ex puris particularibus cōsequentia aliqua non sequit̃:& sic summa glo.sic consequentiam tollit,oppositam consequentiam non infert:quia particulariter est verum,& particulariter non Nā ex puris particularibus non sequitur aliqua cōsequentia. ¶ Alio modo intelligit̃ ista gl.& variatur ista expositio primæ & secūdæ particulæ. Et per consequēs tertiæ, vt intelligam⁹ hic ꝙ minor sit vsus iure communi : quando fecit ea,quæ diligens paterfamilias fecisset. Hoc præmisso expone sic glo.antecedens est,vsus iure communi:cõsequēs est:ergo circunscriptus.Istam consequentiam tollit non hic est ista dictio non,posita in hac lege:& sic punctuabis:consequentiā tollit non posita in hac lege .& sic dictio,nō tollit cōsequentiā.¶ Sequitur in glossa:non oppositum infert:quasi dicat infert oppositam consequētiam:quia verum est dicere, vsus est iure comuni,hoc est fecit ea,quæ fecisset quilibet diligens paterfamilias : ergo circunscriptus. Istud semper sequitur in glossa.quia pars eius est:quia species. vnde meritò infert suum genus. Nam facere illud, quod faceret diligens paterfamilias,est species:non circunscriptum,est genus:quia pōt esse non circunscriptus,& facere stultè,& facere deliberatè.vnde meritò ista species,hoc est vsus iure communi,infert suum genus:hoc est non circunscriptus. Tenendo istā opin. quę est bona,& vera:obstat cōtrarium de eo,qui adiuit hæreditatem cum deliberatione,qui reperitur posteà non soluendo:dico quod non fecit illud,quòd fecisset diligens paterfamilias:quia perquisiuisset omnia,quæ sunt in inuentario:qa sciuisset omnia quæ sunt in hęreditate: vnde non fecit,vt diligens pater familias.& hæc vera & bona.licet glo.ponat alias expositiōes.& exposui tibi ista verba Irne.non sequēdo uerba gloss. nec doctorum. ¶ Et per hanc legem, & alias leges,
3 ex quibus ponitur exemplū:sicut hic,†semper in libello cū
a petitur restitutio.dicatur quòd[a] est minor,& lęsus sui facilitate:quia diligens paterfamilias hoc non fecisset.Nam si poneres in libello,quòd est minor & lęsus:& ex libello nō colligitur,quòd sui facilitate,libellus non concluderet. ergo debet restitui:ideo semper facias poni &c.

De filiofamilias minore. *Rubrica.*

Filiusfamilias. Si filiusfamilias fideiussit, pro patre, vel extraneo potest restitui:nisi læsio per successionē tollat̃.h.d.¶ Contra istā lege op.de lege cum mandato.ff.e. Illius timore dixit Placen. ꝙ tunc filius pōt impetrare restitutionem:quando principalis non est soluend. Per illam legem,glossa reprehendit istam opi. Interest enim minoris potius non soluere,quam solutum repetere:vt.l.iij.ff.de compensa.& argumen.j.tit.secūdò, lege etiam.¶ Ad legem,cum mandato. respond. quòd ibi ponunt̃ duo casus principales. In primo cotraxit minor principaliter in re alteri⁹:qa res alteri⁹ vēdidit mādato dñi,& volebat petere restitutionē aduersus contractum, quo tenebatur dominus;quod non potest nisi in subsidium.hic autē se obligauit consequēter, ꝓ patre,vel extraneo:& vult petere restitutionem aduersus obligationem suam,quod potest indistinctè. In alio casu illius legis non cōtraxit minor, sed ꝓcurator eius vnde nō facit ad propositum.¶ Quæro hic dicitur, pro extraneo.quis intelligatur extraneus?dic vt in.l.j.§.extraneū. de rei vxo.actio.dicitur hic:si ei non successit.¶ Quęro,quid si successit patri?dic vt in glossa.¶ Quæro,quid si iste fili⁹ ꝓ patre principaliter se obligasset? Certè idē esset.tamen non tolleretur obligatio per successionem:sed tolleretur lęsio, & sic tolleretur restitutio &c.

* Si frater tuus. Filiusfamili.minor,aduersus mutuū restituitur: nisi iussus patris interuenerit, vel Macedo. iuuet̃.h.d. ¶ Opponitur,& videtur,quòd filiusfamilias non iuuetur restitutione:vt.l.iij.§.sed vtrum.ff.de mino. Solutio quando filius conuenitur suo nomine, restituitur vt hic : sed quando conuenitur pater, non restitueretur: vt leg. contra. ¶ Item opponitur,& videtur quòd quando cessat Macedonia.non habet locū restitutio:quia accipit in casibus permissis:& sic est vsus iure cõmuni:vt.s̃.tit.j.l.fi. Sol. dic vt in glo. ¶ Quæro,quæ est ratio,quòd quādo patris iussus interuenit non restituitur?dic vt in gl.ff.eo.l.iij.¶ Quæro,quæ est ratio, quòd quando est locus Macedoniano,non habet locum restitutio?dic vt in glo.&c.

De fideiussoribus minorum. *Rubrica.*

Postquam. Restituto minore, nō videtur restitutus fideiussor:nisi dol⁹ creditoris intercesserit. h.d.cum.l.seq.¶ Op.quādo venditio est ipso iure nulla,non est opus restitutione: vt.l.in causæ.la.ij.ff.e.sed hic est ipso iure nulla : qa nō interuenit decretū ergo &c. Sol.gl.intellige,ꝙ hæc venditio fuit facta cū decreto.¶ Quęro,ad qd fuit hic minor restitut⁹ ad ipsam rē. Pluressunt opi. hic,qdā dicūt,ꝙ fuit restitut⁹ ad ipsam rē:scilicet vēditā. qdā ꝙ fuit restitutus,ꝙ non teneretur de euictione. ¶ Secundum primam

❧ POMATES.
a ¶ Dicatur. Istud sequitur do. Ant. in.c.j.de ī inte. re. sed in contrarium facit .l.minorib⁹. s̃.eo.vide Ioan.de Imo.ī.d.c.j.vbi dicit cōmunē opin. in contrarium.

* ¶ Pro concordia. Aduerte ꝙ vbi ope exceptionis minor tutus est de iure communi,ad uersus aliquā obligationem:ipse minor nō potest petere restitutionē in integ. Ita videt̃ velle Bar.hic ī hac l.ij. de filiofa. mino. sed in .l.iij,§. sed vtrū.ff.de mino.videt̃ tenere affirmatiuā. in .l. in causæ. la.ij.ff. de mino. Tu dic, facienda est differētia quo noīe cōueniat̃ vt p Bart.hic. vel meli⁹ Bar.ī.d. l.ī causę,loquitur secundum gl.ibi. quę loquitur ī casu.l.si minor.§.minores.e.ti.vbi dicit̃, quòd minor cōpromittēs potest in integ.resti. ꝙ intelligit ibi Bar.scilicet quando in arbitrium à quo nō potest appellari : ergo ibi cessat remedium ordinarium. Sed licet Bart. referat gl.non tamē illud expressè firmat Prætereà sibi ē cōtrari⁹ referēdo ad illum casum:vt.s̃. posset etiā aliter solui secūdum eū. vt affirmatiua ꝓcedat quando restitutio detur iure actionis,negatiua verò quando dat̃ officio iudicis.

primã opi. not. ꝙ fideiussor euictiõis noĩe tenet, si p bñficiũ restitutionis in integrum venditor rem auocauerit. ¶ Iuxta hoc quæro, quid si vendens agit cõdictiõe ex lege. l. ij. ĵ. de resci. vend. an fideiussor teneatur? ¶ Item quæro, quid si minor fuisset restitutus: Ideo, qa precio minori vendidit: nõ iõ qa vẽdidit: an fideiussor euictiõis teneatur? Doc. tangũt istas qõnes, quæ videnẽ mihi dubiæ: ideo non examino. Fortè hoc dicã in auẽ. sacramẽta. ĵ. si aduer. vẽdi. secũdo modo legitur, ꝙ fuit restitut⁹, ne teneatur de euictione: & ꝙ extraneus tũc euincit rem. ¶ Sed tunc oppo. quomodo potuit extraneus tunc euincere, cum res sit de bonis paternis: & iste minor sit heres. gl. dicit, ꝙ debet intelligi, ꝙ fuit de bonis paternis putatiuè, non verè. vel dicas, ꝙ fuit euicta per hypothecariam.

SVMMARIVM.

1 *Beneneficiũ restitutionis, quando transit ad fideiussores minorũ. & nu. 4.*
2 *Decretum iudicis, quando faciat cessare beneficium restitutionis in integrum.*
3 *Actio de dolo cessat, ubi habet locum restitutio in integrum.*
5 *Restitutio in integrum quid operetur.*
6 *Restitutio in integrum, quando dicatur beneficicium personale: & quando reale?*
7 *Restituto minore, an fideiussor habeat de nouo petere restitutionem in casibus, in quibus beneficium ad ipsum transit?*
8 *Fideiussor potest intentare restitutionem: quando minor uoluit eam impetrare.*

1 SI ea quæ. Not. ꝙ † qñ minor læditur facilitate sui, beneficiũ restitutionis non transit ad fideiussorẽ: secus si lęditur dolo aduersarij: quia tunc beneficiũ trãsit ad fideiussores.
2 ¶ Opp. de. l. ait prætor. §. permittitur. ff. e. † vbi decretũ iudicis, seu pæsidis, facit cessare restitutionem. Sol. ibi interuenit decretũ in alienatiõe necessaria: vt in recipiẽdo solutionẽ: hic in voluntaria. ¶ Cõtra hoc opp. ĵ. si propter pub. pen. l. fi. Sol. intellige, ꝙ hic interuenit authoritas tutoris, & decretũ iudicis: alś vẽditio esset ipso iure nulla: & sic inutilis esset restitutio: vt in contrario. ¶ Opo. tertiò hic dicitur, ꝙ dol⁹ aduersarij intercesit. Contra, aut dolus dedit causam contractui: & contractus est ipso iure nullus: & sic cessat restitutio: vt. l. & eleganter. in prin. ff. de do. Aut dolus incidit in cõtractum. & habet locũ actio ex empto, et sic cessat restitutio: vt. l. in causæ. ff. eo. Glo. ponit plures so. hæc est vera, ꝙ dolus dedit causam cõtractui: & fuit deuentũ ad traditionem: † & sic
3 in maiore haberet locũ actio de dolo. l. & elegãter. in prĩ. Verũ, qa minor pōt iuuari p restitutionẽ, habet locũ restitutio: & cessat actio de dolo: vt. l. j. §. antepẽn. ff. de dolo. dixi ĩ. l. ij.
4 §. de dolo. Ita habetis hoc intelligere. † ¶ Opp. ꝙ fideiussori prosit beneficium restitutionis, etiã si dolus nõ interuenit: vt l. minor. ff. de procu. Glo. sol. multũ benè. Aut restituto minore, & eius fideiussore, creditori non daretur regressus contra aliũ: & tunc fideiussori nõ prodest restitutio: vt hic. Aut daretur regressus cõtra alium: & beneficiũ restitutionis transit ad aliũ. vt. d. l. minor. ita dicit glo. & bene. ¶ Item opp. quomodo restituto minore, & sic sublata obligatiõe principali, pōt teneri fideiussor: cum non sit obligatio cui accedat: vt. l. j.
5 ff. de fideiuss. ¶ Huius timore esset videndũ, † quid operet restitutio in integrũ: quidã dicũt, ꝙ solũmodo persona eximit ab obligatione: obligatio tñ remanet firma: sicut dicim⁹ in eo, qui deportatur in. l. fi. ff. de duo. re. & ĩ eo, qui decedit si ne hærede: vt. l. si sine hærede. in prin. de admi. tuto. & l. Stichũ aut Pãphilũ. circa prin. ff. de sol. vnde ratio obligationis remanet: vt accedat fideiussor: vt. l. si debitori deportatio. de fideiusso. Alij dicũt, ꝙ personã ab obligatione nõ eximitur: sed solum paratur exceptio: quia personalis est: ideo non transit ad fideiussorem: vt. l. exceptiones, quæ personæ. ff. de excep. facit ad hoc. ff. eo. l. si iudex circũuento. Ista vltima placet mihi plus. & hanc tenet gloss. ¶ Sed contra oppo. dixi ꝙ ista exceptio est personalis: cum beneficia personalia nõ trãseant ad hæredes: vt. l. qui tale. ff. solu. matri. ĵ. de priui. dot. l. j. cum simil. Solu. quicquid dicat Dyn. in. c. priuilegium per-
6 sonale. de regu. iur. lib. vj. † restitutio in integrũ quo ad quædam, dicitur beneficium personale: vt in casibus, quibus ad fideiussores non transit. quo ad quędam dicitur reale: vt quo ad trãsmissionem ad hæredes: vt. l. non solũ. ff. de in integrũ. rest. In casibus quibus competit fideiussosi: huius est ratio: quia beneficium istud partim datur ratione personæ partim ratione lęsionis. & ideo in quibusdam casibus habet vim personalis beneficij: in quibusdã habet vim realis beneficij. ¶ Oppo. ff. de fideiusso. l. marcellus. Solu. vt ibi. ¶ Quærit
7 glo. multum solenniter, † vtrum restituto minore intelligatur restitutus fideiussor in casibus, quibus transit beneficiũ ad fideiussorem: vel habeat necesse fideiussor de nouo petere beneficium restitutionis in integrum? Gloss. tenet, ꝙ habeat necesse petere de nouo: per hũc tex. q dicit: vtriq; psonæ tam &c. vnde cum vtriq; competat, quilibet habet inten-
8 tare per se. ¶ Quero † quid si minor non voluit impetrare restitutionem: an possit eam intentare fideiussor? Glo. dicit, ꝙ sic, & bene: vt. l. si post mortem. §. fi. de contratab. &c.

Si tutor, uel curator interuenerit. *Rubrica.*

SI iam puberes. Minor aduersus aditionem potest restitui intra tempus legitimum: quo elapso, contra eius curatorem, qui sibi authoratus est, succurretur. h. d.

MInoribus. Tutoris authoritas in iudicio, vel extra, non impedit restitutionẽ minoris, si ibi est læsus. h. d.

ETiam. Etiam in his quę gessit tutor. solus minor potest restitui: & contra tutorem experiri. h. d. videbitis. ĵ. eo. l. fi. &c.

SI creditor. Minor non restituitur aduersus obligationem administratoris: quia ipse non tenetur. Cyn. hic intrat materiam difficillimam q̃ tractatur in. l. l. si pupilli. §. j. de neg. ge. & Cy. ponit in. l. ei qui seruo. §. j. ĵ. quod cũ eo &c.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio quando concurrat cum alia actione contraria.*
2 *Actio ordinaria quando excludat extraordinariam.*
3 *Instantia perempta: actio remanet perpetua.*
4 *Auxilium ordinarium & extraordinarium quando concurrant.*

ETiam. Auxiliũ extraordinariũ cõcurrit cũ ordinario, quando competit contra diuersos: nec electione tolluntur. hoc dicit. ¶ Op.
1 † restitutio non cõcurrit cũ contraria actione: vt. l. in causæ. l. a. ij. de minor. Sol. verũ est, quando illa duo remedia darentur contra vnũ, & eundem: secus si contra diuersos:
2 vt hic. ¶ † Contra hoc oppo. de. l. cum mandato. ff. eo. Solu. multæ sunt. Ista sol. est vera. ibi loquitur quãdo actio ordinaria habuit originẽ ab actione voluntaria: qa tunc excludit extraordinariam: etiam quando competit contra diuersos: hic verò habuit originem ab actiõe necessaria. ¶ Oppo. ij. de. l. properandum. §. fi. ĵ. de iudi. Sol. dicit Cy. ꝙ speciale est ibi in instantia iudicij: qa ea perempta remanet actio prima firmior, q̃ primò esset: secus si causa esset perempta. & vide gl.
3 ¶ No. ex eo, ꝙ Dicit firmior. † ꝙ perempta instãtia remanet perpetua actio, quæ est facta per lit. contest. De hoc dixi vobis in. l. ij. ĵ. de fru. & li. expen. Pet. tñ tenet istã so. sed dicit, ꝙ hic nõ poterat minori æqualiter subueniri cõtra fideiussore, & extraneos: qa tutor dedisset eis pecuniã: & ipsi volebant possessiones vẽditas. Sed qñ prosequeretur ab vtroq;: tunc actione ordinaria debet pcedere, nec haberet locum restitutio: vt. d. l. fi. Ista sol. Pe. non est vera: vt per. l. etiam. §. eo. titu. & est cõtra. l. si minor, ff. de admini. tut. Tene ergo solu. gl. ꝙ
4 speciale est in iudicijs. ¶ Itẽ oppo, ĵ. ti. ij. l. fi. Solu. vt ibi. † & distingue plenè, quando ordinariũ auxilium cõcurrat cũ extraordinario. Plenissimè dixi in. l. ĩ puinciali. de ope. no. nũ. vbi tangitur. ¶ Vlt. oppo. & videtur, ꝙ per electione tollatur: vt. ĵ. de cod. l. fi. Sol. ibi quando contra eundẽ agebatur. hic, quando contra diuersos agebatur &c.

Si in communi, eademq; causa, in integrum restitutio postuletur. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Factum unius ex fratribus non nocet alteri.*
2 *Venditionem rei suæ, qui ratam habet, sibi præiudicat.*
3 *Beneficium quod datur uni ex socijs, quando porrigatur ad aliũ? & nu. 5.*
4 *Ratũ, quod suo nomine non est gestum, quando quis habere possit?*
6 *Aetas unius ex socijs, quando prosit alijs.*
7 *Appellatio unius, quando prosit alijs.*
8 *Principium spectatur, quando finis habet necessariam consequentiam ad principium.*

NEc si maior. Factum vnius ex fratribus, non nocet alteri: & restitutio: q̃ cõpetit vni minori: nõ pdest alteri maiori. h. d. Notabilia habes ĩ summario. ¶ Primò habetis, † ꝙ factũ vnius ex
1 fratrib⁹, nõ nocet alteri. Sic. ĵ. de cõm. re. alie. l. j. qb⁹ res iudi. nõ no. l. j. & in toto tit. res inter alios acta &c.

2 ¶ Nota ſecundò,† ꝙ qui ratã habet venditionẽ rei ſuæ, præ
3 iudicat ſibi. ¶ Tertiò nota,† ꝙ beneficiũ quòd datur vni ex
4 ſocijs, nõ porrigitur ad alium. ¶ Ad ſecundm oppo,† quis
nõ poterit habere ratum, quod nõ eſt ſuo nomine geſtũ: vt. l.
ſi pupilli. §. ſed ſi ego. ff. de neg. geſt. Sol. dic, ꝙ hic ſoror geſ
ſit nomine ſuo, & fratrũ: vel ſi intelligas, ꝙ geſsit nomine ſuo
tantum. Reſpondeo ad contrarium: ꝙ non poſſum habere ra
tum, quòd nõ eſt meo nomine geſtum, quantum ad producẽ
dam actionem nego. geſt. mihi vel contra me: vt in contrario.
Sed quantum ad alia, vt ad præiudicium mihi generandum,
poſſum: vt. l. ſi fundus. §. j. de pig. niſi in ſubſidiũ: vt. l. mater.
j. de rei vendi, & l. ſi. eũ ſeruum. ff. ſi cer. peta. & vide glo. ſup
5 ver. geſſerat. ¶ Ad tertiũ notabile opp. † ꝙ, beneficiũ vniꝰ
ex ſocijs porrigatur ad aliũ. vt. l. ſi cõmunẽ. ff. queadmo. ſer.
amit. ſi ſerui. vendi. l. loci, corpus. §. ſi fundus Gl. tua dicit, ꝙ
hæc lex. loquitur in his, q̃ ſunt diuidua. j. lex cõtraria loquit̃
in indiuiduis: quoniã omnes ſeruitutes ſunt indiuiduę: exce-
pto vſufructu: vt. l. j. §. ſi vſuſfructus. ad leg. falcid. Pet. repre
hendit iſtam gloſſam: quia licet ſeruitus ſit indiuidua, tamen
obligatio perſonalis eſt diuidua. vt. l. per fundum. de ſeruitu.
ruſti. prædio. Dominus Iac. But. tenebat idẽ: ſed loquebatur
magis curialiter, dicens: ꝙ iſta gloſſa debet intelligi in ipſo iu
re ſeruitutis: non in obligatione perſonali. ¶ Tu dic clariꝰ
6 quandoq; † beneficium perſonale, ſeu ætatis, allegatur ad im
pediẽdum præſcriptionẽ ſeruitutis, ſeu ætatis: & ſic ad eã cõ
ſeruãdum: & tũc ætas vnius prodeſt alteri maiori: vt. l. ſi con
munẽ. queãdmod. ſerui. ami. Quandoq; allegatur ætas vniꝰ,
ad ſeruitutis declarationẽ: vt quia agebatur cõfeſſoria, vel ne
gatoria: tũc idem, vt ætas vnius proſit alteri: vt. l. loci corpꝰ.
§. ſi fundus. ff. ſi ſeruit. vendi. Quãdoq; ætas allegatur ad im-
pediendum ſeruitutẽ conſti. & tunc ætas vnius prodeſt alte-
ri: quia non poteſt pro parte cõſtitui: vt. l. pro parte. ff. de ſer
uitu. Quãdoq; allegatur ad impediendũ obligationẽ perſo-
nalem de ſeruitute cõſtituenda: tunc ætas vnius nõ prodeſt
alteri: vt. l. per fundũ. de ſeruitu. ruſti. prædio. ¶ Itẽ op. de. l.
j. ſi vnꝰ ex pluribꝰ appel. ff. de appella. l. ſi quis ſeparatim. §.
fi. gl. inculcat iſta contraria, cũ præcedẽtibꝰ. & dicit. ꝙ ibi lo
7 quit̃ in ĩdiuiduis: hic in his, q̃ ſũt diuidua. Vult dicere, † ꝙ ſen
tentia diffinitiua eſt indiuidua. Ideo nõ poteſt ꝓ parte vale-
re: pro pte non: meritò vnius appellatio alteri ꝓdeſt, & vide
glo. iſtud nõ videtur verum. Nam ſentẽtia ex poſtfacto po-
teſt eſſe diuidua: vt dicam vobis. j. titu. j. l. j. Præterea quan-
do ſunt plures perſonæ litigãtes, etiam ſententia prima põt
eſſe diuidua, quòd in perſonã vnius feratur, in perſonam al-
terius, nõ: vt. l. nõ idcirco. ff. de iudi. & l. de vnoquoq;. i prin
cip. ff. de re iudica. vnde iſta gl. fortè voluit dicere. quòd illa
l. j. j. ſi vnus ex plu. & l. ſi quis ſeparatim. §. fi. loquat̃ in cauſis
indiuiduis, vt ſup ſeruitutibus. Communiter illæ leges intel
ligant̃ generaliter: & pro certo generaliter loquuntur: ſcilicet
in obligatione tutelę: & in alijs indiuiduis. Dicamus ergo,
prout dictum fuit: ſcilicet quòd ſpeciale eſt in cauſa appella-
tionis, quãdo vna eſt cauſa, & vna ratio defenſionis vtriuſq;.
Ratio huius eſt: quia ſtudere debemus, vt ſententia ſit indiui
dua inquantum poſſumus: licet poſsibile ſi, quod ex poſtfa-
cto diuidat̃. Tamẽ principaliter debemus ſtudere: vt ſit indi
uidua inquantum poſſumus: vt. l. in hoc iudicio. fami. erciſ.
8 ¶ Oppo. de. l. iij. §. Seio. ff. de mino. vbi videt̃, † quòd debea
mus inſpicere initium: ſed hic tẽpore quo ratum habuerunt,
iſti erant minores: ergo &c. Sol. dic ꝙ hic quando ratum ha-
buerunt, nõ erant minores, Dicit gl. vel aliter: poſito ꝙ tem-
pore, quo ratum habuerũt, erãt minores, tamen ſi poſtq̃ fa-
cti ſunt maiores habuerũt ratum: nõ habebũt reſtitutionem.
Non obſt. lex. quæ dicit principiũ ſpectandum: qa illud verũ
quãdo finis habet neceſſariam conſequentiam ad principiũ:
ſed hic ratihabitio ſequens non habet neceſſariam conſequẽ
tiam ad principium, ſed voluntariè fecit: ergo &c.

a ¶ Et pro parte. Adde quod Bal. vt refert, & ſequit̃ Pau. de caſt. hoc dicit, quòd ſtante ſtatuto, quòd non valeat ſentẽtia, niſi ſoluatur gabella ad computum ſex denariorũ ꝓ libra. & lata ſit ſententia in centũ, ſolutaq; gabella niſi ꝓ quinquaginta, quòd in totum erit ſentẽtia nulla tamẽ ſubdit Pau. de caſt. reſpõdiſſe de facto, quòd ſtãte ſtatuto, ꝙ non valeat inſtrumentum cõtinens ſummam. ſ. quinquaginta: niſi regiſtratum foret in li. cõmunis: & eſſet inſtrumẽtum de cẽtum, quòd valebat ĩ quinquaginta: quia ſumma eſt diuiſibilis. Nõ obſtat deciſio Bal. ſecũdum ipſum: qa loquitur in ſentẽtia, quę eſt indiuiſibilis. alle. no. in. l. ſi ſponſus. §. generaliter. ff. de dona. inter vi. & vxo.

b ¶ Quid dicemꝰ. Et vide Bart. in. l. qui vas. ff. de furt. & in. l. ſi cõſtante. §. fi. ſo. ma. d. Ant. & alios in. c. cum inter nos. de re iu. Bal. in. l. ij. C. eod. & gloſ. in. l. apud Celſum. §. itẽ quæritur. ff. de doli exceptio. and. Barb.

c ¶ Pro dimidia. Adde quid ſi qs vẽdicat fundi medietatem pro indiuiſo. & ꝓbat pro diuiſo, quam ſententiam debeat facere iudex. Fede. conſi. cxxxix.

Si aduerſus rem iudicatam. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

2 *Sententia, quando poßit ferri pro parte tantum?*
2 *Conuentus rei uendicatione ad totũ fundũ ſi repertus ſit tantum dimidium fundi poßidere, ad illam dimidiam condemnatur: & ſententia tenet.*
5 *Libellus in actione tutelæ, qualiter poßit formari.*
4 *Initium, quãdo inſpiciatur, & non finis, ad hoc, ut detur reſtitutio minori aduerſus ſententiam.*
5 *Iudicare, & ſic iudicare, qualiter differant?*
6 *Aduerſus læſionem contingentem intra modicum tempus poſtquã ceſſauit abſentia: quando detur reſtitutio?*
7 *Sententia, quando poßit pro parte ualere: & pro parte non ex poſtfacto?*
8 *Libellus, quando quis petit ſe reſtitui, aduerſus ſententiam, qualiter concipiatur?*
9 *Reſtitutio in integrum reſtituit minori, quod abſtulit ei læſio.*

MInus ex tutelæ. Actori minori ſuccurrit̃, ſi reus
in minus extiterit cõdẽnatus nõ maiori. h. d.
iſtã leg. habeo ꝓ multũ ſubtili: licet circa tex.
ſit clara. ¶ Opp. & videt̃, ꝙ de iure cõmuni
agere poſſet: vt. j. de iu. l. licet. & ſ. de trãſac.
l. age. Solu. in contrarijs vnã tantũ ſpeciem fuit ꝓſecutus: vñ
de alijs poteſt agere de iure communi. hic uerò de illa ſpecie
1 vult agere, de qua fuit iudicatum. ¶ Cõtra hoc opp. † ꝙ etiã
de eadẽ poſſet agere de iure cõmuni: nã ſi iudex ꝓ parte fert
a ſentẽtiam, & pro parte[a] non: ſentẽtia eſt ipſo iure nulla: vt. l
in hoc iudicio. ff. fami. erciſ. & l. apud Celſum. §. item quæri-
tur. el. j. de do. exceptio. Sed ſecundum hoc, hæc ſentẽtia fuit
ipſo iure nulla: quia de parte tantum pronunciauit. ¶ Huiꝰ
timore, in hac. l. ſunt opin. & hic aduerte, ꝙ quidam fatentur
contrarium. & hanc leg. intelligunt, ꝙ in quinq; condemna-
uit, & in quinq; abſoluit: & ſic de toto pronunciauit. & ita vi
detur ſentire gl. Alij dicũt, ꝙ iſtud eſt diuinare: ſed hic ſuper
toto pronunciauit: hoc eſt ſuper quinq; expreſsè: & ſuper
alijs quinq; tacitè pronunciauit: & quia de eo, ꝙ nõ dixit ui-
detur abſoluere. Quod glo. & doc. noſtri. nõ placet. In ſentẽ-
tia, enim non præſumitur: niſi illud quod eſt dictũ: vt. j. ſi plu.
vna ſentẽ. l. j. & d. l. apud Celſum. §. itẽ quærit̃, de doli excep.
¶ Alij dicunt, ꝙ hic pronunciauit ſuper parte tantum: & di
cunt, ꝙ contrarium non eſt uerum. Non enim eſt nulla ſentẽ-
tia: ſed pro parte tantum pronunciatur: ut hic. Doct. tamẽ &
glo. dicunt contra per. l. in hoc iudicio. fami. erciſ. & l. qualẽ.
b §. j. ff. de arbi. ¶ Quid dicemꝰ?[b] primò in hoc utrum ſenten-
tia poſsit ferri pro parte tantum? dicas, ſi quidem libellꝰ con
tinet plura capitula põt ſup uno ferri ſentẽtia: & ſup alio nõ:
ut. l. etiam. §. j. ff. e. facit. ſ. de tranſac. l. ſi ex falſis. Idẽ ſi libellus
continet unum capitulum contra plures. Nam cõtra unũ po
teſt pronunciari, cõtra alios non: ut. ff. de iudi. l. nõ idcirco. &
ff. de re iudi. l. de unoquoq;. Si uerò continet unum tantũ ca-
pitulum: tunc non poteſt pro parte tantum pronũciari: ut. d.
l. ĩ hoc iudicio. & l. qualẽ. §. j. de arbi. Ita dicũt doc. addo hoc
eſſe uerum, quãdo inſtãtia cauſę tenet ſuper toto: ſecus ſi pro
parte eſſet perẽpta: ita ꝙ ſequeretur abſolutio ab obſeruatio
ne iudicij. Tũc enim ſufficiat ꝓnũciari ſuper illa parte. in qua
tenet iudicium. caſus eſt in. l. ſi conſtante. §. fina. ff. ſolu. matri.
2 ¶ Et per hoc dixi ſemel in. q. de facto, † cum rei uendicatiõe
aliquis conueniretur ad fundum: repertus eſt poſſidere ꝓ di
c midia[c] tantũ. Vnde iudex cum in illa dimidia condemnauit:
in alia dimidia nihil dixit. Dico, ꝙ ſententia valet: qa pro alia
parte, quam non poſsidebat, non procedebat iudiciũ: ut. l. fi.
ff. de rei uendi. ¶ His præmiſsis redeo, & uideamus qualiter
intelligas hanc legem. Glo. uidetur uelle, ꝙ pro parte ſit con
demnatꝰ, pro parte abſolutus. quod uerũ eſt in ſe: ſed eſt diui
nare. ¶ Tu uerò pone caſum aliter, ꝙ fuit actũ actiõe tutelæ
pro una ſpecie nõ expreſſa quãtitate, hoc modo: peto ꝙ red-
dat adminiſtrati frumenti rationẽ, & reliqua reſtituat. Iudex
condemnauit eum ad reſtitutionem de quinq; occaſione reli
quorum: cum in ueritate deberet condemnare ad decem. Cer
tè tunc ualet ſententia, & uidetur ſuper toto pronũciatũ: qua
ſi dicat, iſta tantum reliqua petere eũ debere. & hoc fortè uo-
lunt dicere illi, qui dicũt, ꝙ pro alijs quinq; videt̃ abſolutꝰ ta
citè. Sed ſi ponamꝰ, ꝙ in libello fuiſſet expreſſa certa quãti-
tas: ut puto decẽ, q̃ remãſerunt apud te, ex tali adminiſtratio
ne: tũc haberemus neceſſe dicere illud, quod gloſſa dicit, ꝙ in
quinq; condemnauit, in quinq; abſoluit. ¶ Ex prędictis no-
3 ta, † ꝙ in actiõe tutelę poteſt formari libellus exprimẽdo cer
tam quantitatem ad quam quis dicat tutorem ſibi teneri: vt
hac leg. cum ſua gl. Poteſt etiam formari libellus nullã expri
mendo quantitatem: vt. ſ. dixi. & not. in. l. prima. in princi. ff.
de eden. ¶ Procedo ulterius. opp. hic uidetur dicere, ꝙ ſuffi
ciat quem eſſe minorẽ tempore iudicij. Contra, imò requiri-
tur, ꝙ ſit minor etiam tempore ſentẽtiæ: ut. ff. eo. l. iij. §. j. Gl.
dicit, ꝙ iſta ſuppletur per illã: ut hic dum dicit: tempore iudi
cij: ſubaudiet tẽpore ſentẽtiæ. ¶ Contra hoc oppono, & ui-
4 detur, † ꝙ debeamus inſpicere initium, & non finem: ut leg. ſi
minor. ff. de ſeruis expor. Solu. quando finis habet neceſſari-
am conſequentiam ad principium, tũc inſpicimꝰ principiũ:
vt leg. cõtraria. Sed quando non habet neceſſariã conſequẽ-
tiam, inſpicimus finem: ut. d. leg. tertia. §. j. ¶ Dices tu, nonne
ſententię habent neceſſariam conſequentiam ad proceſſum?
quia iudex habet iudicare neceſſe. ut. d. l. de qua re de iudi. er-
go debemꝰ inſpicere tempus proceſſus, non tempus ſentẽtię.

Hic aduerte

5 ¶Hic aduerte† duo ſunt:ſcilicet iudicare:& ſic iudicare.ꝙ
iudex iudicet.Iſtud habet neceſſariam cõſequẽtiã ad proceſ-
ſum:ſed ꝙ iudex ſic iudicet,iſtud non habet neceſſariã con-
ſequentiã ad proceſſum.& ideo ego putarẽ,ꝙ ſi quidẽ ſic iu
dicare,veniret ex neceſſaria conſequentia ad proceſſum:vt
qa minor omiſi aliquas probationes:vnde iudex nõ poterat
condemnare:tunc etiam aduerſus ſententiam latam contra
minorẽ peteretur reſtitutio.ſecus ſi minor eſſet ſolum læſus
in ſentẽtia:qa in ꝓceſſu fecerat qcquid debuerat:tũc nõ ha-
bet locum reſtitutio aduerſus ſententiam:quia illa nõ habet
6 neceſſariam conſequentiã ad acta.¶Opp.† aduerſus læſio-
nem contingentẽ,intra modicũ tẽpus poſtq̃ ceſſauit abſen-
tia quis reſtituitur:vt.l.ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter.
ff.ex qui.cau.ma.ergo eadẽ ratione aduerſus leſionẽ contin
gentem intra modicũ tẽpus,ex quo ceſſauit minor ætas:ſed
ego dixi tibi.s.etiam quando ſententia eſt lata contra factũ
maiorẽ:ergo &c.Sol.dicit gl.Ratio eſt,qa poteſt appellare.
hoc nihil eſt dicere.Tu dic quòd diuerſa eſt ratio prędicto-
rũ:nam modicũ tempus ex quo quis eſt reuerſus computari
non poteſt abſenti,donec ſarcinulas cõpoſuerit,& aduoca-
tum quæſierit:quæ ratio ceſſat in modico tẽpore,ex quo ſu
7 peruenit ætas.¶Quæro† vtrũ ſentẽtia poſsit pro parte va-
lere,& pro parte nõ valere ex poſtfacto:verbi gratia:iudex
condemnauit me ad.x.ego appellaui,dicẽs me grauatum ad
v.& in hoc obtinui:& ſic valebit ſentẽtia ꝓ parte:& ꝓ par-
te nõ.& hoc fatẽtur vltramon.arg.ff.de inoffic.teſta.l.circa.
Iac.but.dicebat ꝙ.l.circa.nihil facit ad propoſitum. quia ſi
iudex appellationis in.v.abſoluit,remanet ſentẽtia in alijs.v.
& ſic ſuper toto eſt iudicatum.Quãdo tamẽ ſunt diuerſa ca-
pitula,nullus negat,quin pro parte poſsit ſentẽtia valere,&
ꝓ parte nõ.l.Carmelia Pia.de iure patro.&.l.q̃dam mulier.
famili.ercis.Ego puto ꝙ ex poſtfacto ſententia poſsit ꝓ p-
te valere,& pro parte non:vt in exemplo propoſito,vt con
demnatus ad decem appellauit à.v.ſtatim appellatio ſola re-
ſcindit ſententiã in eo,quod eſt appellatũ:vt.ff.ad Turpil.l.
j.§.fi.vnde interim anteq̃ iudex ſentẽtiet remanet ꝓ parte
valida:& pro pte non.Hoc etiam apparet ex caſu huius . l.ſi
8 bene aduertatis.¶Pro huius declaratione quæro,† qualiter
formatur libellus,quando quis petit ſe reſtitui in integrum
aduerſus ſententiã?Hæc lex videtur velle:ꝙ quis petat ſe re
ſtitui,vt poſsit ſuper illa re,de qua ſentèntiatũ eſt,actionẽ de
nouo iteratò intentare:ac ſi ſententiatũ nõ eſſet. Hoc appa-
ret ex prin.& ex fine hui⁹ leg.principiũ dixit habere actio
nẽ &c.ſecũdũ hoc vr̃ ꝙ debeat de nouo dari libellus,& lis cõ
teſtari &c.& alia facere.Prætereà reſtitutio in integrũ habili
tat,vt poſsit proſequi primã inſtantiam ac ſi iudicatum non
eſſet.In contrariũ videtur ꝙ quis debeat petere reſtitutionẽ
in integrum,vt poſsit primam inſtantiam proſequi,ac ſi iu-
dicatũ nõ eſſet:vt.j.ſi aduer.libe.l.j.ibi:dũ dicit:litis inſtaura
tionẽ admittit &c. ¶Breuiter dico ſic:ad euidẽtiam Anteq̃
9 veniam ad alia,debes ſcire,† ꝙ beneficiũ reſtitutionis in inte
grũ reſtituit minori illud,quod abſtulit ei læſio:vt.l.ait præ
tor.in prin.ff.eo.&.l.qui proprio.§.Itẽ quæritur. ff.de pro
cur.ſecũdũ verũ intellectũ.dicã.j.in ꝓceſſu.Hoc præmiſſo
ſi minor eſt læſus in ſentẽtia:qa cũ iudex debet cõdemnare,
tutorẽ abſoluit:reſtitutio in integrũ reſcindit ſententiam cõ
tra illud obſtaculũ exceptionis,quod parauit minori non ta
men,ꝙ iudex reſtituẽs in illa inſtãtia condẽnet tutorẽ.Ratio
qa tutor nunq̃ fuit condẽnatus minori,vnde iſtam condem
nationẽ non reſtituit ſibi reſtitutio:qa nunq̃ fuit condemna
tus,ſed reſcindit ſententiã tantũ.& ideo nunq̃ petẽs reſtitu-
tionẽ aduerſus ſententiã,petet:vt ſuper cauſa prima,vigore
illius inſtantiæ habitæ ſuper reſtitutione, iudicet:ſed ꝙ læ-
ſio quæ illata eſt per ſententiã remoueatur:& in priſtinũ ſta
tum reponatur.¶Hoc præmiſſo poteſt eſſe ꝙ ſententia lęſit
me per neceſſariam cõſequentiã actoris:qa non probauerim
vt debuerã:tunc habeo neceſſe in libello omnia iſta narrare,
ꝙ ego omiſi talem probationẽ,ex quo iudex abſoluit tutorẽ
ꝓpter quod ego mei facilitate ſum leſ⁹:qa diligẽs paterfami
lias & homo maior hoc nõ feciſſet:tũc concludo,ꝙ reſtituar
aduerſus dictã ſententiã:& ponar in eo ſtatu,in quo erã quã
do poterã facere dictas probationes.Et iſto modo intelligi-
tur reſtauratio litis quæ ponitur in.l.j.j.ſi aduer.li. Si verò
læſit me ſententia tãtũ:quia acta ſtãt optimè,& debebat ſen
tentia venire pro me:tũc ſolũ petam reſtitutionẽ aduerſus di
ctam ſententiam:& tunc poſſum petere reformari ſententiã
ex primis actis,ac ſi iudicatũ nõ eſſet.Et hoc modo poteſt in
telligi.d.l.j.& illud ꝙ hac leg.dicitur,ꝙ actio moueret &c.In
telligitur eodẽ mõ,ꝙ moueatur actio proſequendo primã in
ſtãtiã.Vel poſſumus aliter intelligere hanc leg.& ſtabit tex.

propriè Egi actione tutelæ pro vna ſpecie,& omiſi aliud ac-
ceſſoriũ:vt puta vſuras,de quib⁹ nihil dixi:fuit iudicatũ.pro
pter ſentẽtiã impedior mouere actionẽ ſuper principali:vt
cõſequar vſuras,quæ veniũt acceſſoriè:vt.s.depoſiti.l.iiij.&
de iudi.l.ſi cũ tibi,petã reſtitutionẽ aduerſus ipſam ſentẽtiã,
vt poſsim actionẽ principalẽ mouere propter vſuras & alias
acceſsiones:ac ſi iudicatum non eſſet &c.

SVMMARIVM.

1 *Actor in libello poteſt facere mentionẽ de exceptione rei, & replicatione.*
2 *Pater agens cauſa ſtatus, quando poßit uenire contra factum ſuum.*
3 *Filius, quando petat ſe reſtitui contra patrem.*

SI cum pater.

In cauſa ſtatus filius mi-
nor aduerſus ſententiam
latã ꝓ pte petet ſe reſtitui.h.d.¶No.ex hac le.ꝙ
1 † ſicut in libello ſuo actor põt facere mẽtionẽ de
defenſione,ſiue exceptione rei,& replicatione.ita hic.& hoc
no.Inn.neſcio in quo.c.& in petẽdo ego in libello poſſum
facere mẽtionẽ de pacto de nõ petendo:& quod poſtea feci-
ſti mihi pactũ de petendo:vt hic patet,quod not.¶Opp.ꝙ
2 † pater non potuit agere:quia non poteſt venire contra fa-
ctũ ſuũ:vt.l.poſt mortẽ.ff.de adop. Sol.veritas eſt iſta,quan-
doq; patri obijcitur ſolus curſus tẽporis, quo filius ſtetit in *
libertate:tunc requiruntur.xx.anni ad excludendũ eũ:vt.l.
j.j.de pa.pote.&.ibi no.¶Quãdoq; patri obijcit̃ factũ ſuum
cum curſu temporis:tunc ſufficiunt decem anni ad excludẽ-
dũ patrẽ:vt.l.poſt mortẽ.ff.de adop.¶Quãdoq; patri obijci
tur factum ſuũ tantum:tũc iſta obiectio nõ excludit eũ ſi fa-
3 ctum eſt inualidũ.hic eſt caſus hic. ¶Tertiò opp.ꝙ † cõtra
patrem nõ poſſet peti reſtitutio:vt.j.qui & aduer.quos.l.fi.
Sol.regula illa fallit in cauſa ſtatus.hæc eſt bona ſol.quæ mi-
hi placet. Alij ꝙ non petitur reſtitutio aduerſus patrem:ſed
aduerſus ſententiam latam pro patre,& hanc opi.tenẽt qui-
dam:qa tũc quæritur de iudice non de patre.licet glo.eã nõ
teneat.¶Opp.de.l.præfecti.&.l.minor.eo.ti.ff.Sol.intelli-
ge hic quòd de proconſule:ibi de eodem loquitur &c.

SVMMARIVM.

1 *Iudex delegatus, quando poßit de in integrum reſtitutione cognoſcere*

ADuerſus.

* a Aduerſus ſententiam vicarij vel
delegati principis,ſolus prĩceps[a]
reſtituit.h.d.¶Opp.in aut.de appella.& intra quę
tem.§.fi.Dicit glo.aliud in appellatione,q̃ in reſtitutione.
Tu dic idem.ibi eñ appellatur ad principem:licet alij iudi-
ces ab eo deputati,ſup hoc cognoſcãt:vt vidiſtis in.l.pręcipi
1 mus.j.de ap. ¶Quæro,† an ipſe iudex delegat⁹,poſsit de re
ſtitutione in integrũ cognoſcere?quidã dicũt,ꝙ ſic:vt.l.fina.
vbi & apud quẽ.& ſic iſta.l.corrigitur.arg.pro hoc.in.l.qui
proprio.§.itẽ quæritur.de procu.Breuiter:ſi quidẽ reſtitu-
tio petitur aduerſus aliquã interlocutoriã:tũc ipſemet dele
gatus poterit reſtituere:vt.d.l.fi.j.vbi & apud quẽ.ſi petitur
reſtitutio aduerſus diffinitiuam:tunc ipſemet delegatus reſti
tuere non poſſet:vt hic.niſi ſibi ſpecialiter committeretur:
vt.l.contraria &c.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra minorem indefenſum, quando & quibus caſibus ualeat.*
2 *Sententia lata contra minorem, an ualeat, ſi tutor fuit in exordio litis, ſed non tempore ſententiæ.*
3 *Minor an tutor condemnetur, quando non defenditur?*
4 *Sententia lata contra minorem indefenſum in principio litis, & in fine ſic, quando ualeat.*
5 *Tutor uel curator, ſi a principio fuit in cauſa. poſteà in proceſſu non fuit citatus: ſed minor cum alio eius curatore: an ſententia ualeat.*
6 *Libellus in quo dicitur: dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt appello quòd ualet.*

CVm & minores.

Sñia lata aduerſus
minores indefenſos
eſt ipſo iure nulla:ſed ſi ſunt defenſi, eſt valida: ſed
poſſunt reſtitui.h.d.¶Opp.factum ab adulto non habente
curatorẽ eſt validũ:vt.l.ſi curatorem.s.de ĩ integrũ reſt.ergo
1 eodem modo ſententia.Glo.dicũt,† ꝙ illud eſt eſt verũ in cõ
tractibus:ſecus in iudicijs ſecũdũ oẽs:licet nulla leg.caueat.
vide gl.certè tex.in.l.acta.§.fi.ff.de re iud.videtur hoc mul-
tum benè concludere.¶Oppo.etiã,ꝙ ſententia lata contra
minorem veleat.ff.ex qui.cau.in poſ.eatur.l.apud . Iulianũ
§.fi.&.l.ſi minor.de bo.author.iudi.poſ.Sol.dicit gl.fallit ĩ
ſñia interlocutoria:vt ibi.hic loquitur in diffinitiua.Dicas ꝙ
verũ eſt in ſñia interlocutoria de mittẽdo,vel nõ mittẽdo in
poſſeſsionẽ:ſecus in alia interlocutoria,q̃ ꝓfertur parte pręſente:vt vidiſtis in.l.ſi pręſes.j.quõ & qñ iudex.Ite fallit in
ſñia diffinitiua,q̃ profert̃ in poſſeſsione momentanea:vt.l.j.

* ¶Pro cõcordia.
Aduerte,ꝙ reſti-
tuere poteſt ſolus
princeps aduer.
illum qui vice prĩ
cipis iudicauit.
ita Bart.& Bald⁹.
in hac.l.aduerſus
Barto.in.l.fin.C.
vbi & ap.quem.
contra vſdetur te
nere ĩ.l.iudex.ff.
de re iudi.hęc re-
fert.Panor.in cõ
ſil.lxxxviij.circa
fi.j.colũ. Tu dic.
vt ipſe ſenſit vbi-
q;.Aut reſtitutio
fit de directo,ad-
uerſus ſententiã
ipſam diffinitiuã
nõ poteſt:qa fun-
ctus eſt officio
ſuo.& ita videtur
clarè determina-
re Bartol.in.l.j.in
fine.ff.de quęſtio.
& iurib⁹ prælle.
Aut debet fieri re
ſtitutio circa ali-
quam interlocu-
toriã.& circa ap-
penditia.nõ circa
principalem. &
poterit delegatus
reſtituere.iſta fue
re de mente ipſi⁹
Bartoli.vbi.s.

a ¶Princeps. Ad-
de quòd Bald.ex
hoc infert,ꝙ ſtan-
te cõſtitutione le-
gati,quòd appel-
latio non intelli-
gatur deſerta.li-
cet apoſtoli non
fuerint petiti, &
legatus à Papa in
terra iuriſdictio-
nis ſuæ protule-
rit ſentẽtiã, à qua
fuit appellatum:
non temẽ fuerint
apoſtoli petiti,ꝙ
appellatio dicit̃
deſerta,quia con
ſtitutio inferioris
nõ obſtat delega-
to princis.

ſ.ſi p vim vel alio modo,&,l.j,ſi de momẽ.poſſeſ.fue.appel
2 ℭ Quærit gl.† quid ſi tutor vel curator fuit in exordio litis,
ſed nõ interfuit tpe ſententiæ,an ſententia valeat? videt̃ ꝙ nõ:
vt.l.ſi præſes.ſ.quomodo & qñ iud,Gl.determinat cõtrariũ
& dicit:qñ tutor q interfuit ab initio ex poſtfacto deſijt eſſe
morte:vel alio caſu:tũc ſententia lata aduerſus minorem eſt
nulla:vt,d.l.ſi præſes,Qñq; tutor adhuc durat,ſed adeſſe noluit:tũc
ſentẽtia valet:vt.l.quis.la.j.de adulte.Cõtrariũ videtur
dicere gl.in.d.l.ſi præſes.vbi dicit,ꝙ paria ſunt,tutorem
nõ eſſe,vel eſſe,& nolle aſsiſtere.Et dicas ſic:qñq; tutor eſt
& ſi qdẽ adſtitit in toto ꝓceſſu:noluit tñ adeſſe ſentẽtiæ:tũc
ſententia valet:vt in hac glo.ℭ Ad vnũ tñ aduerte,ꝙ gl.hic
3 dicit,† ꝙ cõdẽnatur minor intelligas,hoc eſt tutor cõtumax
pro minore:vel fortè etiã ipſe minor ſecundũ ea,quæ dixi in
l.j.ſ.de ſentẽ.Qñq; tutor noluit adeſſe in cauſæ ꝓceſſu:& tũc
ſentẽtia lata cõtra minorẽ nulla eſſet ipſo iure:ſicut qñ nõ haberet
tutorẽ:vt,d.l.ſi præſes,& ꝙ ibi no. Et ideo cõtra tutorẽ
nolentẽ venire ad proſequendũ cauſam,proditũ eſt remediũ,
ꝙ habuiſtis in.l.eum qui res.ſ.de procu. ℭ Ex prædictis
habes vnũ caſum,qñ minor fuit defenſus ab initio non
4 in fine:qd iuris ſit.ℭ Quæro † quid ſi minor nõ ſit defenſus
ab initio,licet in fine ſic? certè ſententia eſt nulla:qa legitimè
nõ fuit inchoata cũ ſua pſona. vt.l.momẽtaneæ.infra q
legi.perſo.& vide gl.& ſecũdũ hæc habes ſecundum caſum,
Tertio caſu qñ minor nõ fuit,defenſus.neq; ab initio,neq; in
proceſſu:iſte caſus eſt indubitabilis:vt hic.ℭ Iuxta prædi-
5 cta gl.quærit de qõne notabili, † qd ſi ab initio tutor fuit in
cauſa:poſteà in proceſſu nõ fuit nec fuit citatus:ſed fuit citatus
minor cũ alio eius curatore,fortè ad illã litem:an valebit
ſentẽtia? gloſſa vr̃ dicere,ꝙ ſic.vt.l.ſi minor.ff.de bon.authori.
iudic.poſsi.vbi minor habẽs curatorẽ põt venire cũ alio
defenſore.Doc.nõ examinãt iſtud plenè.Breuiter fateor,ꝙ ſi
tutor inchoauit inſtantiã,minor ipſe cũ alio legitimo admi-
niſtratore:poteſt proſequi:quia ipſe habet vtile ius inſtãtię:
ideo ſi ipſe citat9 voluit cõparêre,optimè potuit, & valebit
proceſſus.Sed ſi ipſe noluit cõparêre:ꝓceſſus factus contra
eũ nõ valet:qa nõ potuit ipſe inuitus citari ad illã inſtantiam
vt.l.ꝓcuratorib9.ſ.de procu.& ibi dixi vobis.Et ita cõſueuit
dicere do.Lãbertinus de rãponibus, quod intelligit̃ qñ
ab initio ſolus tutor inchoauit cauſam:ſecus ſi inchoauit pupillus
authoritate tutoris:qa tũc iſta glo.ꝓcederet ſimpliciter:
vt.l.j.§.ſufficit.de admin.tuto.ℭ Quæro vltimò qa fuit
facta mentio de ſententia nulla & ea,quæ reſcindit̃ per reſti-
6 tutionẽ:† qd ſi in libello dicat̃? dico ſententiã nullã,& ſi qua
eſt appellatio:an valeat? dico quòd ſic:vt.c.auditis extra de
reſtitutio.ĩ integ.dixi in.l.j.quãdo prouo.nõ eſt neceſſe.&c.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio aduerſus ſententiam latam contra adminiſtratorem minoris, quando detur minori.*
2 *Reſtitutio in integrum quando competat:ut habeat locum aliud remedium,puta appellatio.*
3 *Remedium extraordinarium,quando plenius per ipſum ſuccurritur,concurrit cum ordinario.*
4 *Minori,an currat tempus ad appellandum?*

In rem pupilli. a Clariſsima eſt.Breuiter
dicit eodẽ modo
reſtituit̃ minor aduerſus ſentẽtiã latam contra
eius adminiſtratorẽ,ſicut cõtra ſeipſum.h.d.Op.
1 de.l.ait ꝑtor.in prin.ff.de mino.vbi datur † reſtitutio de eo,
quod geſtũ eſt cũ minore:ſed hic nõ eſt geſtũ cum minore:ergo
&c.Reſpondeo.imò cum ipſo minore eſt geſtum,quando
geritur cum eius tutore vel curatore.& ꝓbatur in hac.l.fin.
Simile videbitis in.l.iij.§.ſi ꝓcurator.ff.quod quiſq; iuris.
Sed ſi dicis iſtud nõ eſt verũ ꝓpriè,ſed impropriè:vt.l.j.§.de
ieciſſe.ſ.de vi & vi arm.Ego reſpõdeo:ꝙ imò propriè gerit̃
cum minore:quia iſte eſt actus licitus:& ſic à tutore vel curatore
neceſſariò.In neceſſario videtur fieri rectè cum ipſo pupillo:
ſicut dicimus de eo qui percutit aliquẽ cũ pila vl̃ ſagitta:
quia verè ꝑcutit cum illa pila vel ſagitta neceſſariò agat.vt.l.
item Mela.in princ.&.§.j.ff.ad legem Aqui.Dixi alio anno
plenè in.l.ſed & ſi vnius.§.ſeruus.ff.de iniur.ℭ Opp.de.l.ſi
creditor.ſ.ſi tu.vel cura.interuene.Sol.aliud quando quis cõ
trahit cum tutore contemplatione ipſius;aliud quando contra
eum ſimpliciter datur ſententia:qa tunc ſententia mandaretur
executioni cõtra pupillũ:vt.l.iiij.in prin.&.§.j.ff.de re
iudi.&.l.Plauti9.ff.de ꝓcu.meritò hic minor reſtituit̃.ℭ Itẽ
2 oppo.† reſtitutio in integrũ nõ habet locũ vbi cõpetit aliud
auxilium:vt.l.in cauſæ.la.ij.ff.de mino.Sed ille,qui ſuccũbit:
habet remedium appellationis de iure cõmuni:ergo videtur
ꝙ de neceſsitate reſtitutionem nõ habeat.Dicũt quidã,quòd
hic loquitur,quãdo erãt elapſa tẽpora appellationis. Quod
an ſit verum,examinabitur incontinenti. Tamen quantũ ad
propoſitum gl.ſol.alio modo:qa reſtitutio tribuit plus quã
tribuat appellatio.Nam per appellatione quis habet neceſſe
adire maiorem iudicem:quod nõ habet neceſſe per reſtitutionem,
Pręterea per appellationem non poſset quis reſtitui
ad exceptionem dilatoriam:vt.l.ita demum.ſ.de procu.ſed
per reſtitutionẽ ſic:ut.l.minor.xxv.annis.omiſſam.ff.de minoribus.
ℭ Pretereà hoc probatur in.l.j.ſi ſæpius,in inte.re-
3 ſtitu.poſtu.ℭ Not.ergo † ex iſta glo.unam limitationem b bo-
b nam & notabilem,ꝙ illud ꝙ dicit̃;ꝙ extraordinariũ auxiliũ
non concurrit cum ordinario,eſt uerum, niſi extraordinariũ
ſit magis plenum.Tene menti totam iſtam gl.ℭ Ad illud autẽ,
quod dicitur ꝙ tempora appellationis non currũt minori
opp.ſ.in quib.cau.in inte.reſti. non eſt neceſ.l.fi.Dicũt qui-
4 dam,† fateor ꝙ hodie tẽpus appellãdi non currit minori per
illam legem. Alij dicunt contrarium,ꝙ fauore iudiciorũ iſta
tempora currant minori.Simile.ſ.de iudic.l.properãdum.§.
fina.habuiſtis no,in.l.ult.ſ.ſi tu.uel cura.interue.& in hoc reſidet
glo.ℭ Contra glo.uidet̃ tex.in.l.ſi pręſes.ſ.quomodo
& quando iud.Prætereà uidet̃ ratio.ideo enim in.l.prope.
in fi,currit tempus iuſtantiæ,quia parat modicũ præiudiciũ,
cum actio firma remaneat:ut no.in.d,l.ult.ſi tutor vel curat.
interue.ſed tp̃s appellatiõis non ſolũ aufert inſtantiã,ſed etiã
aufert.totã cauſam.ℭ Quid dicemus? breuiter poſſumus ſic
dicere:ſi minor non habet tutorem,tẽpora appellatiõis non
currunt:ut.d.l.ſi præſes.ſ.quomodo & qñ iud,ſicut non currunt
abſenti,nec ignoranti:qa iſta computantur à tẽpore ſcientiæ:
ut uidiſtis in.l.ab eo.ſ.quomodo & qñ iud.ſed ſi habet
defenſorem,& non appellat,ſeu non proſequit̃:tũc currunt
iſta tempora:ita loquitur iſta glo. Sed ſi dicas ꝙ per lapſum
iſtorum temporũ amittatur cauſa:concedo,tamen fauor iudicij
requirit ut iſta tempora labant̃:licet poſsit reſtitui:ut in
aut̃.de hære.& fal.§.pupillus. Contra hoc tamẽ facit gl.q̃ eſt
in.d.l.ſi præſes.quomodo & quãdo iud.Sed illã potes intelligere,
quòd contra minorẽ indefenſum,non poteſt ferri ſententia
iuridicè:ut dixi ſupra.l.proxi.ſed lapſus inſtãtiæ à iure
ſic.vide glo.tuam & nota,& eam perpetuò tene menti &c.

a ℭ In rem pupilli. No.quòd iſta lex fuit data in punctis domino Soere filio dñi Flo.& ex gl.per hoc no,quòd appellatione pendente põt peti in integrum reſtitutio,& tenuit Archi.lxxxvij.di.c.irreligioſum.& hoc etiã dicebat do.Flo.hic & alleg.iij.de appel.& facit:qa poterit peti ĩ prĩcipali cauſa.arg.l.ĩpera.§.poſtq̃.vt leg.no.cau.Andr, Barba,

POMATES.

b ℭ Limitationem. Vide Bar.& alios ſcribẽtes in.l.in ꝓuinciali.§.j.ff.de ope.no.nũ.& unũ verbum Ro.conſi.ccxx.colũ.iiij.in verſi,iij.

Si aduerſus uenditionem. *Rubrica.*

SI minor. Iuramẽtũ de nõ veniendo
cõtra reſtitutionem,
impedit eã poſtulare.h.d.ℭ Op,de.l.nõ
dubiũ in fi.ſ.de legi.Hui9 timore hæc lex
variat̃ duob9 modis:uno modo ſecũdum
Mar.q dicit,ꝙ hæc lex loquitur generaliter,
ſiue decretũ iudicis interuenerit,ſiue
non. Non obſt.lex cõtraria,quia loquitur in contractu perpetuò
prohibitiuo:ſed alienatio rei minoris in quibuſdã caſibus
reperitur permiſſa:ideo firmatur iuramento.ℭ Bulg.
fuit in contraria opi,quia.l.non dubium.loquitur quando
contractus eſt nullus ipſo iure:unde iuramẽto non firmatur;
& pars poteſt agere ex iure ſibi cõpetenti;nec habet hõc neceſſariò
impetrare à iudice:vnde iudex non eſt author periurij.
hæc lex loquitur quando contractus eſt validus:qa decretũ
interuenit:vnde habet neceſſe petere reſtitutione in integrũ,
ut poſsit agere,quam ſibi iudex denegat,ne poſsit reſtitui,
ne ſit author periurij,& ideo Bulg.dixit pelegãtia uerba,
vt hic habes in glo.Iſta opi.eſſet uera iure.C.tamen ſuperuenit
aut̃.ſacramẽta.quæ eſt noua conſtitutio imperatoris Federici,
& approbauit opi.Marti.ut etiam ſi ſuper contractu
inualido iuretur,nõ poſsit minor uenire cõtra,ſecũdũ opi.cõmunem,
licet quidam contra:ut dicemus ſuper dicta autheti.
ℭ Op.ſ.de tranſac.l.ſi ex falſis.Solu.ibi interuenit dolus aduerſarij.
ℭ Op.de.l.fi.ſ.de non nume.pecu.Sol.ibi iuramentum
habebat in ſe tacitam conditionem.hic non habetis alia.
Cetera dicemus in authenti.ſacramenta &c.

IN integrum. Minor reſtituitur aduerſus venditiones nociuas
ſibi,vel tutori factas,h.d.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentũ eſt triplex:& quãdo obligat:& de quo loquatur hæc authẽ.*
2 *Contractus quibus ex cauſis fiat inualidus:& de qua inualiditate loquatur hæc authenti.*
3 *Diſpoſitio iſtius authenti.habet locum in contractu inualido.*
4 *Authenti.hæc fuit facta tempore gloſſatorum.*
5 *Imperator Federicus approbat opi.Marti.*
6 *Sacramentum propriè eſt ſacræ rei ſignum:& hic ponitur pro iuramẽto.*
7 *Iuramentum,an præſtetur corporaliter.*

In illis caſibus

8 *Lex interpretans locum habet, in illis casibus in quibus habet locum lex interpretata,*
9 *Impubes proximus pubertati obligatur iuramento.*
10 *Iuramentum, an apponatur in ipso contractu, uel posteà quãdocunq; uel prius, nihil refert.*
11 *Significatio dictionis super.*
12 *Præsentia aduersarij, cũ iuratur extra cõtractũ nũ requirat?*
13 *Præsentia partis in dependentibus á sola uoluntate unius, nõ requiritur.*
14 *Iuramentum præstitum per minorem super contractu inualido alia ratione, quam minoris ætatis, an ualidet contractum.*
15 *Statuto, statuto, quòd nullus contrahat cum minore sub pœna, sine consensu consanguineorum: si minor contrahat & iuret, an poßit contrauenire?*
16 *Iuramentum præstitum per minorem: an impediat restitutionem in integrum?*
17 *Iuramentum interpositum super facto: extenditur ad omne ius, quod descendit ex illo facto.*
18 *Dispositio huius authen. an habeat locum etiam in contractibus, quibus ex una parte tantum oritur obligatio.*
19 *Dispositio huius authen. est fauorabilis & extenditur.*
20 *Dispositio huius leg. habet locum in distractu, & sic libe ratione.*
21 *Authẽ. hæc ubi iuratur generaliter non uenire contra aliquẽ contractum ab eo celebratum: an habeat locum authen.*
22 *Authen. hæc habet etiam locum in iudicijs.*
Item habet locum si minor uendit rem alienam. nu. seq.
Et ut habeat locum ista authẽ. sufficit, q ponantur uerba in cõtractu, quæ importent iurauit non retractare. nu. 24.
25 *Inuiolabiliter custodiri quomodo dicatur.*
26 *Authen. hæc an habeat locum quando minor est deceptus ultra dimidiam iusti pretij remißiuè.*
27 *Iuramentum interpositum per metum non obligatur.*

SAcramenta.[a] Ista est noua constitutio Federici: & habet multum altam & multũ
subtilem materiam. & ego tractaui de iuramento
plenissimè in. l. si quis pro eo. in princip. ff. de fide
ius. vbi tractaui de omnibus iuramẽtis: nisi de eo,
quod à minore præstatur. de quo hic dicam: quia
hæc est sua materia. Et primò loquitur de iuramento interposito sponte. Secundò de iuramentis interpositis vi. Secunda ibi: per vim autem. Iaco. Columbi. glossauit istam auẽ. & ponit multa
& infinita. Glo. breuiter ponit quædam substantialia. Dominus Rofred. commentauit istam constitutionem & ponit eam inter senatusconsulta.
& ibi dicit multa bona. Ego dicam vobis, quæ
sunt magis quotidiana & vtilia. ¶ Et vt intrem
glo. oppo. & videtur, quòd iuramentum non sit
obligatorium, nisi in liberto: vt. l. vt iurisiu. ff. de
ope. lib. & l. fi. de liber. cau. & l. si quis pro eo in
princip. de fideius. ¶ Huius timore debes scire,
1 † q triplex est iuramentum. Quoddam est, obligatorium, vt si aliquis vult se obligare iuramento, nullo alio præcedente, vel sequente cõtractu:
& tunc iuramentum nõ est obligatorium, nisi in
liberto: vt. l. non dubium. §. de legi. Quoddam est
iuramentum litis decisorium, quando iuratur super aliquo. de hoc loquitur tit. de iureiuran. ff. &
C. & de hoc nõ loquitur hæc auẽ. Quoddã est iuramentum confirmatorium alicuius contractus.
& de illo loquitur hæc auẽ. ¶ Item debetis scire,
2 † q cõtractus fit inualidus multis ex causis. Quãdoq; fauore publicæ vtilitatis: quandoq; quia cõ
tra bonos mores: quandoq; quia non seruatur solennitas: quandoq; quia lex sibi non assistit: &
multis alijs ex causis: vt habes insti. de inuti. stipu.
de omnibus istis non loquitur hæc auẽ. Quãdoq;
contractus est inualidus ratione minoris ætatis.
& de hoc tantum loquitur hæc auẽ. ¶ His præmissis iterum oppo. ad hanc auẽ. §. de leg. l. nõ dubium. Dicunt quidam, q hæc auẽ. corrigit illam
leg. Alij dicunt: & hanc opi. tenent omnes vltramonta. quòd ista auẽ. non corrigit leg. contrariã.
Nam hic loquitur quando interponitur sup con
tractu valido. Dicit enim super contractibus rerũ
suarum: lex contraria loquitur super contractu
inualido. ¶ Et secũdũ hoc ista auẽ. venit ad. l. C.
addendo: nõ corrigendo. Gloss. videtur dicere q
3 veniat corrigendo: † quòd si interuenerit sup contractu inualido, quòd illud confirmet. Et hanc tenent omnes, & cõsuetudo approbat: & ego credo
4 q sit verũ. † Nã ista auẽ. fuit facta tẽpore nostro-
5 rum glossatorũ: & audiui † quòd imperator Federicus ex certa scientia istas opin. approbauit
opi. Martim. Ista referũt doctores antiq. ¶ Venio ad quæstioes. dicitur hic, sacramenta. Quæro
quid est hoc dictum sacramenta? Respondeo debes dicere, quòd hoc vocabulum hic ponitur im
6 propriè: † quia sacramentũ, propriè est sacræ rei
signũ. de quo loquit̃ tit. extra de sacra. non reiteran. sed hic ponitur sacramentũ: hoc est iuramen-
7 tũ. ¶ Quæro circa istud † vtrum sit necesse, quòd
b sacramentũ præstet̃ corporaliter[b]? videtur quòd
non: quia auẽ. simpliciter loquitur. In contrariũ
8 videtur q sic: vt. l. j. huius tit. quæ hoc pbat. † Nã
in quibus casibus habet locum lex interpretata: in
his habet locum lex interpretãs: vt in auẽ. de filijs
ante dota. instru. natis. Pro hoc videt̃ text. in. l. si
alteri⁹. ĵ. si minor se ma. dixe. & hoc de iure ciuili
cõmuniter tenet̃. Ego credo q canonistæ teneant
aliter. ¶ Sequitur in text. puberũ. Quæro, quid
si iurauit pupillus seu impubes? gl. dicit q non
tenet. argu. l. qui iurasse. ff. de iureiurã. Docto. cõ-
9 muniter tenẽt, † quòd si impubes est maior ĩfante, pximus pubertati: ita q in eo cadat dilectum:
c tunc obligetur iuramento:[c] vt. l. impuberẽ. ff. de
fal. & de fur. l. impuberẽ. ¶ Sequitur in tex. spõte facta. Dicit spõte: ad differentiam eorũ, quæ interponunt̃ per vim, vt videbitis. ¶ Sequitur in
tex. sup. Quæro quãdo debeat interponi istud iu
10 rementũ? Respondet. gloss. siue in ipso contractu
11 siue posteà quãdocunq; siue prius. ¶ Not. † significationẽ istius dictionis super, quod nõ requirit̃
12 q in ipso cõtractu fiat. ¶ Sed quæro † an quando iuratur extra contractũ requiratur præsentia
aduersarij. videtur quòd sic: vt. l. certũ. §. si quis,
ff. de cõfess. & de iureiurã. l. iij. in prin. & hoc mul
13 ti tenẽt. Contrariũ puto: † nam in actibus: qui dependẽt ex sola volũtate vnius, nõ requiritur partis præsentia, vt in ratihabitione. vt. l. Põponiusr
scribit, De nego. gestis. Item in aditione hæreditatis, quæ solo animo aditur: sed iuramentum de
quo hic loquitur, est solũ confirmatoriũ: & tamẽ
sicut ratihabitio põt fieri parte absente: ita istud
iuramentum. ¶ Sequitur in text. contractibus.
Quæro an hæc auẽ. loquatur in cõtractibus inualidis, vel validis? de hoc sunt opini. inter docto. &
cõmuniter tenetur, quòd hæc auẽ. loquatur tã de b
contractibus validis, quã de inualidis: vt. §. dixi.
¶ Tamen ad vnum est aduertendum: quòd hæc
auẽ. solum loquitur quãdo contractus est inualidus ratione ætatis. Nã iuramentum facit eũ vide
14 ri maiorẽ, p istã auẽ. † Si ergo alia ratione contractus esset inualidus, iuramentũ pręstitum à minore simpliciter, non validaret istum contractũ: nisi
vltra adijceret, quia iuraret non venire contra ratione ætatis minoris, vel alia quacunq;. Nam ex
eo, quòd iurat non venire contra, ratione minoris
ætatis, habet̃ pro maiore, ex eo quod subdit: vel
alia quacũq;: habetur perinde ac si maior iuraret.
Vnde in casibus, quibus iuramentum maioris cõ c
firmaret contractum: & hic confirmabitur. In casibus, quibus iuramentum maioris non confirma
ret: nec hic confirmabitur. ¶ Et ideo pono. q. de
15 facto: † Per multas ciuitates. Italiæ sunt statuta,
quæ dicunt, quòd nullus audeat contrahere cum
minore sine præsentia consanguineorum, & sub
certa pœna: minor contrahit & iurat non contra
uenire ratione minoris ætatis, vel alia: vtrum possit venire contra? Aduocati communiter dicerẽt,
quòd non: quia istud statutum non potest facere, quòd minor veniat contra iuramentum suum
Non enim hoc potest facere imperator. ideo. l.
nõ dubium. §. de legi. corrigitur, per. c. cum cõtingat. extra de iureiur. ¶ Ego dico contra. Nã ista
auẽ. & c. cũ contingat. loquuntur quando contra-

a ¶ Sacramenta. Adde consi. Ioan. de Imo. lxviij. pro gl. vide hic Io. de Imo. in cõsi. cxxj. vide Bar. in cõsil. incipien. Bart. de a Tuderto. vbi distinguit, an iuramẽtũ sit de pterito. vt. no. ĩ ista authẽti. an de futuro. & vide Bar. in cõsi. clxiij. incip. quo, dicit statutũ. vbi omnino vide q alle. c. ij. de ma. & obediẽ. & loquitur etiã de cõtractu simulato. vide Bar. in cõsi. clxxvij. incipi. pdicto pũcto, vide Lud. ro. in cõsi. xij. ĩci. viso facto pposito. Andr. Barba. ¶ Et adde tu, an hæc auẽ. habeat locum in donatiõe? Adde et vide. Frã. de Are. in. c. ĩ præsentia. col. ij. de pba. & Moder. repeti. hic charta. ij. co. iiij.

POMATES.

a ¶ Sacramenta. Limita istum tex. quòd iuramentũ non confirmat cõtractum: vbi ĩ eo argueretur dol⁹. ita Anch. in cõsil. suo. clxxvj. inci. in supradicta contentione. & in cõ. lxxxviij. & in cõ. cccxl. & ad auẽ. vide Bart. in consil. xcix. & Ioan. de Imo. cõ. j. col. ij. & cõsi. clvj. & Alex. xlij. colũ. ij. & se. vol. j. & Ancha. in c. canonũ statuta. col. xlj. de cõsti. & consi. xxxviij. & Are. lxxiiij. volu. iij. & Alexã. liij. vo. iij. vbi põit. an ista auẽ. haberet locũ, vbi interuenit enormis lęsio: & an ĩ cõtractu donationis, authoritas curatoris: & alię solẽnitates reqsitæ à iure cõi etiã municipali. & ibi in. v. col. an peti posset absolutio à tali iuram. et. xxj. ĩ fi. vo. v. vbi põit quid si iuramẽtũ esset præstitum à tutore pupilli: vł alio administratore. & Ro. omnino ccccxxxvij. vbi ponit remissiões. & Soz. lxv. co. viij vbi ponit: an habeat locum in Iudęo Et limita istã auẽ. vt non procedat ĩ prodigo iurante super cõtractu, etiã cum authoritate tutoris: vt p Alex. post alios reprehendentem Bar. volẽtem contrarium in. l. j. in fi. ff. de cura. furi. & in. l. is cui bonis. ff. de ver. obl. idem tenet Bald. sibi contrarius in c. j. in. §. item sacramenta. in vlti. ver. in ti. de pace iura. firmã.

b ¶ Corporaliter. Adde, quòd hoc fallit ĩ episcopis, qui nõ tenetur tãgere euãgelia: vt decidit Rota. decisione. ccccix. de iureiur. in antiqs. qq ibi referat, q Papa Grego. xj. aliud volebat de episcopis, q erant in curia Romana.

c ¶ Iuramentum. Adde, quòd hoc sequit̃. Abb. cõsil xxxix. lib. j. & dicit pbari ĩ. c. literis in tex. & gl. extra de spon. iũcto c. j. de deli. puero. de quo. vide etiã Calde. consi. viij. & ibi quando qs teneatur ad obseruantiam iuramẽti. per domi. Car. consi. xcij.

vide Pal[illegible] 3° tomo. cap. § 7° [illegible]

ctus eſt prohibitus fauore iurãtis, meritò iurãdo
tollitur eius fauor. Nõ enim prohibeť aliqs eme-
re à minore: nec minor ꝓhibeť vendere à lege: ſed
dicit, quòd nõ valeat, ſi facit. vnde Lex nõ aſſiſtit
huic venditioni: nec prohibet perſonã cõtrahere:
ſed ſi quis facit contra præceptũ leg. peccat mor
taliter: vt extra de maiori. & obediẽti. capitulo ſe
cũdo, q non obedierit Principi morte morieť. Et
alibi dicit Paul. ad Ro. x iij. Omnis anima ſubdita
ſit Principi. & .j. ſequitur. Et qui voluntati eius
reſiſtit, volũtati dei reſiſtit, & damnationẽ ſibi ac
quirit. Cũ ergo ſuperior populus, vel princeps
hoc p̃cipiat, ſi quis facit cõtra legẽ, peccat morta
liter. ſed iuramẽtum interpoſitum ſuper peccato
mortali, non eſt obligatorium: vt in. c. ij. extra de
pec. lib. vj. & eo. lib. de reg. iur. c. nõ eſt obligato-
riũ. Ergo manifeſtè concluditur, ꝙ tale iuramẽtũ
nõ obligat. & ideo verba ſtatuti ſunt diligẽter in
ſpiciẽda: vtrum prohibeãt perſonam contrahe-
re, vel prohibeãt cõtractum valere. quod tene mẽ
ti.[a] ¶ Quæro, vtrum[b] per tale iuramentum ſim-
b pliciter præſtitũ impediatur minor† petere reſti
16 tutionẽ in integrum? reperitur quòd Dyn. con-
ſuluit, quòd nõ prohibetur petere reſtitutionem
& do. Cy. hoc refert in. l. ij. j. de reſcinden. vendi.
ratio hæc eſt ſecundum eum: qa nemo videtur re
nunciare ei, de quo nõ cogitauit: vt. l. mater. ff. de
inof. teſta. ſed minor non cogitabat ſibi cõpetere
reſtitutionem: ergo ei non videtur renunciare. &
iuramentũ non porrigitur ad aliud, de quo nõ eſt
cogitatũ: vt. l. fi. ff. qui ſatiſda. cog. & l. fi. in prĩ. ad
mace. j. de nõ nume. pecu. s. de trãſac. l. ſi ex falſis.
eſt ergo neceſſe ſecũdum quod dixi, quòd certifi
cetur de beneficio reſtitutionis, quale ſit. quicqd
dixerit, cõmuniter ſeruatur cõtrarium. Ego cõſu
c lui cõtrarium.[c] Nam ſufficit quem eſſe certũ iura
17 re ſuper facto: tũc † enim illud iuramentũ exten
d detur[d] ad omne ius, quod deſcendit ex illo facto:
vt. l. ſi duo. §. ſi qs iurauerit. ff. de iureiur. & ẽ tex.
s. eo. l. j. ſi benè intelligatur. ¶ Quæro, vtrũ hæc
18 authẽti. habeat locum in † contractibus quibus
ex vna tantum parte oritur obligatio. Quidã ꝙ
non: gloſſa quòd ſic: vt habes in gloſſ. quia prædi
cti cõtractus appellãtur: vt. l. ſi donationis. ſupra
quod metus cauſa. & l. ſi qs. de præſcriptio. xxx.
anno. Plus dicit Roff. quòd ſi iuret ſuper aliquo,
turpi cõtractu, ſiue ſup actione perſonali, ſiue rea
li, ſuper quacũq; obligatione: iſta authẽti. habet
locũ: & ſic olim nomen contractus latiſsimè acci
piebatur. ſicut in. l. contractus, de fide inſtru. de iu
di. l. omnem obligationẽ. ¶ Pro eius declaratio
19 ne habemus videre vtrũ iſta authen. † ſit fauora
bilis, vel odioſa: quia aufert minoribus beneficiũ
ſuum: & hoc eſt verum reſpectu rerũ corporaliũ,
ſed nõ reſpectu animæ. quæ præferẽda eſt cũctis
reb⁹: vt ſupra de ſacro ſanc. eccleſi. l. ſancimus, qa
e dicitur fauorabilis.[e] Fauet enim, ne quis in periu
rium incidat. ſi fauorabilis: ergo extende, vt. l. cũ
quidã. ff. de liberis & poſth. & ſic omnes p̃dictos
cõtractus comprehendet. ¶ Quæro, quid ſi iu-
20 ramẽtum interponatur † ſuper diſtractu. i. ſuper
aliqua quietatione? glo. in. l. quòd ergo §.. primo.
ff. de cõtraria vel vtili ac. tu. dicit idem, quòd iura
21 mento firmatur. ¶ Qræro, quid ſi † iuratur ge-
neraliter, non venire contra aliquem contractum
celebratum ab eo glo. argu. hic pro & contra. Cer
tè iſta opi. reſidet in eo. quod dixi. s. an tempore
iuramẽti requiratur præſentia aduerſarij: vel nõ:
& tenuit quòd nõ requiritur. Eadẽ ratione videť
quòd tale iuramentum generaliter præſtitum de
beat valere: etiam & in oĩbus contractibus præ-
22 iudicare. ¶ Quæro, quid in iudicijs† vtrũ poſsit
minor intereſſe cum iuramẽto. In gloſſa ſunt opi
nio. breuiter puto, quòd ſic, & ſic communiter te
netur: quia in iudicijs quaſi cõtrahitur: vt. l. iij. §.
idem ſcribit. ff. de pecu. In contrarium fa. quia iu
dicium redditur in inuitũ: vt. l. inter ſtipulantẽ. §.
j. de verbo. obligationi. & auť. iſta loquitur, quã- e
do iuramentũ præſtatur ſpõte. breuiter dic, licet
iudicium reddať in inuitum: tamẽ iuramẽtũ non
fuit exactũ ab inuito: meritò habet locũ iſta auť.
¶ Sequiť in tex. rerum ſuarũ, quid ſi minor vẽdi
23 dit rem alienam? † Roff. examinat hic iſtud multũ
bene, & dicit, quòd hęc verba meũ tuũ ſuũ & al-
terius: requirant etiã ad aliquem, rem iure domi-
nij pertinere, vel quaſi vel alio iure: ut. l. ij. de con
di. inſti, & l. ij. ff. de reli. Tamẽ hoc debet intelligi
ſuper cõtractibus rerum ſuarũ. hoc eſt, ſuper cõ-
tractibus obligationum ſuarum: vnde licet res ſit
aliena, ſi tamẽ obligatio eſt ſua: habet locum iſta
auť. ¶ Sequiť in text. non retractandis. Quæro,
utrũ de neceſsitate debeat poni in inſtrumẽto il-
24 lud verbũ, quòd iurauit nõ retractare. Rof. † dicit
quòd nõ: quia ſufficit, quòd ponatur uerbũ equi
pollens: ut quia ꝓmittit prædicta ſeruare, uel cõ-
tra p̃dicta nõ uenire: ut uidiſti ĩ. l. j. s. e. Facit quod
dicimus in re iud. ut. j. de ſentẽ. l. preſes. & ff. de re
iudic. in. l. in ſumma. ¶ Sequitur ĩ textu: inuiola
25 biliter cuſtodianť. ¶ Quæro, quomodo† cuſto-
dienť? dicit gl. ex tali cõtractu dabiť actio, & exce
ptio: ut. l. ſtatuas. de acq. re. do. Quod tene menti,
quòd vbicũq; lex p̃cipit aliquid ex quolibet ei⁹
ſtatuto, dať actio & exceptio. ¶ Quærit gl. quæ
actio datur. gl. dicit & bene: & dic vt in ea habes.
26 ¶ Quærit glo. quid † ſi minor eſt exceptus vltra
dimidiã iuſti pretij? an habebit beneficium. l. ij. de
reſcin. uẽdi. Gl. tãgit hoc plenius in. l. ij. de reſcin.
uenditio. & ibi dicam. ¶ Sequiť in text. per vim
27 aũt &c. Ex iſto fine no. † ꝙ iuramẽtũ interpoſitũ[f]
f per metũ non obligat: nec requirit exceptionẽ:
licet aliâs detur actio, quod metus cauſa &c.

Si aduerſus uendi. pignorum. Rubrica.

ETiam. Aduerſus pign⁹ prętorium, quod incipit à minore, ſi uendať minor reſtituiť, ſi graue dãnũ interceſsit, uel fraudis cõſiliũ. h. d. ¶ Op. j. l. ꝓxi. So. ut ibi dicam incõtinẽti &c.

REm quam. Si pignus quod incepit à maiore vẽdatur, minor nullo modo reſtituiť: ſed contra venditorem, uel eius admi-ſtratorẽ, ſibi ſuccurritur. h. d. ¶ Op. de. l. s. l. proxi. dicunt quidam, quòd hic creditor diſtraxit patre uiuẽte ibi eo mortuo. hoc reprobatur p finẽ, ubi agiť cõtra tutores. Alij dicũt, ꝙ hæc lex determinatur per præcedentẽ, quòd non cõpetit reſtitutio, niſi ſit enorme damnũ, uel fraudis conſiliũ: ut ſupra, l. proxi. &, l. ij. j. de p̃di. mi. Sed iſtud videť cõtra hãc leg. ibi: nõ bona fide &c. unde volẽtes ſuſtinere, dicunt: ꝙ hic fraus nõ fuit participata cum emptore: & iſtam opi. tenuit Bul. Alij, vt Ioã. dicunt quòd requiritur utrunq; copulatiuè, ſcilicet enorme damnum, & fraudis conſiliũ. Tertij dicũt, & iſtud dicit Azo, quòd nullo modo reſtituitur minor, qñ pignus cœpit à maiore. & lex proxi. loquitur quãdo cœpit à minore. Iſta opi. plus placet: ſed quia non eſt perfecta: ideo aduerte: quãdo pignus cœpit à minore: ſi quidẽ fuit pignus prætoriũ, minor reſtituiť, ſi interuenit fraudis conſiliũ, uel enorme dãnũ. ꝓ paruo enim dãno non reſtituiť: ut. s. l. ꝓxi. & de prædi. mi. l. ij. & de mino. l. ſi ex cauſa, in princ. Si uerò cœpit à minore pignus cõuentionale: & tũc minor reſtituiť, ꝓ paruo dãno, nõ ꝓ minimo: ut. l. ſeio. ff. de ĩ inte. reſti. Si uerò cœpit à maiore, hic aduerte ſiquidẽ venditio

a ¶ Tenemẽti. Adde, ꝙ Pau. de caſt. dicit, ꝙ cõſideratiões, Bar. nõ ſunt bonæ, & ſe pluries cõſuluiſſe cõtra opi. Bar. de quo p ipſum cõſ. ccv. & cxlj. p. d. car. cõſi. xxxv. & cõſi. xxxvij. & cõſi. xlvj. & cõſ. cxj. p Bal. cõſ. lxxix. & ccxxix. & ccclxix. j. li. & cõ. cxlix. ij. li. & cõ. clxxxiij. iij. li. & cõſ. lxiiij. iiij. li. Pe. de anc. cõ. ccclxxxiij. Abb. cõ. xj. & alle. xxxix. j. li. & cõ. vij. ij. li. Ro. cõ. xij & melius conſil. ccccxxxvij. Fed. de ſenis cõſ. cclxxij. Ange. cõſi. clx. And. ſic. cõſi. liiij. li. ij. Alex. cõ. xxvij. j. lib. & ccxxix. ij. volu.

POMATES.

b ¶ Quæro vtrum Habes tñ limitare iſtã auť. ex dictis doct. ĩ. l. is cui bonis. ff. de ver. obl. dũ reprehendũt Bar. q volebat. in l. j. ĩ fi. de cura. furi. & in. d. l. is cui bonis. p. d. Alex. ꝙ illud, ꝙ diciť. ꝙ ꝓdigus iurãs ſup cõtractu, nõ teneť ad eũ obſeruãdũ nõ ꝓcederet quoties iuraſſet authore curatore. Oppoſitũ vltra doc. in ſupiori loco tenuit ipſemet. Bal. ſibi cõtrari⁹ in. c. ex pte extra de cõſu. vt nõ habeat locũ quoties daretur curator minori propter malos mores: qa tũc dato milies ꝙ iuraret ſup cõtractu curatore authore, tñ nõ teneret ad ei⁹ obſeruãtiã, & tenuit hoc expreſſè Bal. ĩ. c. j. §. itẽ ſacramẽta, ĩ vl. verbis ĩ ti. de pa. iur. fir. ex quo ẽt põt colligi, & fuit cõſyderatio Torti. ĩ d. l. is cui bonis. ꝙ talis minor, cui eſſet dat⁹ curator. ꝓpter malos mores, nõ poſſet teſtari. iuxta. §. itẽ ꝓdig⁹, qb⁹ nõ eſt pmiſ. fac. teſt. inſtituta. & l. is cui bonis. ff. de teſta.

POMATES.

c ¶ Conſului contrariũ. Et ego conſului contrarium. Adde ꝙ eſt ĩ cõſi. lxxvij. & vide Barto. cõſi. lij. col. x. vo. ij. Ant. de Bu. cõſ. xlvj. & Alex. cxxv. col. v. ad fi. volu. j. & cxxvij. vol. ij. et. liiij. ad fi. vol. iij. & Bar. xvj. vol. iij. Vide etiã Bal. ĩ. c. ex reſcripto. col. j. de iureiur. & in. c. peruenit. primo. e. ti. de pac. iura. fir. §. item ſacramenta. in fi. & Paul. de caſt. conſi. lxx. & Alex. lxxx. col. fi. volu. v.

d ¶ Extendetur. Adde, quod Bal. cõſi. cxxxiij. lib. iij. intelligit hoc verũ, quando in aliqua parte inſtrumenti, eſt facta mẽtio ætatis, de quo etiã vide eius conſi. xl. v. lib. & conſi. iiij. & xlvij. iij. lib. Ioã. And. in addi. ad Spec. in tit. de renun. §. j. verſic. cui autem.

POMATES.

e ¶ Fauorabilis. Et per hoc, quòd in his, quæ tendũt in fauorem animę licita ſit fieri extẽſio. uide Barba. conſi. lvj. col. xij. vol. ij. & Ro. cõſi. cclxxxv. ĩ fi. imo. cõſi. j. co. iij. & cõſi. cxxiij. col. iij. & ꝙ tẽdẽtia in fauorẽ animæ, debeãt extendi. Facit gl. in. l. omnes dies. in uerbo apoſtolicè. j. de ferijs. & no. plenè p Alex. in cõſi. lx. in. iij. colũ. ĩ. ij. vo. & de gl. in. d. l. omnes dies mei. & Gemi. in. c. j. de tẽpo. ordi. in vj. uide etiã Alex. cõſil. lxiij. ĩ. ij. col. vo. iiij. & cõ. xcix. in. ij. col. e. vo. Fel. in. c. tranſlato. de conſi. col. vj. ad fi. & ĩ. c. iurauit. col. ij. de prob. & ĩ. c. in preſentia. colũ. xv. e. ti. & in. c. fi. col. j. de p̃ſcrip. & Bar. cõſi. lxiiij. co. xij. vo. j. Ad hęc ẽt uide gl. ibi & Pan. & quod ibi addi. in. c. referente. ad fi. de pre. & Alex. cõſi. clxxxiiij. uo. ij. col. ix. & Barb. lix. col. xij. uol. ij. & Ro. cclxxxv. ĩ fine. & Imo. cõſ. j. colũ. iij. & cxxiij. colũ. iij. & Alexã. xlij. in fi. uolu. j. & lxxxv. eo. uol. & cxxv. colũ. vj. & Are. xlix. col. iij.

POMATES.

f ¶ Interpoſitum. Et idem crederẽ ſi eſſet ĩterpoſitũ per dolũ, per textum in. c. q̃uis. de pactis ĩ. vj. et per ea, q̃ ponit Alex. cõſi. liij. col. v. uol. iij. ubi ponit, de quo dolo debet intelligi, ſcilicet rẽ ipſa, an ex propoſito.

vēditio fit ex pacto habito cum defuncto, nullo geſto cum minore, minor non reſtituitur: vt hic, & .l. ęmilius. ff. de mino. & l. apud Iul. §. j. ff. qui ex cau. in po. ea. Ratio: quia verba edicti dicunt, de eo ꝙ cum minore geſtum erat, ſed hic nihil eſt geſtum cum minore. ergo, &c. Si verò eſt aliquid geſtum cum minore: aut quia interpellaui eum, & ex mora eius ſum conſecutus ptātē vendēdi à lege: vel aliquid aliud feci in alia materia; tunc ipſe poſſet impetrare reſti. in integ. quia cum eo eſt geſtum aliquid: vt. l. cum filius. §. in hac. ff. de ver. ob. ¶ Iſtam diſtinctionem tangit gl. in. l. ſi cum militaribus. j. de reſti. mili. prædicta vera, quando minor non reſtituitur ex edicto de minoribus. ſed ſi vellet reſtitui ex edicto ex qui. cau. ma. ex clauſula, ſi qua mihi cauſa iuſta videbitur. dicens ſe ignoraſſe contractum. patris ſui, & propter eius ignorantiam eſt deceptus: & ideo petit reſtitui: ꝙ poteſt. Ita tenet glo. in. d. l. cum filius. §. in hac. de ver. obli. ita dicit Dy. in. c. ſi is, qui in ius. de reg. iu. lib. vj. ꝙ hęres emphyteutæ eius, qui non ſoluit canonem, per biennium reſtituitur ex iuſta cauſa: ita hæres patris, qui non reſoluit pignus ignoranter, reſtituitur, &c.

Si aduerſus dona. *Rubrica.*

SI quæ. Moderata nuptialis donatio: per reſtitutionem non reſcinditur hoc dicit. Iſtam legem intellige, ꝙ donatio fuit facta de rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt: nam aliâs requiritur decretum iudicis: vt valeat donatio: vt. j. de præd. l. ſi prædia: &c.

SI in te. Si conſenſus ipſo iure non præiudicat, reſtitutio non eſt neceſſaria: & aliâs debet reſtitutio poſtulari hoc dicit.

Si aduerſus libertatem. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio, quando detur aduerſus datam libertatem.*
2 *Conſultor aſſumptus in cauſa, ſi conſuluit aliquem condemnandum, an iudex qui pronunciauit ſecundum naturam conſilij uideatur cōdemnaſſe?*
3 *Iudex, qui cognoſcit ſuper cauſa reſtitutionis aduerſus ſententiā, nō iudicat ſuper prima cauſa, ſed ſolū ſententiā reſcindit: ſecus in appellatione.*

SI poſt. Aduerſus libertatem datā, nō datur reſtitutio: ſed aduerſus dandam ſic hoc dicit quaſi totus titulus.
1 ¶ Opp. † de. l. penul. ff. de reſcin. ven. vbi ipſo iure libertatis non competit, niſi ſit impleta conditio. ¶ Ad idē opponit̃ de l. ſi quis ſub cōditione. ſi quis omiſſa cau. teſta. Sol. dicunt quidam, ꝙ hic fuit expreſſum in ſnīa, ne impleretur conditio. Vel dic, ꝙ cū à parte minoris, hòc opponeretur. Iſta talis exceptio fuit tacitè reprobata. Simile in. l. qđ
a in diē. §. ſi rationē. de compe.[a] & ff. de ori. iu. l. j. Sunt ſatis bonæ iſtæ ſolutio. vel dic, ꝙ contraria loquuntur de conditione, quæ tacitè ineſt ex diſpoſitione legis hìc de ea, quæ venit ex diſpoſitione hominis. ¶ Oppo. j. eodē. l. fin. Glo. ſoluit notabiliter. hìc pronūciauit liberandum in. l. fi. pronunciauit liberum, & vide iſtam gl. & no. ad ea, quę dicam tibi. ¶ Facit ad
b queſtionem.[b] Conſultor aſſumptus in cauſa, conſuluit aliquē
2 condemnandum: † iudex condemnauit ſecundum formam cō
c ſilij: an videatur condemnaſſe reū certè non.[c] Aliud enim eſt ꝓnunciare cōdemnandū: aliud condemnare, ſicut videtis hîc. ¶ Not. ex hac leg, illud, ꝙ dicit tex. litem reſtaurari. &c. ꝙ iu-
3 dex, † qui cognoſcit ſup cā reſtitutionis, quæ impetrat̃ aduer ſus ſnīam, nō iudicat aliqđ ſup prima cā: ſed ſolū reſcindit ſentētiam, & reducit partē ad primā inſtantiā, ibi litē reſtaurari. &c. dixi. s. ſi aduer. rem iud. l. j. ſecus in iudice appellationis: vt j. de ap. l. eos. Rō eſt: qa appellatio ſtatim cū interponit̃ iudicatū extinguit: vt. l. j, in fi. j. ad Turpi. vñ iudex appellationis nō habet primā ſnīam irritare, ſed ſolū ſup meritis primæ cauſæ ꝓnūciare. ꝙ facit ꝓnunciando ſnīam iuſtā: vel iniuſtā: vt. d. l. eos. Poſſet etiā dicere: cōdēno: vel abſoluo: vt ibi dixi: &c.

ET ſi minor. Etiam ſi minor ſit dolo deceptus aduerſus libertatem non reſtituitur: ſed ei contra dolum ſuccurritur. hoc dicit in ſumma.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, qui cognoſcit ciuiliter, ſi reperit crimen, an poterit punire.*

QVos retrahi. De nulitate libertatis, pōt quæri non per in integrū reſtitutionem reſcindit: & dolus tutoris poteſt ciuiliter & criminalit̃ puniri. h. dicit. ¶ Ex iſto text.
1 dicūt † quidam, ꝙ iudex, qui cognoſcit ciuiliter, & reperit crimen pōt punire criminaliter: tamen hìc non apparet vtrum eodem iudicio, vel diuerſo. Facit ad hoc. j. de cōdi. ob tur. cau. l. ꝙ euitandi. ff. de cal. l. pe. de fur. l. interdū. §. qui furem. ff. fi. regun. l. iiij. §. ſi dicantur. de pub. iud. l. defuncto. & ibi plenè dixi. ¶ Quæro, de quo liberto loquitur hic. Quidam dicunt de eo, qui fuit manumiſſus. ſed certè de illo loquitur lèx præcedēs hìc loquitur de alio liberto, qui erat curator & paſſus eſt ſeruum manumitti. &c.

SVMMARIVM.

1 *Appellari poſſe in cauſa liberali.*

IN iudicio. Aduerſus ſententiā, qua quis a
ꝓnunciatur liber, non datur reſtitutio: licet concedatur appellatio. h. d. ¶ Op.
1 s. e. l. j. ſol. vt ibi dixi. ¶ No. hic, † ꝙ in cauſa liberali poteſt appellari. facit. ff. de appel. l. illud. la. ij.

Si aduerſus tranſactionem. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Aduerſarius minoris reſtituti, etiam ipſe reſtituitur ad id, ad q̧ læſus eſt ex contractu minoris.*
2 *Tranſactio facta per minorē, ſine iudicis decreto, quando ei præiudicet?*
3 *Reſtores eccleſiarum non poſſunt tranſigere, nec alienare, ſine iudicis decreto & ſolennitate.*
4 *Actio iudicatur mobilis, uel immobilis, ſecūdū naturā rei, quæ in ea deducit̃.* b
5 *Si cōcedo tibi bona mea mobilia, uel immobilia: iura & actiones nō ueniunt.*

CVm in integrum. Reſtituto minore, videtur reſtitutus aduerſarius, quatenus ex contractu erat lęſus, hoc dicit. ¶ Opponitur de. l. cum minor. ff. de minor. glo. ſoluit vno
1 modo. ¶ Tu dic breuiter. † quòd aduerſariꝰ c
non reſtituitur, niſi ad actionem illam, in qua læſus erat per illum actum, contra quem petita eſt reſtitutio. ſecus ſi illam actionem aliâs amiſerat. vt in contrario. ¶ Opponitur ſecundò & videtur quòd ipſo iure tranſactio non prǫiudicet minori: vt j. de prędi, mino. per to. & l. ſi pupillorum. in principio. ff. de
2 reb. eorum. Glo. † tua valde not. dicit diſtingue, quid veniebat in actione, ſuper qua tranſactum eſt, ſi quidem erat res, q̄ fer- d
uando ſeruari non poterat: & ſic poterat alienari ſine decreto valet tranſactio ſine decreto. Et ita poteſt loqui. hìc aliâs requireretur decretum iudicis, nec aliter valet vt in contrario. &
3 idem in adulto, & vide gloſ. tuam not. ¶ No. benè hanc † gloſ. contra fraudes, quæ fiunt tota die per rectores eccleſiarū, qui non poſſunt alienare ſine decreto, & ſine ſolennitate. de qua dixi vobis in aut. hoc ius porrectum. s. de ſacroſan. eccle. Cer e
tè nec tranſigere poſſunt, vt hic manifeſtè vides. Contra hoc opp. ff. de rebus eorū. l. iij. §. idemq̧ erit. Solu, aliud in ſnīa dif-
d finitiua: vt ibi, aliud in tranſactione: vt hic. ¶ Vltimo not.[d] ex
4 iſta gloſſ. quod actio iudicatur mobilis, vel † immobilis ſecundum qualitatem rei, quæ in actione deducitur: vt hic vides. Similes habe. s. de ſacroſan. ecc. l. iubemus. §. ſanè. & in aut. de nō alienā. §. quia verò. Facit quod no. in. l. mouentium. ff. de ver. ſign. Veritas eſt iſta, ꝙ propriè actio non eſt mobilis, vel īmobilis: ſed eſt tertiū genꝰ per ſe: vt. l. à diuo pio. §. ſi in venditione. ff. de re iu. & l. quam Tuberonis. §. fi. de peculio. Sed quādo debemus actionem aſsimilare alicui, tunc procedit iſta gl. quia actio aſsimilatur ſecundum naturam eius, ꝙ in eo cōtine
5 tur. ¶ Et per hoc dicunt † doct. ꝙ ſi ego concederem tibi bona mea mobilia, & immobilia: ꝙ iura & actiones non veniunt: qa
e eſt tertiū genus,[e] per ſe. Nec eſt neceſſe hic, ꝙ alicui extremorū aſſimiletur: quia poteſt eſſe per ſe. & Spec. iſtud tenet in Spe. in tit. de fruc. & intereſſe. & neſcio in. quo. §. vel verſi.

SVMMARIVM.

1 *Actio, quæ reſtituitur aduerſario minoris reſtituti, dicitur utilis, & non directa*
2 *Actio, quæ tribuitur aduerſario minoris, an reſtituatur ipſo iure, uel per officium iudicis.*

SI ex perſona. Reſtituto minore reſtituitur aduerſarius: vt habeat replicationem, ſi actio prima durabat: aliâs ad actionem. hoc dicit. ¶ Op. de. l. ꝙ ſi minor. §. reſtitutio. ff. e. Solu. hìc loquitur, quando aduerſarius minoris remiſit actionem, quæ debet reſtitui: quia ipſa remiſsione minor factus eſt locupletior: ibi quādo aduerſarius minor dedit aliqđ

a ☞ De cōpen. Aduerte ꝙ. l. j. de origi. iu. non facit. credo potius Bar. voluiſſe adducere. l. cū prīcipalis. ff. de reg. iur. vel ꝙ hæc allegatio ſit ſuperflua, & abradenda Meliꝰ puto, ꝙ debeat adduci. l. ſi āt §. fi. ff. de nego. ge. quæ optimè facit Alexan. Loſæus.
b ¶ Facit ad. q. Vide Io. An. in. c. cōſtitutꝰ. de reli. do. do. Ant. ī. c. cū venerabil. e. li. c. trāſmiſſa. de ele. And. Barba.
c ¶ Certè nō. Paul. de ca. tenet cōtrarium. & ita dicit tenuiſſe. Io. faſio. & Bar. ita conſuluiſſe: vt res potius valeat quā pereat.
d ¶ Vltimo no. Adde glo. dicētem, ꝙ computatur inter immobilia. l. fi. j. ī qui. cau. re. ī inte. nō eſt neceſſa. Andrę. Barba.
e ¶ Tertiū ge. Adde Bar. cōſi. l. Spe. & Io. and. in ti. de fru. & intereſſe. §. j. ver. qđ ſi debeo.
☞ Et dictum Spec. ꝙ vult adducere. Bar. eſt. ī. §. j. q hic alle. ver. ſed qđ ſi debeo. Alex. Loſęus.

quo casu restituitur contra minorem, quatenus minor factus est locupletior. ¶ Opp. de. l. cum minor. ff. eo. solu. vt dixi. s. l. proxi. ¶ Opp. de. l. qui res. §. areã. ff. de sol. vbi actio extincta, non reuiuiscit. Solu. dicunt quidam fallit hic. Alij dicunt, qđ actio extincta nunq̃ reuiuiscit: secundũ communem cursum naturæ: sed miraculose sic: sicut videmus ĩ homine. Ista so. prę supponit, ꝙ ista actio: quę hic restituitur sit eadẽ cũ prima extincta. ꝙ est falsum: vt. l. alterius. ff. de tute. & ra. distra. Nã re-
1 stituitur vtilis† vt ibi patet. & ẽt dicit hic tex. ibi. tributa actio non dicit renata actio. sed dicit tributa. q. d. actionem istã dari nõ oriri: vt dixi in. l. cũ mota. s. de transa. Et iõ videt̃ in. d. l. alterius. ꝙ ista actio sit vtilis, non directa. ꝙ apparet esse verũ: quia restituitur ex edi. prætο. de mino. meritò non potest cõcedere actionẽ ciuilẽ directã, sed vtilem: vt insti. de bo. pos. §. quos autẽ. sed si actio restitueret̃ à iure ciuili, bene posset eadẽ restitui vt. l. deferre. in fi. de iure fis. & hãc materiã plenè explicaui, ĩ repetitiõe, l. melius. §. duobus. ff. de leg. ij. ¶ Opp. & videt̃ ꝙ hæc lex. sit superflua ꝑ præcedentem. Sol. gl. imò in multis differt: vt habes in gl. in solutione, quã vide. ¶ Querit glo. de
2 vna q̃ne, vel duabus. ¶ Quæro primò, † vtrum restituto minore sit restituta actio aduersario eius ipso iure: quidã videntur velle hîc, ꝙ sic. Alij dicunt per officiũ iudicis. Circa ꝙ vide gl. quã tene menti. Ego puto, ꝙ quælibet istarũ opinionũ sit vera: rectè intelligẽdo. Nam veritas est, ꝙ ista actio restituitur ꝑ officiũ iudicis, ex edicto de mino. ꝙ apparet: quia restituitur vtilis: vt. s. dixi: tamen debet restitui ipso iure: hoc est restituto minore: licet iudex de restitutione aduersarij, nihil dicat ius tamen ipsum restituit: vt hac leg. in fi. ita debes intelligere materiam istam, &c.

Si aduersus solutionem. *Rubrica.*

¶ In ista rubr. sicut sunt duę partes: ita sunt duę leges, &c.

Exemplo. Licitè soluitur curatorib⁹ licet minores aduersus illã solutionem, possint restitui hoc dicit. ¶ Opponitur, & videtur, ꝙ minor non possit restitui: vt. ff. de mino. l. ait prętor. §. permittitur. Sol. distingue, vt habes in glo. &. ff. eodem. l. ait prętor. §. permittitur.

SVMMARIVM.

1 *Solutio facta per minorem, quando transferat dominium.*
2 *Minor aduersus solutionem factam de debito ciuiliter, sed naturaliter indebito iuris errore, restituitur.*
3 *Lex etiã, de cõpensa. habet locũ, q̃n repetitur indebitè naturaliter debitum.*

Indebito. Hęc lex. habet materiam leg. iterdum. de cond. inde. Hic exemplificabo quantum pro glo. hic posita expedit. Si minor soluit indebitum naturaliter, tamen debitũ per errorem iuris, restitutione iuuatur. h. d. Glo. ista facit tria membra principaľr. Recitabo ipsam, per tria contraria. ¶ Oppo. & videtur, ꝙ minor ipso iure sit tutus quia alienare non potest. vt in toto ti. de re. eo. & de prædi. min. ergo solutione dominium non trãsfer
1 tur, nec transit. Sol. si † quidem res, quæ debebatur erat talis, quę alienari non poterat: tunc soluendo sine tutore, & sine decreto, non transfertur dominium: vt. l. magis. §. si ꝑ pupillus. ff. de re. eorum. sed si res confirmaretur cõsumptione: reconciliaretur solutio, si debitum pręcesserit: vt. l. non omnis. §. si pupillus. ff. si cer. petatur & l. ꝙ si fortè, in fine. ff. de sol. & ĩ istis casibus non loquitur hęc lex, quæ loquitur in indebito, & sic dicta iura non ob. ¶ Oppo. secundò, videtur ꝙ competat re-
2 petitio ipso iure: vt in toto titu. de condi. inde. ff. & C. Sol. ibi loquitur, † quando soluitur indebitum vtroq; iure: hîc quãdo soluitur ciuiliter: sed naturaliter debitum per errorem iuris: quo casu maiori non daretur repetitio: sed minori conceditur per beneficium restitutionis. ¶ Opp. tertiò. & videtur, quòd etiam minori detur repetitio ipso iure, per condi. indebi. vt. l. interdum. de condi. inde. Sol. ibi loquitur, q̃n non soluit legitimè: quia sine curatore. hîc quando soluit legitimè interueniẽte tutore, quo casu non repetitur, nisi per restitutionem. Iste passus est satis dubius, ibi examinabitur meli⁹. ¶ Contra hoc oppon. ff. de compensa. l. etiam si minor repeteret istud naturaliter debitum, opponeretur compensatio. Solu. dicit gloss. hic propter beneficium ætatis, compensationem euitat. Vel
3 dic† clarius, & melius. l. etiam. de compensa. quæ dicit quòd pro debito naturali, potest opponi compensatio: habet locũ in petente non in repetẽte. Ratio: quia repetitio ista, quæ fit ꝑ tit. de condi. indebi. habet vim cuiusdam restitutionis: qa ego erã spoliatus meo errore, peto me restitui: & ideo ante omnia sum restituendus. & ideo illa exceptio compensationis, non potest opponi. & hoc dicit glo. in. d. l. interdum. ff. de condi. inde. vbi latius determinatur ista materia.

a ¶ Licet. Adde ꝙ Paul. de ca. formaret hic. q. de muliere minore, q̃ nõ petiit tutorẽ filio, an excuset̃. de q̃ pro. cõs. cclxxix. Ang. cõsi. cxviij. Bal. cõ si. clx. li. iij.

Si aduersus dotem. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Dos est iusta causa alienationis.*
2 *Restitutio aduersus dotem immoderatam, q̃n detur muliere mortua?*
3 *Constitutio dotis facta à minore, quando sit ipso iure nulla?*

Quoniam. Aduersus dotem ĩmoderatam, restituitur vniuersaliter mulier, & hęres eius. hoc dicit. ¶ Op. de. l. prędia. j. de prędi. mino. & de l. lex quę tutores. ff. de admi. tu. Solutio. intellige, ꝙ hic erant bona, quæ poterant alienari sine decreto: vel si requirebatur decretum: dicas ꝙ intercessit. ¶ Sed contra hoc opp. quia bona possunt alienari à minore tantum ob ęs alienum: vt. j. de prædi. mino. l. ob ęs. sed dare dotem non est alienum ęs: ergo, &c.
1 ¶ Huius timore sunt hîc opi. an causa dotis† sit iusta causa alienationis: veritas est ista, ꝙ sic: vt. d. l. prędia. & d. l. lex q̃ tutores. & ff. de iure do. l. Titia. & ita tenet Azo. & bene. ¶ Op.
2 tertiò† si mulier est mortua, dos potest repeti ipso iure: quia sol. matri. dos debet reddi: vt. l. ij. in princ. ff. sol. matr. ergo restitutio non est necessaria: vt. l. in causæ. ff. de mino. Glo. dicit ꝙ hic factum erat pactum de lucrando dotem. vel fortè erat statutum in ciuitate, quod vir lucraret̃ certam partem dotis & ideo interest hæredis, vt restituatur aduersus illam constitutionem dotis. ¶ Item potest interesse propter fructus medio tempore perceptos. ita debes intelligere hanc materiam.
3 ¶ Item opponitur, & videtur † quod constitutio dotis facta à minore sit ipso iure nulla: vt. l. siue generalis. ff. de iure do. Huius timore glo. tua ponit vnam suam distinctionem bonam: & nota: quę communiter tenetur: licet Vltramon, nõ teneãt, &c.

Si aduersus delictum. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Minor aduersus delictum, q̃n & ex qua causa restituitur?*
2 *Delictum & crimen, in quo differant.*

In criminibus. Aduersus delictum dolo commissum, minor non restituitur: secus si culpa. h. d. ¶ Oppo. ff. ad. l. cor. de sica. l. infans. de fur. l.
1 impuberem. Sol. ibi loquitur de minore infante doli non capace: hîc de eo, ꝙ est doli capax. ¶ Op. & videt̃ ꝙ minoribus subueniatur in delictis: vt. l. aut facta in fi. §. j. de pœn. Sol quandoq; minor excusat se à delicto, propter defectũ ętatis, vel consilij: vt quia sit infans, siue doli nõ capax: tũc iuuat̃ ipso iure: vt. l. infans. & l. impuberẽ. Q̃nq; minor iuuat̃ ex dispositiõe legis: qa in eũ pœna nõ cadit: & tunc ẽt ipso iure iuuatur: nec est opus restitutione: vt. j. l. proxi. vbi est casus ꝙ quędam in minore non sunt delicta, quæ in maiore essent delicta. Q̃nq; minor excusatur propter infirmitatem animi: quia iuuenis. tunc si quidem delictum committitur dolo, nõ potest iuuari: cum minori pœna imponatur ex officio iudicis non per resti. in integ. vt. d. l. aut facta. §. pe. & l. auxilium. §. in delictis. ff. e. Si verò cõmitti sine dolo, tũc ꝑ restit. ĩ integr. iu-
2 uat̃ à tota pœna. ita loquit̃ hęc lex. ¶ † No. differẽtiã inter delictũ, & crimẽ, secũdum gl. q̃ vide & no. bene. Alij tamen aliter sumunt, &c.

a Licet.[a] Minor ætas excusat matrem, quæ filijs suis tutorem non petit. hoc dicit lex ista.

Si aduersus usucapionem. *Rubrica*

Contra. Minor restituitur aduersus vsucapionem hoc dicit. ¶ Op. & videtur. qđ non sit opus restitutione: vt. j. in quibus cau. in integ. rest. nõ est neces. l. fi. Sol. gl. ibi plenè dicit̃, &c.

Si aduersus fiscum. *Rubrica*

Si probus. Si minor à procuratore fisci decipit̃, potest restitui. h. d. vel aliter. Ita restituitur minor aduersus fiscũ, sicut aduersus priuatum. h. d. Intelligas ꝙ nõ fuit deceptus vltra dimidiã iusti pcij: a's haberet locum rescissorium

cum rescissorium.vt.l.ij.j.de rescindē.vēdi.cuius legis haberet remediū
& cessaret restitutio,&c.

EDicto quidem. Gl. prima magna ponit casum in leg. & nihil aliud ponit. &
breuiter hoc dicit. Quando fiscus vendit rem minoris, tanq̃
sui debitoris: minor non iuuatur, nisi fraus intercesserit, vel
solennitas seruata non fuerit.hoc dicit.

SI aduersus Præses est iudex inter priuatos,procurator fisci,inter fiscum,& priuatum.hoc dicit.

Si aduersus creditorem. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Probare quisq; debet id,q; est causa suæ intentionis.*
2 *Minor petēs se restitui aduersus creditorem,uel rem alienatam,quid habeat probare.*
3 *Dispositio huius legis non habet locum in creditore nō fœnerāte,qui mutuauit minori.*

a CVm & ipse. [a]Minor restituitur aduersus fœneratorem:nisi per eum probet
pecuniam in eius vtilitatem esse conuersam.h.d. totus
titu.Hic aduerte:quia est totus practicabilis. ¶ Opp.
hic videt,q minor præsumatur læsus nisi probet cōtra
riū.s.de in integ.rest.l.minoribus,&.l.nā posteà.§.si mi
nor.ff.de iniur.Sol.speciale est hic in odiū fœneratorū.¶ Contra hāc so
lutionem.op.de prædi.mi.l.si prędiū.dicit gl.sol.vt ibi.Alij ponunt hic
bene quatuor solutiones.Tu breuiter dic,& bene:& per hoc intelliges
1 totam hāc materiā.Pro fundamento sciatis,† q vnusquisq; debet pbare
illud,q est cā intentionis suę,actor illud, q est causa actionis reus illud,
q est causa exceptionis:vt,l.si minorem.s.de in integr.resti.&.l.ij.ff. de
2 proba.Modò ad propositum,qñq; minor † repetit rem suam alienatam
dicens contractum ipso iure nullum.reus vult retinere rem, dicens pciū
conuersum in vtilitatem minoris.tunc reus debet probare minorem lo
cupletatum:quia istud est casus intentionis.Ita loquitur.l.si prędiū.j.de
prædi.mino.Qñq; minor repetit rem suam.per resti.in integ.vel al's pe
tit se restitui:& tunc aduerte:qa tunc si minor dicit se læsum in eo, q vē
didit: quia non expediebat sibi vendere.aduersarius vult retinere rem
pro precio,q dedit minori.q est versum in vtilitatem minoris:tunc ad-
uersarius debet probare minorem locupletatum: quia est cā suæ excep-
tiōis:& sufficit,q minor probet,q fuit lęsus in eo,q vēdidit: vt.l.pri.
b §.j.&.ij.ff.de mino.&.l.si res.§.j.ff.de iure do.¶ Qñq; minor,[b] petit se re
stitui:quia læsus est in eo,q preciū perdidit:& tunc ipse debet pbare se
pdidisse:qa est causa suę intētionis.l.minoribus.s.de in integ.rest.&.l.nā
3 & posteà.§.si minor.de iu.Fallit in fœneratore:hic est casus.hic:iō dicūt
do.† q si esset simpliciter mutuatū sine fœnore,nō haberet locū hęc lex.

Si minor se ab hæreditate abstineat. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Repudiatio hæreditatis in filio,non est necessaria.*
2 *Existentia sui hæredis ubicunq; est filio proficua:etiam hodie si est filius,ergo hæres,secus si esset nociua.*
3 *Existentia sui hæredis,operatur transmißionem hæreditatis.Item confirmat tabulas pupillares.Item confirmat dationem tutelæ,nu.4.&.5.*

SI vos. Qui se non immiscuit hæreditati,tutus est ipso
1 iure:aliâs pōt restitui.hoc dicit.¶ Notetis,† q
in filio non est necessaria repudiatio. Sufficit enī q se non
immiscuit.¶ Contra hoc oppo.& videtur,q eo ipso q sit
filius:ergo hæres.secundum Apostolum.vt probatur. in
sti.de hære.qua.& dif.§.sui.& de hęredi.quæ ab intesta.j.de acquir.hæ-
re.l.necessariis.Cy.§.ij.& circa hoc facit magnam filateriā:vtrum sit fun
data intentio,q quis sit hæres eo ipso,q filius.Breuiter gl.hic tenet,q d'
non:quia text. dicit hic:non immiscuistis.& est veritas:vt.l.cū bonis de
acqui.hære.& de.l.j.nam nec emācipatus.¶ Pro cuius veritate debetis
scire,& aduertatis,q de iure antiquo,& ciuili,eo ipso,q erat filius, erat
hęres suus,& necessarius.Superuenit beneficium prætoris,quo filij ha-
bent beneficium abstinendi: & fuit istud introductum in fauorem eorū
ne creditoribus teneantur:vt.d.§.sui.de hære.qua.& diffe.& de hære.q̃
ab intesta. §.sui.vnde hodie vbicūq; existentia sui hæredis esset ipsi fi-
lio nociua,existentia nihil operatur propter prætoris edictum.vbicū-
2 que † aut existentia sui hæredis est filio proficua,adhuc hodie eo ipso,q
filius:ergo hæres:qa cū beneficiū abstinendi sit eius fauore introductū,
non debet retorqueri in eius læsionem:vt.l.q fauore,de leg.& consti.&
hic est tex.rotundus,si bene inspiciatur in.l.si filius qui patri.de vulg.&
pupil.& ibi dixi latissimè.¶ Ex his patet,q creditoris intentio, non est
fundata contra filium:vt dicamus,si filius:ergo hæres:quia esset sibi no
3 ciuum:vt hic cum si.¶ Ex his patet,† q existentia sui hæredis operatur
transmissionem hæreditatis,secundum opi.veram:vt.l.apud hostes,j.de
suis & leg.l.ex militari.in fin.de testa.milit.&.l.liber homo.§.j. de stip.
ser.& de iu.fis.l.lucius.Ratio:quia hoc est beneficiū proficuum filio,nō
4 nociuum.¶ Ex his apparet. † q existentia sui hæredis confirmat tabu-
las pupillares:vt.l.si filius,q patri.de vulg.& pup.&.l.filius.&.l.Iul. de
acq.her.&.l.pater.ff.de priuil.cre.Ratio,qa est fauorabile filio, quod ha
5 beat substitutum.& sic decedat testat⁹,† Item confirmat tutelę dationē:
vt.l.si nemo.& q ibi no.ff.de testa.tute. & hic per
doc.de te.tu.l.ij. Est tamen quidam tertius casus
in his,q̃ filijs neq; nocēt,neq; prosunt.In his vtrū
existentia sui hæredis aliquid operetur,nō est ma
teria nostra.dixi plenè ī.d.l.si filius,q pri. ¶ Op.
glos.de.l.cum quasi.§.sed & si quis.de fideicom.
lib.Sol.ibi speciale fauore libertatis.

SVMMARIVM

1 *Creditores sunt citandi, quando agitur de eorū interesse.Et ubi illud q petitur est tale,q super eo nō pōt perueniri ad primū,& secundū decretū.tunc parte cōtumace,peruenitur ad sententiam diffinitiuam.nu.2.*
3 *Iudex ex officio pōt prouidere,ne bona pereant.*
4 *Creditores,quando sunt in iudicio non citantur.*
5 *Proclama generale,fit qñ ignoratur,qui sunt creditores.*
6 *Legatarij debent citari,*

c SI omnes. [c]Ista authēt.sumitur ex corpore,vt spon.
largitas.§.ad hæc.Ista aut. practicat le
gem.Codicis, & est practica talis. Di-
ctum est,q filius potest petere restitutionē:vt ab-
d stineat ab hęreditate.[d] ¶ Quęro,q citabūtur ī hoc
iudicio?respondet Imperator,omnes, creditores
hęreditarij pręsentes:sed si absunt debent à iudi-
ce solenniter citari:vt compareant,&c. vt habes
1 in tex.¶ No.q creditores † sunt etiam citandi:qa
ipsi lęderentur:vt.l.nam ita diuus.ff.de adop.l.de
vno quoq;.de re iudic.¶ No.secundò, & ppetuò
2 tenementi,† q qñ illud quod petitur,est tale,ad
q non potest consuli per missiōem ex primo vel
secundo decre.tunc parte contumace peruenitur
ad diffinitiuam sententiā.Et idem dicunt quidam
quando agitur quærela inofficiosi testamenti.Nā
propriè non cadit hæc missio in possessionem:&
ideo peruenitur ad diffinitiuam.Pro hoc facit o-
ptime.ff.ad Trebel.l.sceuola secundum vnam lę.
Hanc aut.examinaui latius ī.l.si finita.§.Iul.ff.de
3 dam.infe.¶ No.tertiò† q iudex ex officio suo ēt
parte non petente, potest prouidere, ne pereant
bona.Ratio est:quia sibi liquet,vt iudici.¶ Opp.
ad primā partē ille,q certus est,nō debet certiora
ri,vt.l.j.in fi.de actio.emp.ergo creditores si sunt
pręsentes citari nō debent. intellige hic pręsentes
4 in eadem ciuitate:non tamen erant in iudicio.nam
si † essent ī iudicio, nō requireret citatio p dictam
regulā.qui certus est,&c.& hoc tenet Gu.in.l.j.ff.
de in ius voc.¶ Opp.secūdò,ad diffinitiuā nō pōt
perueniri lit.non contestata:vt.l.fi.§. illud.de tē.
appe.Sol.hic est speciale in causa restit.in integr.
Vel sic secūdum alios speciale est,in his, in quib⁹
non pōt esse consultum p missionē ex primo, &
secundo decreto.¶ Quęro circa hāc leg.quid si fi
lius ignoret:qui sint creditores: qualiter fiet cita-
5 tio?† Respon.fit generalis proclamatio per ciuita
tē:vt de remis.pig.l.si eo tpe. ¶ Quæro, an lega-
6 tarij sunt citandi:gloss.determinat,† q sic, & bñ:
vt in aut.de hære.& fal.§.sancim⁹.& in aut.sed cū
testator.ad.l.fal.Nota benè,&c.hic non sunt alia.

SI cum aui. Pōt qs ab hęreditate paterna abstinere, p
restitutionē,& auitā amplecti.h.d.¶ Quę
ro,qñ qs abstinet ab hæreditate paterna,& agno-
scit auitā,quo iure hoc faciat?de his tex,habes ī.l.
qui se pris.j.vñ lib. gl.tñ hic est scripta corruptè.
ideo vide eā:si dicit ante,malè stat:quia debet di-
cere, post paternā:aliâs cōmuniter stat malè,&c.

Si ut omissam hæreditatem, uel bonorum posses. Rubrica.

MInores. Minor restituitur ad hæreditatē,& bonorū possessionem,vel alia lucra, hoc dicit totus iste titu.

In quibus causis in integrum restitutio. non est neces. Rubrica

POMATES.

a ¶ Cū & ipse. Iste
tex.reputatur sin.
per Matthe.ī not.
lvij.inci.not. vnū
casum quotidianū

POMATES.

b ¶ Qñq; minor. v-
nusquisq; ergo de
bet pbare id,q est
cā suæ intētiōis&
vide exēplum per
Alex.cōs.xlvj.vo.
v.ī.j.dubi.& vide
ad hæc Sozi. cōsi.
cxv.in col.iiij.
c ¶ Si oēs.Pro intel
lectu illi⁹ aut.vide
Inno.& do.& ibi
dixi ī.c.cū inter de
excep.vide Io.an.
d.ang.Io. de Imo.
& ibi dixi in.c.di-
lecti.eo.ti.Andrę.
Barba.
¶ Adde tu. & li-
mita no. ī ista aut.
non pcedere, qñ
agitur principalr,
de trāsferēdo pos-
sessione in aliū.ita
Pet. de Anch.ī.c.
fi.de elec.lib.vj. &
refert & sequitur
do.Alex. de Imo.
in consi.v.co.j.ī.ij.
vol.Stra.

POMATES.

d ¶ Ab hæreditate.
& vtrum per solā
euictionē pbet lę
sio.q hic tāgit Ia.
de Ar.Cy.& Ray.
vide Alex. consil.
xxj.incip.viso p-
cessu satis lōgo in
pen.colū.ver.&c,
non sufficiat p ob
tinenda restit. ī in
tegr.in.j.vol. vide
Ar.cōsi. cxxxvij.

MInoribus. Mortem defuncti non vẽdicare minoribus ipso iure non nocet. hoc dicit in summa, &c.

ADolescentiæ. Tempus statutum ad proponendã quærelam inofficiosi testamenti, in minori ætate ipso iure non currit. hoc dicit. ¶ Oppon. de. l. j. §. de in integ. resti. Solu. vt ibi plenè dixi.

SVMMARIVM.

1 *Mora sine interpellatione re ipsa, qñ cõtrahitur fauore minoris: & quando ex alijs causis. & numero. 2.*

IN minorum. Hæc est notabilis lex: Et ad duo breuiter allegatur primò, ꝙ fauore minoris re ipsa, mora sine interpellatione contrahitur. Item actio ex testamento, [a] licet sit stricti iuris, equiparatur actioni bonefidei. hoc dicit. ¶ Oppo. dicitur in tex. tardẹ pretij solutionis. Et
1 sic innuit, † ꝙ loquitur in contractu emptionis, & venditionis. cõtra: qa tunc in quolibet maiore re ipsa mora contrahitur: vt. j. de act. empt. l. curabit. & ff. de act. emp. l. Iul. §. ex vendito. Solu. huius timore dicunt quidam, ꝙ hic appellatio debiti ponitur largè, pro quolibet debito. Alij dicunt, ꝙ in emptione, & venditiõe, non est speciale in minore: sed in alijs contractibus. Vel potes dicere: ꝙ etiam in emptione & venditione sit speciale. Nam maiorem constituit emptor in mora, cum res traditur sibi. Tunc emptor est in mora re ipsa: sed re non tradita secus: vt. d. §. ex vendito. In minore fit hoc speciale. quod emptorẽ cõstituat in mora ẽt re emptori non tradita: dum tamen tradita re cum fructibus. & ita potest intelligi litera nostra. ¶ Opponitur. ij. ꝙ aliâs contrahatur mora re
2 ipsa: vt. s. ꝙ me. ca. l. j. So. † fateor qñq; re ipsa mora cõtrahit̃ odio debitoris delinquentis: vt in cõtrario. Qñq; fauore creditoris: vt hic. & l. Titia. Seio. §. vsuras. de lega. Qñq; causa cuiusdam recõpensationis: vt. d. l. curabit. de actio. emp. Quandoq; ex alijs causis, quas dic: vt not. glo. in. l. mora de vsur. ideo hic Azo in summa tractauit materiam moræ. & vltramõta. etiã & do. Cyn. hic recitat gloss. & ponit in. l. mora. de vsu. & ibi dicemus Deo duce.

SVMMARIVM.

1 *Litigans cum tutore, debet habere copiam tutelæ, & inuẽtarij.*
2 *Tutor litigans, quando teneatur satisdare?.*
3 *Dñs qñ possit habere sententiam latam pro falso ꝓcuratore ratam: adde tu circa hoc, & uide Aret. in. c. causam quæ. de iudi. col. iiij. ubi dicit communiter teneri, ꝗ sic.*
4 *Sententia lata pro falso tutore, quando possit per minorem ratificari?*
5 *Sentẽtia lata ꝑ prælato nõ legitimè ordinato, an possit per legitimè ordinatũ ratificari?*

* **SI tutor.** Sententia lata contra tutorem, qui non cauerat, ipso iure pupillo non præiudicat hoc di. Not. quia per hoc dico, † ꝙ ille qui litigat cum tutore, debet
1 habere copiam tutelæ, & inuentarij: vt sic possit oñdere, qđ iste tutor legitimè potuit agere: aliâs sibi non sufficeret: [b] vt hac leg. videtur. Sed an debeat dare copiam totius inuẽtarij, id est omnium rerum contentarum in inuentario: tangam vobis infra, in materia tutelarum
2 fortè in. l. fina. ar. tu. ¶ Oppo. † & videtur, ꝙ non debeat tutor satisdare: vt insti. de satis. tu. §. j. Sol. intellige hic: de tutore datiuo, sine inquisitione, vel legitimo: vt dicam plenius de tut. & cura. qui satis. nõ de. l. j. ¶ Itẽ oppo. [c] de. l. non eo minus. §. de procu. Sol. hic fuit lata sententia, contra minorem, sed si esset pro minore lata valeret iure singulari, minore ratũ habente. hoc dicit. Gloss. tua multum notabiliter, quam no. quia doc. vltramon. faciunt magnum festum & dicunt notabilem hãc leg. ex qua apparet intellectus, l. non eo minus. §. de procura. & ff. de iudi. l. licet. & rem
3 ra. habe. l. iij. §. falsus. nam † ꝙ dicitur, ꝙ domin⁹ potest habere ratam sententiam latam cum falso procuratore: debet intelligi, quando est contra dominum lata, qui vùlt habere ratam in sui preiudicium. Sed si esset lata pro domino, tunc non posset habere ratam à domino maiore, sed à minore sic, iure singulari: vt dicitur hac leg. quam perpetuò [d] no. Contrariũ determinatur per gl. in. l. si mater. §. hoc iure. ff. de excep. rei. iud. & istud puto verum. Idem tenet Iacob. de Are. & etiam Petr. de bellaperti. licet hic diceret aliter. & est ratio: quia quando negociuum peccat in solo cõsensu statim ratihabitio trahitur retrò: vt. l. fina. infra ad macedonia. ff. de sol. l. ratum. Sed mandatum procuratoris pẽdebat ex sola domini vo
4 luntate, meritò ratihabitione confirmatur. ¶ Tutoris † aũt officium, nõ pendebat ex sola voluntate pupilli: ideo ex sola eius ratihabitione non confirmatur, nisi iure speciali. Ideo hic gloss. dicit optimè in tutore: in procuratore verò secus. ¶ Oppo. de. l. Barbarius. ff. de offi. præto. Solu.
5 ibi propter communem errorem. ¶ Quæro, quid in prælato † non legitime ordinato: glo. hic videtur dicere idem. facit. j. de eo, qui pro tutore l. ij. tangit gl. ff. de iureiur. l. iusiurandum, ꝙ ex conuentione. §. j. Tu dic plenissime, vt extra. de elec. c. nihil in fin. glo. & ibi apparet multum de intellectu. l. Barbarius. ff. de offi. præto. &c.

SVMMARIVM.

Exceptionum quæ sit perpetua?
12 *Exceptio non nume. pecu. causatur ex facto; uel non facto.*
3 *Dispositio huius leg. an sit fauorabilis minori?*
4 *Temporis cursu ubi quis læditur debet petere restitutionem intra tantum tempus, quantum est illud, in quo dicitur læsus.*
5 *Minor qñ restituatur aduersus cursum tpis, & quib⁹ casib⁹.*
6 *Præscriptio cepta contra maiorem, qñ currat ꝑminori, sine spe, uel non spe restitutionis?*
7 *Dispositio huius leg. an seruiat nobis de uento: & propter quid facta fuerit? Et ꝙ melius sit ante tempus occurrere quã post illatũ uulnus medicamen quærere. numero. 8.*
9 *Minor quid habeat probare, quando petit se restitui aduersus præscriptionem & usucapionem?*
10 *Minor, si non appellat intra. x. dies, an & quando ipsi competit restitutio ad appellandum.*
11 *Præscriptio triginta, uel quadraginta annorũ, quando currat contra minorem?*
12 *Tempus ꝙ datur ad petẽdum bonorum possessionem, an currat contra minorem?*
13 *Præscriptio inducta per testamentum: an currat contra minorem. Et quid in præscriptione statutaria. nu. 14.*
14 *Cogitari de eo quod quis ignoret, in genere potest.*
15 *Statuta recipiunt interpretationem restrictiuam, ne quis indebitè damnum patiatur.*

* **SAncimus.** Ista est sigularis & notabilis lex & habet materiam quotidianam: breuiter dicit. In casibus, quibus minor contra præscriptionem olim cõtra se cœptam, & finitam restituebatur: hodie ipso iure seruatur illæsus: nisi sit. xxx. anno. pręscriptio. hoc dicit. Diuiditur in quatuor partes. Primò loquitur in specie. Secundò illud ostendit generaliter. Tertiò ponit rationem. Quartò à generalitate ponit exceptionem. Secunda ibi: sed humanius. Tertia ibi: melius enim. Quarta ibi: videlicet. ¶ Opponi. &
1 videtur, ꝙ omnis † exceptio sit perpetua: vt. l. purè, in fin. ff. de doli exceptio. Solu. quædam est exceptio, quæ causatur à facto, vel non facto: & ista est perpetua, vt lege cõtraria. Istą regula fallit in exceptione non numeratæ pecuniæ, & non numeratæ dotis: vt. j. de non numerata pecunia. l. in contractibus, & de dote causa. non nume. l. finali. & ibi ponam. ¶ Quædam sunt exceptiones, quæ causantur ex tempore: postea tamen nata erit perpetua: vt patet in materia præscriptionum, & vsucapio. & vbiq;. Ex hoc patet, ꝙ illi qui dicebãt ꝙ exceptio non numeratæ pecuniæ causabatur
2 ex tempore, non dicunt verum: imò † causatur ex facto, vt non facto, & finitur in tempore, & hoc voluit tangere gl. posita hic. ¶ Oppo. vlterius, dicitur hic exceptionem non currere. Contra. aut hoc refertur ad tempus, & est falsum: quia nõ põt facere Imperator quin tempus currat: aut hoc refertur ad ipsam exceptionem, & iterum hoc est falsum: quia ipsa exceptio ipso tempore currit. ¶ Huius timore, dicit glos. debes exponere exceptionem non currere cum tempore: ita quod cum tempore finiatur: sed remanet firma, vt currat, & finiatur tempore perfectæ ætatis. &c. Opponi. infra de nõ nu. pecu. l. si intra: Plures soluti. dantur ibi: ista vera. quia quãdo tempus huius exceptionis cœpit à maiore, currit etiam minori, qui ei succesit, vel econtra: sec⁹ si à maiore nõ cœpit: vt hic. ¶ Cõtra hoc op. qa si cœpit à maiore: ergo currit sine spe futurę restõis: vt. l. ij. si aduer.
3 vẽ. pig. So. vt ibi dixi. ¶ Opp. q̃rtò & vr̃, † ꝙ hoc sit nata naturalis: tunc adhuc dico, quòd bene videatur Bartol⁹ ĩ. d. l. j. ff. de condi. indeb. Videtur etiam inclinare in eãdem partem. ver. sed ĩ quęstione proposita, &c. Vbi verba. vnde æquitati naturali non tenetur & licet videatur alterare istud in conclusione, quam facit, dum dicit, qđ gl. bene exẽplifica: nõ quia respondeo, ꝙ Bar. potest intelligi, vt loquat̃ in materia condictionis indebiti, non autem malè loquatur. dum loquit̃ de natiuitate naturalis obligationis: vel aliter dic, ꝙ non est nata in suo robore: vt possit in iudicio deduci, sed quo ad natiuitatem sic, & ita loquatur in. d. l. j.

a POMATES. ¶ Ex testamento, &c: Intellige equiparationem in casibus, quibus per Bart. in. l. si hæres, in prin. ff. de eo ꝙ cer. lo.

* Pro saluatione. Bart. in hac. l. si tutor. in qua arguitur de contrarietate. vide concor. quam posui ad. l. non eo minus. §. de procu.

b POMATES. ¶ Non sufficeret. Vide Alexand. consi. ccxj. colũ. fin. volu. ij. iudiciũ ergo agitatum cũ tutore. minus legitimè cõstituto, est nullũ, & non præiudicat pupillo. & vide Roma. consi. cccclilij. columna. iiij. vbi loquitur ẽt in curatore. & declarat.

c ¶ Item oppo. de. l. Tu vide istam gl. alleg. per do. Abba. in. c. causam q̃ de iudi. contra. d. Anto. ibi vide oĩno. & vide Bald. q̃ no. loquitur ĩ. l. Iuli. ff. q satisda. cog. & Ang. qui ponit nouã oppositionẽ in. l. licet. de iudic. Andr. Barba.

d ¶ Perpetuò not. Adde videndum Bald. consili. ccx. lib. ij.

* Pro concordia. Aduerte: ꝙ exceptio non numeratę pecunię, excluditur biennio. & secundũ Bar, ĩ hac l. fi. circa medium post illud tempus biẽnij. nascitur naturalis obligatio, non antem añ. Idẽ tenet ĩ. l. etiam. ff. de mino, & in. l. cũ quis, C. de iur. & fac. ign. ¶ Contra ꝙ sit nata etiam añ tenet ĩ. l. j. ff. de cõdi. indebi. vbi videtur tenere, ꝙ orta sit tam ante, quã post biennium illa obligatio, sed post biennium illa ciuilis habet illum effectum, quẽ habet obligatio naturalis & ciuilis Tu dic Bart. ĩ hac l. fi. refert se ad dicta sua ĩ. d. l. cũ qs vbi refert opi. diuersas. & ita debet intelligi in. d. l. etiã sed posito ꝙ Bart. vbi supra inclinaret ĩ partem vltramontanorum, qđ ante bienniũ non

non sit fauor minoris sed odium. Nam añ hãc leg. cõpleta ęta-
te habebat quadriẽnium ad petẽdũ restitutionẽ: secũdum istą
habet biẽniũ tm̃ ad ꝓponẽdã exceptionẽ. hic nõ est eiꝰ fauor
Sol. dicit gl. ꝙ fauor est in hoc: qa secũdũ ista tpa illud, ꝙ erat
ipso iure nullũ, non firmabatur iuramento: sed ꝙ erat rescin-
dẽdũ per restitutionẽ in integrũ, firmabatur iuramento: vt. s̈.
si aduer. ven. l. j. est ergo fauor in hoc, ne iuramento astringaẽ.
Vel posset esse, ꝙ petendo restitu. in integ. non probaret. qđ
qualiter posit ꝓcedere. ĩ. dicã. Vel posset esse, ꝙ perderet p
fas, vel nefas. ita dicit glo. Vel dicas tu, ꝙ illud ꝙ dicitur, ꝙ qs
4 habet quadrienniũ, est verũ, qñ lęditur ex cõtractu: sed† qñ lę
ditur ex cursu tẽporis debet petere restitutionẽ intra tm̃ tẽ-
pus, quantũ est illud, in quo diciẽ lęsus vt. l. ab hostibus. §. fi. ex
qui. cau. maio. ꝙ sequiẽ ex. l. interdũ. ff. de mino. ¶ Venio ad se
cundam partem, & intro gl. quæ est super verbo concesserũt
¶ Op. ĩ. ne de statu defun. l. si mater. ff. de mino. l. auxiliũ, dicit
glo. ibi loquiẽ in casibus specialibus, in quibꝰ olim pręscriptio
currebat sine spe restitutionis, in quibus nihil per hãc leg. im-
mutatur: qa hic solũ loquitur in casibus, quibus currebat, sed
restituebatur. ¶ Op. s̈. e. l. ĩj. ff. e. l. ĩterdũ. &. ĩ. si ma. fact. ali. l. fi.
So. ibi loqẽ in casibꝰ specialibus, quibus olim nõ currebat pręę
scriptio. & sic non erat opus restitutione, in quibus casibꝰ il-
le leg. non mutanẽ p istã. ¶ Opp. & videẽ. ꝙ hodie etiã currat
5 pręscriptio, sed restituaẽ: vt. ĩ. de iud. l. ꝓperãdũ. ĩ fi. † dicit gl.
& bene, ꝙ regula q̃ poniẽ in hac leg. fallit in pręscriptione iu-
diciorũ: vt in tpe instãtiæ: vt. d. l. properandũ. ĩ fine. Adde idẽ
in tpe appellatiõis ĩterponẽdę: vt ĩ auẽ. de ap. & intra q̃ tpa. §.
j. &. ĩ. si sępius ĩ integ. resti. post. l. j. Eadẽ rõne de tpe appella-
tionis ꝓsequẽdæ: vt. s̈. dixi. si aduer. rẽ iudi. l. fi. & ibi no. gl. li-
cet dubitauerit ibi. & dubitat etiã ĩ. l. & si sine. §. pe. ff. de min.
tñ tex. est in. d. auẽ. de appellatio. & intra q̃ tpa. §. j. & eadẽ rõ-
ne ĩ oĩbus dilationibus datis à iudice: vt. d. l. & si sine. §. pe. de
mino. ¶ Itẽ op. ĩ auẽ. de hęre. & fal. §. pupillꝰ. Sol. speciale ibi
in tpe conficiendi inuentarĳ: vt minori currat: sed restituatur.
¶ Op. ĩ. de tẽp. in integ. rest. auẽ. si minor. sol. ibi speciale est.
¶ Op. de. l. cũ miles. ĩ. ex quib. cau. ma. Sol. ibi nulla fit mentio
de minore. & sic non no. ¶ Op. de. l. etiã. ff. de mino. So. dicas
ꝙ illa corrigiẽ per istã leg. vel ibi p̃scriptio nõ currit cõtra mi
norẽ. ¶ Op. s̈. si aduer. vsucap. l. j. Sol. dicunt. qdã ꝙ illa corri-
6 gitur per istã. Tu dic secũdũ gl. ibi, dic† ꝙ ibi loquiẽ, qñ con-
tractus vsucapiõis cœpit cõtra maiorẽ illa currit minori: sed
restituiẽ hic, qñ cœpit cõtra ipsũ minorẽ. Ista teneẽ cõiẽ. p doc.
nr̃os, sed vltramõ. tenẽt p̃cedẽtẽ, ꝙ illa lex corrigiẽ, siue cœpit
cõtra minorẽ, siue cœpit cõtra maiorẽ, per rõnẽ huius leg. ibi
melius, &c. Quę rõ haberet locum, siue cœpit cõtra minorẽ si
ue nõ cœpit. sed cõtra eos facit. l. si fundũ. ff. de fun. dot. vbi de
fectus superueniẽs p̃scriptionẽ nõ impedit. Ipsi rñdent & di-
cũt, ꝙ qñq; superuenit defectus tẽdens ad defendendã p̃scri-
ptionẽ, & iste defectus superueniens ĩpedit: vt. l. sicut. ĩ. de pre
scrip. xxx. an. Qñq; superuenit defectus tendens ad extensio
nẽ vsucapionis: & sic nõ impedit: vt. d. l. si fundũ. Ita dicit hic
& auẽ. quas actiones. s̈. de sacrosan. eccl. in illa quęstione. quan
do priuilegiatꝰ succedit non priuilegiato. Sed certè, d. l. sicut
quã allegãt loquiẽ in casu speciali. s. in præscri. xxx. an q̃ dor
mit. ergò & in aliis secus esset. Teneamus opi. glos. per dictam
l. si fundũ. ꝙ patet: quia in præscriptiõe debemus ĩspicere ini
tiũ: vt. l. iusto. §. & si possessionis. ff. de vsuca. Teneamus ergo
opi. gl. vt dixi. ¶ Sed cõtra hoc op. si dicis, ꝙ qñ cœpit cõtra
maiorẽ, cõtra minorẽ currit, sed restituiẽ: dicis contra. l. ęmiliꝰ.
ff. de mino, &. s̈. si aduer. ven. pig. l. ĩj. gl. dicit alibi. ꝙ, d. leg. lo-
quunẽ de p̃scriptione conuẽtionali: hic de p̃scriptione legali.
Ita no. ĩ. l. etiam. ff. de mino. quæ sit ratio huiꝰ, nõ bene video.
Vnde. Iac. de ar. dicit aliter. Aut pręscriptio venit ad corrobo
randum cõtractũ celebratum, cum defuncto maiore, & currit
contra minorem, sine spe restitutionis: vt. d. l. æmilius. §. ĩj. s̈. si
aduer. vẽ. pig. alr̃s currit, sed restituitur: vt. l. j. si aduer. vsu. Ista
sententia videẽ contra. l. si intra. ĩ. de nõ nu. pe. secũdũ ꝙ gl. eã
intellexit. s̈. Nã p̃scriptio cõtra exceptionẽ nõ numeratę pe-
cuniæ, tẽdit ad corroborandũ cõtractũ celebratũ cũ defuncto
maiore: & tunc currit, cũ spe tñ restitutionis: vt. d. l. si intra. &
s̈. dixi. ¶ Aduerte: qa fundamẽta huius materiæ sunt ĩ verbis
edicti p̃toris: vt. l. j. §. j. ff. de mino. & . l. ait p̃tor, in prin. ff. e. vbi
verba dicũt, ꝙ cũ minore, gestũ erit, q̃ res erit animaduertã. Si
igiẽ pręscriptio cœpit à minore: tunc habes animaduertere: an
ex hac præscriptione iudiceẽ aliquid gestũ cũ minore: ex quo
ipse lędaẽ: & competit restitutio. alr̃s non: qa verba p̃toris di-
cũt ꝙ cũ minore gestum erit animaduertam: in exceptione nõ
numerate pecũię: añ bienniũ nõ est nata naturalis secũdũ opi.
verã: vt dixi ĩ. l. cũ qs. s̈. de iur. & fac. igno. ¶ Si ergo biẽniũ cõ
pleẽ ĩ p̃sona minoris, obligaẽ naturaliter: ergo cum eo aliquid
geritur: meritò habet restitutionem in integ. Sed si teneremus
opi. vltramõ. ꝙ añ bienniũ esset nata naturalis, tunc per cursũ
biennĳ, si nihil geritur cũ minore, nõ haberet locũ restitutio.
& gl. nostra non diceret bene in casu. l. si intra. ¶ Idem dico in
vsucapione, & p̃scriptione, per quas quæritur dominium. sed
ista p̃scriptio cõpleẽ cũ minore, & ab eo aufert dñium & ipse
videẽ alienare: vt. l. alienationis. ff. de verb. sig. & si cũ eo aliqd
est gestũ, meritò cõpetit sibi restitutio: vt. l. j. s̈. si aduer. vsuca.
Istud idẽ dico in pręscriptione conuentionali, si quidẽ cũ mi-
nore aliqd geriẽ, ex quo lędiẽ, vt puta: qa ipse interpellaẽ, con
peteret sibi restitutio. vt. l. si creditor. §. illud. de distra. pigno.
De ver. ob. l. cũ filius. §. ĩ hac. & . l. si cũ militaribus. & ꝙ ibi no.
de resti. mili. Sed si cũ eo nihil geriẽ, ꝙ defunctꝰ dedit mihi ptã
tem vẽdẽdi post annum. & ego vendidi ex potestate habita à
defuncto, absq; aliquo facto, vel gesto cũ minore: meritò non
habet restitu. in integ. ita loquitur. l. æmilius. & . l. ĩj. s̈. si aduer.
ven. pigno. & est effectus, & radix. totius istius materię. ¶ Ve
7 nio ad gl. magnã. † Et ostendo, ꝙ Imperator seruiuit nobis de
vẽto, quoniã añ istã leg. hoc erat constitutũ: vt. ĩ. si quis igno.
rem mi. sine decre. cõpa. l. j. & fi. & qbus non ob. lon. temp. pręę
scrip. l. non est. Solu. dicit Placẽ. ꝙ Imperator bene potauerat
qñ fecit istã legẽ. & ideo nõ bene recordabatur de leg. istis. sed
nõ est verisimile, ꝙ Imperator, q habet oĩa iura ĩ pectore suo,
nõ fuerit memor illarũ legũ: vt. l. oĩm. ĩ. de test. & . l. humanum.
s̈. de legi. Et iõ dicit gl. in leg. cõtrariis, currebat p̃scriptio, sed
nõ cũ effectu propter restitutionẽ, hic verò ipo iure nõ currit.
Itẽ opp. ꝙ seruierit nobis de vento. Et opponitur à diuisione
sic. Aut loqueris in rebus pupilli: & de iure antiquo nõ pote-
rant vsucap. vt. l. bonæfidei. de acqui. re. do. Aut loqueris ĩ re
bus adulti. & tũc aut erãt res immobiles, & de iure antiquo nõ
poterãt alienari: vt, l. j. de re. eorum. ergo nec vsucap. vt. l. vbi
ff. de vsucap. Aut erãt mobilia, q̃ seruari poterãt. & idem ꝙ nõ
poterãt alienari, & per cõsequens nec vsucapi: vt. l. lex quæ tu
tores. de admi. tu. Aut erãt res: quę seruari nõ poterãt: & ĩ illis
frustra quęriẽ de pręscriptione: quia tantò tempore, non du-
rãt, sed pereunt. Vndę videẽ, ꝙ de iure antiquo esset istud. Di
cũt qdã, hic loquiẽ de pręscriptione contra actionem. contra-
triũ de pręscriptione rerũ. hãc reproba: vt hic in glo. Alĳ di-
cunt: ꝙ hic loquiẽ, qñ venditio tenuit. & hanc reprobat: vt in
gl. Tertĳ dicunt, ꝙ hic alienauit p̃decessor minoris. & ista est
truffa, qa tũc qs haberet dominiũ incontinenti: vel si cœpisset
præscriptio cõtra maiorẽ, curreret nũc cõtra minorem: vt di-
ctũ est. Vñ gl. dicit, ꝙ dicta argumentatio nõ ꝓcedit, quę non
possunt alienari, non possunt vsucapi: vt. l. si fundũ. de fundo
dota. ¶ Ista non est bona responsio. nã. l. si fundũ. loquiẽ qñ vi
tiũ impediens alienationẽ superuenit, post inchoatam pręscri
ptionẽ. Sed regula de qua opponiẽ dicit, ꝙ quæ non possunt
alienari, non possunt præscribi. Vnde gl. soluit aliter. licet per
dictas regulas non impediretur vsucapio: tamen erat speciali-
ter prouidendũ. Vel quod non erat factum ante istã leg. s. spę
cialiter. alr̃s istud esset modici effectus. Dicunt quidam vltra-
mon. quos sequebatur Mar. Sil. quod qñ alienatio est ꝓhibi-
ta p naturã rei, qa sacra, vel religiosa: tunc vsucapio est prohi-
bita secꝰ si alienatio est ꝓhibita fauore p̃sonæ: vt ĩ minore. &
& iõ dicta argumentatio non tenet. Istud non placet p. l. vbi
ff. de vsuc. & ꝙ ibi no. Dic secũdũ Ia. de Are. ꝙ rei minoris nõ
est ꝓhibita simpliciter alienatio, sed est permissa cũ decreto,
meritò p̃scribi põt. & iõ dicta argumẽtatio nõ ꝓcedit. ¶ Ve-
8 nio† ad tertiã particulã, & diciẽ hic melius etenim, &c. cõtra
ff. de autho. tuto. l. si tutor. dicit gl. magna hic in prin. ibi nihil
diciẽ de minore: aliâs de præscriptiõe. Certè fateor. tñ illa lex
obstat ad rõnẽ huiꝰ leg. q̃ est gñalis: iõ dic vt ibi qa ibi erat du-
bium: an minor lęderẽ, vel nõ: hic autẽ erat certũ: vt statim di
cam. ¶ Itẽ oppo. ꝙ secũdũ hoc ĩ ĩtegrũ restitutio, nunq̃ esset
necessaria, qa melius est ante tp̃s &c. Sic esset destructus totus
titulus p̃cedẽs de ĩ intg. rest. & hic, &. ff. dicit gl. magna hic ĩ fi.
Hic certũ est minorẽ deceptũ: sed non est ita certũ ĩ cõtracti-
bus, ita decipi eũ. Vide gl. ĩ fi. innuiẽ, ꝙ si certũ est in cõtractũ
minorẽ lędi ipso iure, seruareẽ illęsus, p rõnẽ huiꝰ leg. Hoc aũt
est falsum, vt. l. si minor. xxv. an. §. j. ff. eo. ĩ eo, ꝙ loqẽ de mino
re, q cõpromittit. Quare dicas, ꝙ iõ aliud in cõtractibus: qa ibi
interuenit factũ minoris verè: ĩ p̃scriptione interuenit fictè:
vt. l. alienationis. de ver. signi. Vñ illũ fictũ consensum remo-
uet hęc. l. suadente ęqtate: nõ em̃ sub est ęqtas: quare illa fictio
9 inducaẽ, & sic põt verũ cõsensum remouere. ¶ † Ex hac gl. no.
vnũ ꝙ in casibus, qbus. s̈. dixi. minorẽ restitui aduersus vsuca-
pionẽ, & præscriptionẽ, non habet necesse ꝓbare aliud, quã
ꝙ vsucapio cucurrisset statim enim præsumitur: quòd sit læ-
sus. vide glos. quæ hoc dicit. ¶ Contrarium videẽ velle tertia
gl. huius leg, in eo, ꝙ dicit: vel petendo restitutionẽ non præ-

baret. Si enim eo ipſo p̄ſumitur læſus, quomodo nõ poteſt ꝓ
bare læſionem? intelligas vbi nõ probaret, ſi cucurriſſet p̄ſcri
ptio: tñ eo ꝓbato ꝓbata eſſet lęſio: vt in hac glo. ¶ Et perhoc
10 vidi† q̃õne de facto minor. xxv. an. nõ appellauit intra. x. dies
reſtitutionẽ petit ad appellandũ: q̃d habet probare: videtur ꝑ
hanc leg. ꝙ eo ipſo. ꝙ currit p̄ſcriptio ſit lęſus. In contrarium
videtur: q̃a in dubio prę́ſumitur ſententia iuſta, & ſic nõ expe
dit ſibi appellare: vt. l. hęrennius. §. Caia. ff. de euic. Sol. ſi quí-
dẽ certum eſſet, ꝙ ſi minori non expedit appellare, nõ daretᷣ
reſtitutio. Si dubitatᷣ, vtrũ ſibi expediret appellare, vel non in
dubio prę́ſumeretur lęſus eo ipſo, ꝙ paſſus eſt ꝑdere bñficiũ
appellandi, tex. eſt, & gl. in. d. l. ſi minor. §. j. ff. eo. & canoniſtę
11 tãgũt iſtã q̃ſtionẽ. ¶ Venio ad vltimam partẽ. dicitᷣ † hic, q̃d
p̄ſcriptiones. xxx. vel. xl. an. remanent in ſuo ſtatu. ¶ Op. j. de
prę́ſcrip. xxx. an. l. ſicut. §. pen. Huius timore ſunt hic in glo.
opi. Pro quarum declaratione dicas ſic. in præſcriptiõe. xxx.
anno. vel maiori; ſi quidem minor eſt pupillus, contra eũ non
currit præſcriptio: vt. d. l. ſicut. Si verò eſt maior pupillo: &
tunc aut p̄ſcriptio cœpit cõtra eũ, & finitᷣ cũ eo: & tũc currat
ſine ſpe reſtõis. Rõ: q̃a iſta eſt lõga prę́ſcriptio, q̃ excedat ęta-
tẽ. xxv. an. & quadrienniũ, ꝙ datur ad petendam reſtõnem. Si
verò cœpit cũ maiore, vel cũ minore, & finitur cũ minore: tũc
currit, licet reſtitutio detur: vt. d. l. ſicut. Ita debetis intelligere
hãc materiã. in aliȷ̃s verò p̄ſcriptionibus minoribus collige di
ſtinctionẽ ꝑ teipſum ex p̄dictis. ¶ Expeditus de gl. circa hanc
12 leg. extra gl. & dicta doc. q̃ro an † tp̃a, q̃ danᷣ ad petẽdũ bono
rũ poſſeſſionẽ currant hodie minori videtᷣ ꝙ nõ, q̃a olim cur
rebant, ſed reſtituebatᷣ minor: vt. ff. e. l. fi. ergo hodie ipſo iure
nõ currũt. In cõtrariũ vr̃, ꝙ iſta lex videtᷣ loqui tm̃ in caſibus,
in q̃bus, minor tractat de dãno vitando: vt apparet ex princi.
leg. Primã opinionem puto veriorẽ, propter generalitatẽ hu
ius leg. q̃ dicit, ĩ oĩbus caſibus, &c. ergo nihil excipit. ¶ Quęro
13 quid in p̄ſcriptione † quę inducitur per teſtamẽtum. Reſpon-
deo, & puto, ꝙ currat hodie, ſed reſtituatur ſicut olim: vt. l. iȷ̃.
§. & ſi hæres. ff. eo. & ita loquitur tm̃ in p̄ſcriptionibus legali-
libus nõ ĩ his q̃ ꝓcedũt ex cõtractib⁹: vel vltimis volũtatibus.
14 vt. ſ. dixi. ¶ Quęro † q̃d ĩ p̄ſcriptionibus, [a] q̃ ꝓcedũt ex ſtatu-
a tis: vtrũ currãt cõtra minores. Inno. dicit, ꝙ nõ habet locũ hęc
lex. nec de ſtatutis cogitauit. ita dicit extra de reſtit. c. auditis.
al's eſt ĩ. c. cõſtitutus. extra de ĩ integ. reſti. & idẽ vr̃ mihi, ꝙ te
neat Spe. & iõ dicit ipſe, ꝙ illæ p̄ſcriptiones currũt, ſed mino-
ri reſtituitur. caſus ĩ. d. c. cõſtitut⁹. ſecundũ eũ. Videamus vtrũ
hæc lex cogitauerit de ſtatutis. & vt dixi vobis in. l. ſub p̄tex-
15 tu ſpecierũ, ſ. de tranſac. põt q̃s † cogitare de eo, ꝙ ignoret in
genere, licet non ĩ ſpecie: vt. l. ſi miles. ff. de teſt. mil. Ita iſta lex
cogitauit in genere, de oĩ p̄ſcriptione legali, cõtra quã lex da
ret reſtitutionẽ, Sed q̃s dubitat, ꝙ cõtra p̄ſcriptionẽ ſtatutorũ
16 iſta lex dat reſtitutionẽ? ergo de illo cogitauit lex. Prętereà, †
ſtatuta recipiunt interpretationẽ reſtrictiuam: ne q̃s indebitè
dãnũ patiatᷣ: vt. l. iȷ̃. j. de noxa. l. Cęſar. de publi. & l. adigere. §.
quamuis. de iure patro. non autẽ recipiunt interpretationẽ re
ſtrictiuã, vt q̃s lucretur. Aut ergo eſt illa p̄ſcriptio, q̃ aufert mi
nori, ꝙ ſibi iã eſt q̃ſitum: & tunc ſtatutum ſimpliciter, loquens
reſtingitur ad maiores: nec habebit locũ in minoribus. per hãc
leg. per rationem hic poſitam. Aut per illã p̄ſcriptionẽ minor
amittedat lucrũ, & ſtatutũ nõ reſtingitur: quia tũc currit, ſed
reſtituitᷣ. hic eſt caſus ĩ. d. c. conſtitut⁹. per ꝙ Innocẽ. ſe fundat.

POMATES.
a ¶ Prę́ſcriptionib⁹ Vide Anc. in. c. canonum ſtatuta. co. liȷ̃. ad fi. & ſeq. de conſti. & Ale. cõſi. xxxj. vol. v. col. j. vbi loquitur ĩ ꝓclamatiõibus, &c. vt non prę́iudicẽt minoribus, &c.

Qui, & aduerſus quos in integrum reſtitutio non poſtuletur — *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Probatio ſemiplena q̃ñ eliditur aliqua præſumptione, non eſt locus dilationi iuramenti.*
2 *Minor induſtrius præſumitur conuertiſſe mutuum in propriam utilitaem.*
3 *Approbatus ab aliquo collegio, non poteſt in concernentibus eius profeſſionem petere ſe in integrum reſtitui.*
4 *Aſſumptus in defectum alicuius, non dicitur approbatus.*
5 *Prodigus, cui fuerint bona interdicta, ſi eligitur de priorib⁹, an uideatur ſublata interdictio?*

IN conſilio. Secũdũ le. gl. dicit vnũ, ſecũdũ lec. Vltra mõ. dicit aliud. Pono ſecũdũ gl. Breuiter hoc intendit, vbi minor ſemiplenè docuit de lęſione recurritᷣ ad veriſimilia: ſed vbi de lęſiõe cõſtat veriſimilia minimè attẽdũtur. h. d. ſecũdũ gl. ſed ſecũdũ vltram, breuiter. h. d. in actib⁹, ĩ q̃bus q̃s eſt approbatus induſtri⁹, ceſſat reſtitutio rõne ipſi⁹ ętatis: ſecus ſi ĩ ſubſidiũ eſt aſſumptus, hoc dicit. ¶ Ad leg. noſtram opp. gl. à diuiſione. aut iſte pro-
bauit ſe læſum, & debet reſtitui: vt. l. minoribus. ſ. de in inte. re
ſti. & l. nã poſt ea. §. ſi minor. ff. de iureiu. ergo iſtud vtrũ ſit in
duſtrioſus, vel nõ ꝓ nihilo attẽditᷣ. Sol. gl. hic loq̃tᷣ in caſu du-
biȷ̃, q̃ñ de lęſione conſtabat ſemiplenè: in illa eſſet loc⁹ dilatio
ni iuramenti: vt. l. in bonę fidei. j. de iureiur. & l. admonẽdi. ff.
de iureiu. ꝙ nõ defertᷣ mõ ꝓpter iſtã p̄ſumptionẽ, ꝙ ſit indu-
1 ſtrioſus: vide gl. ¶ Ex hac le. no. † ꝙ vbi ſemiplena ꝓbatio ali
qua p̄ſumptione eliditᷣ: tũc non ſit locus dilationi iuramẽti. te
ne mẽti. dicemus in. d. l. in bonæ fidei. Aliȷ̃ dicũt, ꝙ hoc habet
intelligi de mutuo, in quo minor prę́ſumitᷣ lęſus, niſi ĩ cõtrariũ
probetur ꝑ creditorẽ: vt. ſ. ſi aduer. cre. l. j. q̃ p̄ſumptio tollitᷣ, ſi
erat induſtrius. vide iſtã gl. & tene mẽti. Gl. approbat primã
2 lec, licet iſtã nõ reprobet. Iſtã ſecũdã etiã teneam⁹. ꝙ † ſi minor
eſt induſtrius, & eſt diligens, p̄ſumitᷣ pecuniã ĩ ꝓpriã vtilita-
tẽ conuertiſſe. ar. ad hoc. j. de pig. l. ſi. & ꝙ ibi videbitis. Iſta eſt
3 lec. gl. Aliȷ̃ vt Pet. de bel. per. legũt aliter. ¶ Vos ſcitis, † ꝙ ſunt
quidã actus ad q̃s q̃s non admittitur, niſi eſſet examinatus: vt
puta doctor ad collegiũ aduocatorũ: vt vidiſtis. ſ. de aduo. di.
iudi. l. nemini. Mõ pono aliquis eſt legũ doctor. petit reſti. ĩ in
teg. ad quãdã allegationẽ omiſſam. certè iſta reſtitutio denega
bitur probato hoc, ꝙ publicè iſto caſu approbatus eſt indu-
4 ſtrius. Sed pone, ꝙ ex aliqua † neceſsitate in defectũ aliquorũ
eſt aſſumptus, non dicitur approbata eius induſtria: non dene
garetur ſibi in integ. reſt. Rõ primi dicti eſt: quia dicendo ſe do
ctorẽ, & allegando ſe læſum in allegatione iuris, allegat turpi
tudinem ſuam, vt. l. iȷ̃. §. initiũ. ff. de orig. iu. & ſic ꝓfeſsio, & de
ſiderium diſcrepant: vt. j. de mu. pat. l. ꝓfeſsio. li. x. & eadem
rõne putarẽ ĩ iſtis aliȷ̃s actibus, q̃ñ aliq̃s eſt approbatus ĩ mer
cãtia, & poſitus in matricula, nõ poſſet petere reſtitutiõem in
illo actu. ar. ad hoc. j. de his, q̃ ve. ęta. impe. l. iȷ̃. In aliis verò, qui
ex aliis actibus ſolis non dicuntur induſtriȷ̃, nec ſunt approba
ti à publico ꝓcedit lec. gl. mõ habes vnum. ¶ Circa primã par
tẽ quęro, q̃ũo iudex hoc conſyderabit, ꝙ fuit electus decurio,
ſi nõ eſt ꝓbatũ: dicit ꝙ ſibi erat notoriũ: q̃a oĩb⁹ erat notoriũ
ꝙ fuit decurio. Iſtud eñ ꝓbatione non eget: vñ ſi aliquis fue-
rit vel ſit de prioribus, ꝓbatione nõ ĩdiget. & vide. gl. Facit ꝙ
habetur. j. de ap. l. ciues. ¶ Vltimò ex fine not. ad q̃õnẽ, q̃ vidi
5 hoc anno. † Alicui fuit interdictũ bonis: vt prodigo. Demũ fuit
aſſumptus inter priores: vtrum ex hoc videatᷣ ſublata interdi-
ctio, quaſi ad ſanos mores peruenerit: vt. l. j. in prin. ff. de cur.
furio. hic habes tex. ꝙ nõ, hic in fi. Hoc etiã clarius dic, vt hic
no. in fi. iȷ̃. gl. quam vide, & perpetuò tene menti, &c.

CVm apud. Rõne minoris ętatis cõtra patrẽ, vel patronũ, reſtitutio denegatᷣ. h. d. ¶ Op. ff. de dolo. l. nõ debet. & ſ. de dolo. l. ſi ſuperſtite. Sol. ibi loquitᷣ de reſtõe, q̃ datur iure actionis: hic de ea, q̃ datur iudicis officio. ¶ Secundò op. de bo. q̃ li. l. fi. §. in vtroq;. aliâs: ſin autẽ. in fi. So. ibi nõ datur reſtitutio cõtra patrẽ, ſed cõtra aliũ: licet ꝑ quãdã cõſequẽtiã deueniretur ad patrẽ. ¶ Item op. ſ. ſi aduer. rẽ iudi. l. ſi cũ pater. Solut. ibi: quia eſt ſpeciale in cauſa ſtatus. Vel dicas, ꝙ ibi datur reſtitutio contra patrem, non tamen aduerſus factum patris ſed iudicis. & iſta eſt ſol. magis notabilis. ¶ Oppo. ſ. ſi aduer. do. l. iȷ̃. Sol. ibi non reſtituitur cõtra patrẽ, ſed aduerſus factum patris. Vnde pro huius leg. declaratione, aſſume breuiter. Aut quæris de reſtitutiõe, quæ datur iure actionis. & põt dari contra patrem, vel patronum: vt. ſ. de dolo. l. ſi ſuperſtite. Aut de ea, q̃ datur officio iudicis ratione minoris ętatis: & tũc q̃ñq; q̃s petit reſtitutionẽ non contra patrem, ſed contra p̃ris factũ, & ſibi denegatur, vt hic. Q̃ñq; petit contra patrem, ſed non contra patris factũ, & ſibi conceditur: vt. l. iȷ̃. ſ. ſi aduer. rẽ iudi. Q̃ñq; q̃s petit contra patris factum, & nõ contra patrem & tunc etiam ſibi conceditur: vt. l. iȷ̃. ſi aduer. dona. etiam. ſi cõtra patrem, veniret per quandam conſequentiam: vt. l. finali. §. in vtroq;. j. de bon. quę liber. Aut petitur reſtitutio non rõne minoris ætatis, ſed rõne abſentiæ, vel ex alia iuſta cauſa: & tunc dicit Iac. de Are. ꝙ hæc lex non habet locũ: nec requiritur, quin filiȷ̃s vel liberis detur iſta reſtitutio: quare, &c.

Si minor ſe maiorem dixerit. — *Rubrica.*

SI cum minor. Si minor dixit ſe maiorem dolo aduerſariȷ̃, ei non denegatur reſtitutio: ſecus ſi dolo proprio. ſed ſi null⁹ interceſſerit dolus reſtitutio conceditur: niſi iuratum fuit. hoc dicunt iſte tres leges. ¶ Opp. ad primam. Cõfeſsio erronea reuocatur de iure: vt. ſ. de iur. & fact. ignoran. l. error. & l. cum teſtamentum. ergo non eſt neceſſaria reſtitutio Sol. fateor, ꝙ hic non petitur reſtitutio aduerſus confeſsionẽ

iſtam. ſed

iſtã:ſed aduerſus contractum in quo ille læſus confeſſus eſt ſe
maiorem:tamen ipſi minori incumbit onus probandi,ꝙ tem-
pore contractus erat minor:vt.l.ſi minorem.ſ̈.de ĩ integ.reſti.

SVMMARIVM.

1 *AEtas melius probatur per inſtrumenta,quam per teſtes.*
2 *Minor eo ipſo,ꝙ dicit ſe maiorẽ,an dicat̃ eſſe in dolo,& deneget̃ ei reſtõ?*

SI alterius. Secũdũ verã lect.lex iſta.diuidit̃
in tres partes. Primò loquit̃,qñ
minor aſſeruit ſe maiorẽ ꝓprio dolo.Secundò qñ
dolo aduerſarĳ. Tertiò qñ neutrius. Secunda ibi
ꝙ ſi per iniuriã. Tertia ibi: aditus ita.& ita hæc lex.ponit ca-
ſus pręcedentiũ legum:& addit vnum aliũ caſum, quãdo neu
trius dolo.¶ Opp.de.l.minor.xxv.an.ex aſpectu.§.planè.ff.
de mino.Sol.ibi minores adhibuerũt dolũ contra aliũ,nõ con
tra curatorem.¶ Opp.ſ̈.de in inte.reſti.mino.l.de tutela.So.
ibi minor fuit ſciens, & aduerſarius ſimiliter ſciens: hic verò
aduerſariũ decipit.¶ Op.ad tertiã partem.ſ̈.de tranſac.l.ſi ex
falſis.vbi iuramẽtũ dolũ aduerſarĳ non tollit.Gl.q̃ eſt hic, po
nit multas ſolutiones.Breuiter illa eſt vera:ꝙ illa lex non con
tradicit ĩ aliquo.Nã hic in ver.aditus,vſq; ad fi.loquit̃,ꝙ nul
lus dolus intercеſsit ſecũdum lec.Azo.& verã.Si em̃ dol⁹ in-
terceſſerit,non tolletur ꝑ iuramẽtũ:vt leg.cõtraria.¶ Op.ꝙ
idẽ ius eſt inſtrumẽtorũ,& teſtiũ:vt.l.in exercendis.ĩ.de fi.in-
ſtru.Sol.fallit in caſu hui⁹ leg.q̃a tenere mẽti memoriã anno-
1 rũ eſt difficile:vñ † facili⁹ admittit̃ ꝓbatio inſtrorum,q̃ teſtiũ
vt.ff.ad carb.l.iĳ.§.du x.¶ Quæro,vtrũ eo ipſo,ꝙ minor aſſe-
rit ſe maiorẽ, p̃ſumat̃ ĩ dolo.gl.pe.hic in fi.videt̃ dicere ꝙ ſic
& vide gl.Pet.de bel.perti.tenet cõtrariũ:q̃a nõ p̃ſumit̃ dolus
niſi ꝓbet̃:vt.l.quoties.§.q̃ do.ff.de proba.& iſtã opi.puto ve
rã ꝑ hanc leg.ĩ ver.aditus.Vbi apparet,ꝙ ſi dolus interceſsiſ-
ſet & nõ oſtendit̃:p̃ſumit̃ nõ interceſsiſſe.& vide text.in ver.
aditus.ibi:nõ repererit.¶ No.ꝙ dicit.nõ reperitur.ex quo cõ
cludit̃,ꝙ ſi nihil apparet de hoc,ꝓbata eſt minoris intentio.
2 Vnde ꝓ declaratione hui⁹ materiæ,dic:qñq; minor † aſſerit ſe
maiorẽ ſuo dolo,tm̃ adhibito cõtra aduerſariũ: & hoc cõſtat:
& denegat̃ ſibi reſtõ:vt.l.ĳ.& hac leg.in prin.Qñq; dolo ſuo,
nõ adhibito cõtra aduerſarium:& nõ denegat̃ ſibi reſtõ: vt.l.
minor.§.planè.ff.eo.Qñq; dicit ſe maiorẽ dolo aduerſarĳ tm̃
& reſtitutio ſibi nõ denegat̃:vt.ſ.e.l.j.& hac.l.ĳ.reſpon.etiam
ſi fuerit iuratũ.ar.ſ̈.de tranſa.l.ſi ex falſis.Qñq; aſſeruit ſe ma-
iorẽ dolo ſuo,& aduerſarĳ:& reſtitutio ſibi nõ denegat̃. vt.l.
de tutela.ſ̈.de in integ.reſt.in fi.niſi eſſet iuratũ:vt ĩ aut̃.ſacrã
ſi aduer.vend.Qñq; aſſeruit ſe maiorẽ neutrius dolo:tunc di-
ſtingue:vt dicit̃ ĩ hac leg.Aut non fuit iuratũ:aut fuit iuratũ.
Si fuit iuratũ,aut non corporaliter aut corporaliter.Qñq; du
bitat̃,an dolus interceſſerit:& in dubio præſumit̃ nõ interceſ
ſiſſe:vt hac.l.ver.aditus.& ita debes intelligere hãc materiam.

SVMMARIVM.

1 *Iudex,quam interlocutoriam reuocet ex officio?*
2 *Remedium unum extra ordinariũ non excludit aliud.*
3 *Reſtitutio denegata propter defectũ probationis,poteſt iterum peti.*

CVm circa. Hęc eſt difficilis lex, & breui
ter dicit.Si reſtitutio eſt dene
gata, ꝓpter ætatẽ nõ ꝓbatã ad reſtitutionẽ, & ę-
tatẽ ꝓbandã:iterũ admittit̃.h.d.ſecũdũ lec.magis
notabilẽ.Hęc lex legit̃ duobus modis principaliter.Primo ꝙ
fuit erratũ ꝑ iudicẽ iudicãtem.¶ Ad iſtã leg.op.ff.q̃ ſenten.ſi.
ap.re.l.j.§.j.ſol.ibi fuit expreſſus error ĩ ſñia:hic non.Secun-
do mõ legit̃,ꝙ hic fuit erratũ à teſtibus, qui dixerunt falſum
circa ætatẽ.& iſta lec.ſubdiuidit̃ in duas.vna ꝙ iudex de æta-
te ꝓnunciauit interlocutoriè:alia ꝙ ꝓnunciauit diffinitiuè.
¶ Ad primã opp.interlocutoria põt reuocari arbitrio iudi-
1 cis:vt.l.ꝙ iuſsit.de re iud.ergo non debet peti reſtitutio:vt.ff.
de min.l.ĩ cauſæ.la.ĳ.Solu.fateor,† quod iudex poteſt reuoca
re,ſi vult ſuo arbitrio:vt ĩ cõtrario:tñ nõ cogit̃,niſi vt ĩpetret̃
reſtõis beneficiũ:vt hic.& hoc magis placet.Vel dic,ꝙ iſta eſt
talis interlocutoria,q̃ perimit vires totius cauſę.vnde quodã-
modo eſt diffinitiua:vt.l.intra vtile.ff.de mino.¶ Ad ſecũdã
ꝓut hic fuit pronunciatũ diffinitiuè.¶ Op.qñ iudex ꝓnun
ciauit ex falſis teſtibus,cõpetit reſtitutio de iure cõi:vt.ĩ.ſi ex
fal.inſtru.ꝑ totũ.&.l.diuus.ff.de re iud.Ergo iſta reſtitutio,q̃
dat̃ rõne ętatis,nõ debet habere locũ:vt.l.in cauſæ.ff. de min.
So.licet auxiliũ ordinariũ excludat extraordinariũ:vt. d.l.in
2 cãæ.† tñ vnũ extraordinariũ nõ excludit aliud:vt.l.qui bona
§.ſi q̃s op.ff.de dã.ĩfe.& ꝙ me.cau.l.ſi cũ exceptiõe.§.eũ. vñ
nihil repugnat,ꝙ q̃s poſſet hr̃e reſtitutionẽ ex duabus cauſis.
3 ¶ † Itẽ opp.reſtitutio ſemel denegata,iterũ nõ cõcedit̃:vt.ĩ.ti.
j.l.j.So.hic fuit denegata propter defectum ꝓbationis ętatis:
vnde iterum poteſt reſtitui.ibi propter defectum probationis
lęſionis.Ratio eſt,quia de ætate non fuit cognitũ,niſi ĩ iudicio
reſtitutionis:& ſic non habet niſi vnam ſententiã cõtra ſe, hoc
reſpectu:ſed de læſione & iuſtitia fuit cognitum in primo iu
dicio,& in iudicio,in quo petebatur reſtitutio:ideo ſemel de-
negata iterum non conceditur.ita debetis hoc intelligere.

Si ſæpius in integ.reſti.&c. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Differentia qñ quis reſtituitur ad appellandum,an ad totam cauſam?*
2 *Appellans primũ,deinde tempus appellationis eſt lapſum,ſi repetita reſti-
tutio fuit denegata, an iterum reſtituatur.*
3 *Appellare omittens,quando poßit petere reſtitutionem in integrum ad ap
pellandum,& coram quo iudice.*

SI poſt ſenten. Si reſtõ fuit ſe-
mel denegata,
iterũ non concedit̃, niſi ad appellandum
vel niſi ex noua cã hoc.d.totus ti.Differt
lex ſequẽs à pręcedenti:quia fuit.ſ̈.poſtu
lata reſtõ contra ſentẽtiã.hic cõtra cõtra-
ctum: hic reſtitui deſiderabant aduerſus
contractum,vel ſententiam:ibi adierunt.ſ.iudicem.¶ Opp.
ad.l.j.ꝙ tpa appellationũ nõ currũt:vt.l.ſi.ſ̈.in q.cau. ĩ integ.
reſti.non eſt neceſ.Dicũt q̃dã,ꝙ hęc lex hodie corrigit̃.Cõtra
riũ videt̃ verũ:vt ibi dixi.Probat̃ ĩ aut̃. de ap.& intra q̃ tẽp.
1 §.j.vbi eſt ſpeciale in iſtis tẽporib⁹ iudiciorũ.¶ † Quęro, q̃ eſt
differentia,vtrũ quis reſtituat̃ ad appellandum,non ad totam
cauſam:dic vt in gl.qñ datur reſtitutio ad appellandũ.¶ Quę
ro,à qua ſententia:dicit gl.à qua vult, vel vt poſsit appellare
2 ab ea,à qua fuit denegata reſtõ.¶ † Quęrit gl.q̃d ſi primò ap-
pellauerit,& tp̃s appellationis eſt lapſum: poſteà petit reſti-
tutionẽ,& fuit denegata:an reſtituat̃ iterũ? gl.dicit ꝙ ñ niſi ad
appellãdũ.intelligatis ad appellãdũ.ſ.à ſñia,in qua eſt reſtitu-
tio denegata:vel ad proſequẽdã appellationẽ, cuius tp̃a ſunt
3 decurſa.¶ † Vltimò no.ex hac leg.ꝙ ille, q̃ omiſit appellare,
põt petere reſti.in integ.ad appellandum,non ſolũ corã iudi-
ce,à quo debuit appellare:ſed etiam à ſuperiore: vt hic:dũ di-
cit:vobis ius reſtituimus.vnde Imperator reſtituit eum ad ap
pellandum:vt dixi vobis in.l.præſes.de appel.&c.

QVanquam. Ad iſtam leg.oppon.quia etiã
ex cauſis antiquis, põt iterum
peti reſtitutio:vt.ſ̈.ti.j.l.fi.Sol. intellige hic de nouis
cauſis,hoc ẽ de nouo allegatis.Vel dic nouis cauſis,hoc eſt de
nouo ſuperuenientibus.Vel de nouis cauſis:id de nouis pro-
bationibus factis ſuper cauſis antiquis allegatis:vt.ſ̈.ti.j.l.fi.ſe-
cundum hoc ergo habes,ꝙ quando nouæ cauſe,vel nouę pro
bationes allegãtur.Poteſt reſtitui ad totam cauſam: aliâs non
reſtituit̃,niſi ad appellãdũ.¶ Quęro,quando reſtituitur ad ap
pellandum,vtrũ iudex appellationis reſtituit,ſicut debuiſſet
facere primus?Reſpon.quandoq; reſtituit̃ ad appellãdũ à pri
ma ſententia: & tunc procedit tanquam iudex appellationis
ſecundum formam.l.eos.de appella.Quandoq; reſtituitur ad
appellandum à prima ſententia:quia improbata eſt reſtitutio
& tunc cum illa ſententia ſit per appellationem extincta,iu-
dex appel.iudicabit,cum illa cauſa ad eũ ſit deuoluta: vt.d.l.
eos.

IN vna. Op.& videt̃,ꝙ reſtitutio det̃ ſępius:vt
ff.eo.l.& ſi ſine.§.reſtitutus.glo.ſoluit
optimè. ibi fuit reſtitutio conceſſa:vnde poteſt iterũ
concedi.hic fuit denegata:ideo hic iterum nõ conceditur,ne le
ges ludibrio fiant.Petr.reprobauit iſtã ſol.q̃a eadẽ eſt ratio in
vno caſu,ſicut in alio.ꝙ mihi non placet:ideo tene op.gl.Nã
quando minor non eſt reſtitutus,eſt in eius poteſtate,vt reſti-
tuatur,vel non:vt.l.ſi iudex circũuento.ff.eo. ſi ergo vſus eſt
ea cũ poſſet non vti:poteſt contra hoc petere reſti. in inte.&
eſt noua cauſa reſtitutionis:quæ rõ ceſſat, quando reſtitutio
eſt denegata.¶ Vltimò quærit glo,quid ſi minor velit petere
reſtitutionem,vt omiſſam probationem faciat.& ſic poſsit ve
nire contra ſententiam?gloſſ.dicit,ꝙ ſic.dic,vt in ea.

De ijs qui ueniam ætatis impetrauerunt. Rub.

EOs qui veniam. Cui ętatis venia eſt cõ
ceſſa: reſtitutio dene-
gatur.hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 *Maſculus,qñ conſequatur ueniam ætatis,& quando fœmina.*
2 *Minor læſus in impetratione ætatis, an reſtituatur?*
3 *Mulier eſt minoris uitæ,quã maſculus,& citius perficitur.*

OMnes. Maſculus † probata ętate.xx.an.fœmi-
1 na.xviĳ. veniam conſequitur ætatis:
per quam tamen immobilia alienare nõ poterũt.h.d.

¶ Quærit glo.coram quo iudice fiat probatio:dic vt in gloſſ.
2 ¶ Quærit gl.quid ſi minor †eſt læſus in eo, ꝙ impetrauit veniam ętatis,an reſtituetur dic vt ī glo. ¶ Quæro,quæ eſt ratio, ꝙ in muliere minus tempus requirit̃ ꝗ̃ in maſculo: gloſ.dicit
5 quia mala herba cito creſcit. Ratio †eſt iſta, quia mulier cū ſit minoris vitæ,ꝗ̃ maſculus,citius perficitur.& ita contingit in quolibet animali:quia quanto res eſt breuioris vitæ tanto citius perficitur:& iſta eſt ratio propria gloſſ.ſignat quoddam arg.contrarium,& non ſoluit.vide eam ibi.l.j.So.hoc ꝓpter aſpectum perſonæ qui requiritur.argu.j̄.de cadu.tol.l.vna.§. ne autem.&.ff.de adop.l.poſt mortem.

EOs qui. Qui veniam ętatis meruerunt,non pn̄t alienare,vł immobilia obligare,ſine decreto.hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 *AEtas legitima,uel perfecta dicitur.xxv.anno.*
2 *Factū ciuiliter,qn̄ repræſentet eundem effectum,ꝗ factum naturaliter.*

a SI quis aliquid. [a] Ad implendam conditionem non ſufficit ciuiliter factū.h.d. No.tu iuuenis,ꝙ ętas legitima †vel
2 ætas perfecta dicitur.xxv.anno. De hoc habes in l.cum filio.ff.de leg.iij. ¶ Secundò no. ꝙ non ſufficit ciuiliter factum. ¶ Ad iſtud opp.gl.hic.ff.mandati.l.fi.§.fi.& de dona. quæ ſub modo.l.fi.§.fi.de inſtitu.& ſubſti.l.ſi mater. Sol.bre-
2 uiter †quando ciuiliter factū,repreſentat eundem effectum,ſicut factum naturaliter, factum ciuiliter ſufficit:vt in contrarijs:aliâs ſecus:vt hic.Iſta eſt communis ſol.quam ponit Dy. in.l.ſi cum dotem.in princ.ff.ſol.matri.&.l.ex ea parte.§.in inſulam.ff.de verbo.oblig.& in.l.deo nobis.ſ̈.de epiſ. & cler.&
b Ego circa [b] hoc dedi vnam magnam diſtinctionem:& multum vtilem.in.l.Gallus.§.& quid ſi tantum.de libe.& poſthu.vbi tex.& glo.tangunt,&c.

Si maior factus ratum habuerit. *Rubrica.*

SI inter minores. Ratihabitio maioris,tollit reſtitutionem aduerſus lęſionem, quę ī minorietate cōtingit.hoc dicit. ¶ Circa hanc leg. quęruntur duo.Primo quid ſi hæc diuiſio facta fuiſſet dolo:an ratihabitio aliquid operetur circa illum dolum.Breuiter. aut ille, qui habuit ratū,fuit ſciens,aut ignorans:vt gl.dicit. ¶ Quæro ſecundo,qualiter videatur habere ratū: certè ſi quidē ratū habuit expreſſè nullū eſt dubium:vt hic. Si autem tacitè,tunc habes titulum in.v.li. ſi maior fac.ratam alie.habue.qui titulus loquitur,quando habetur ratum tacitè.& ideo dic vt ibi,&c.

QVi poſt vigeſimū. Hæc lex loq̃ magis generaliter, quam præcedens quia.ſ̈.loquitur de diuiſioſiōe facta ſimpliciter à minoribus: hìc ſimpliciter: & ſic magis generaliter.

Vbi & apud quem cog.&c. *Rubrica.*

SI quid. Aduerſus ſententiam procuratoris Cæſaris, ſolus Cæſar reſtituit.hoc dicit. ¶ Opp.ff.de mi.l.ī cāę §.fi.&.l.prętecti.Sol.hæc lex poteſt intelligi, vt loquat̃ de iudice delegato à prīncipe:& tunc ſtat propriè.Nec ob. cōtrariū ꝙ loqtur de iudice ordinario. Si verò ītelligat̃ propriè, de proc.Cæſaris:tunc expone text. cum dictus ſolus Princeps ſubaudi. vel ipſemet qui iudicauit. & ſic non obſt.contrarium,&c.

SVMMARIVM.

1 *Actor ſequitur forum rei,etiam qn̄ petitur reſtitutio aduerſus contractum.*
2 *Reductio ad arbitrium boni uiri,coram quo iudice petatur ubi compromittentes & arbiter fori ſunt diuerſi?*

c QVoniam. Quando reſtitutio petitur aduerſus contractū : ſequit̃ actor forum rei.h.d.Formo [c] quęſtionem.Quidam
2 †Peruſinus habens cauſam cum vno Florentino,compromiſerunt de cauſa tāquam in arbitratorem in quendam Senēſem. Ille exiſtens ſenis tulit laudum. Peruſinus vult petere recudi ad arbitrium boni viri iſtud laudum:coram quo iudice iſtud faciet?de iure communi arbitramentum eſt quędam tranſactio,nec oritur actio ex arbitramento : ſed oritur actio ex compromiſſo facto inuicem completo, & ex declaratiōe arbitratoris : vt.l.ſi ſocietatem.§.arbitrorū.ff.ꝓ ſo. & aut̃. vt differen.iudi.§.ij.&.j̄.de iud.in aut̃. ſi verò contigerit,&.j̄.de

a ¶ Si quis aliquid. Et vide.do.Pet.in conſil.ccclxxxix. qn̄ Papa concedit alicui:qđ poterit prouidere,perſonæ idoneæ de tali beneficio : an cóprehēdat̃ ille,q eſt idoneus ꝓ diſpenſationem. Et concludit,ꝙ ſic. Adde ꝗ aliqn̄ appellatione ętatis legitimę, venit etiam pubertas:& ſic in maſculo.xiiij.in fœmina xij.ita probatur ī tex.& gl.& do.in c.j.de regularibus And.Barba.

POMATES.

b ¶ Circa. Iſtud notabile,limita ꝑ ca. cū dilecti.& .c.ad audientiam extra de cleri. non reſi.

c ¶ Formo.q. Adde latè Fed.conſi.cclxxxv.& Paul.de ca.hic,qui aliter loquuntur.

d ¶ Cum ſcimus.per iſtam leg. decidit Iaco.de bel.ꝙ hn̄s poteſtatem legitimandi ab Imperatore poteſt legitimare ī terris eccleſiæ.And.Barba.

contrahen.emp.l.fi.ideo ſi peto reduci ad arbitrium boni viri conquęror de contractu,debeo ſequi forum rei,caſus eſt hic.
2 Sed ſecūdū iura municipalia ī partib⁹ Tuſcię ipſa lauda ꝓducūt actiōem per ſe, & habēt vim ſentētiæ: vnde ſi peto reduci ad arbitrium boni viri quæror de ipſa ſententia quæ me lędit quem debeo tunc adire?certè debeo adire ſuperiorem eius,q iudicauit:quia de ſententia conquęror:vt.l.proxi.& ſic etiam loquitur.j.l.proxi.ideo eſt videndum de arbitramento, vtrū producat actionem,vel non ſecundum commune ius,vel municipale:vt.ſ.dictum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa reſtitutionis in integrū,licet ſit miſti imperij, tamen fauore minoris delegatur.& nu.3.*
2 *Reſtitutio in integrum competit iure magiſtratus,*
4 *Iudex delegatus,quando poßit in integrum reſtituere?*
5 *Compromitti ꝗ poßit in aliquē,ut pronūtiet quē reſtituēdum,uel non.*
6 *Reſtitutionis cauſa an poßit in arbitratorē compromitti.*
7 *Iudices.qui nulli præſunt iuriſdictioni,ſicut notarij,& iudices chartularij, quando poſſunt in integrum reſtituere?& nu.8.*
9 *Iuriſdictio cohæret territorio,*
10 *Iudex ordinarius,uel delegatus ſit quiſpiā,qua rōne cognoſcatur.*
11 *Syndicus electus à cōſilio ciuitatis,ad ſyndicandū officialē dicitur delegatus.*

d CVm ſcimus. [d] Hæc eſt ſingu.lex & breuiter dicit,Reſtitutio q̄ officio iudicis conceditur,poteſt poſtulari ab ordinario,& delegato ſpecialiter ad illam cauſam:vel vniuerſaliter:nō coram arbitris, iudicibus chartulariis,vel delegatis ab eis.h.d. ¶ Diuiditur.pri̊ò ponit qōnem. Secundò determinationem. Tertiò determinationem ſuam limitat,& declarat circa iudices prohibitos reſtituere. Quartò limitat circa eos,quibus eſt permiſſum. Quintò limitat circa modum pronunciandi. Secunda ibi:ſancimus. Tertia ibi:ſed nequis. Quarta ibi:cum hos. Quinta ibi: ſed ne quid penitus. ¶ Ex prima parte habemus, ꝙ iudices delegati poſsint de cauſa reſtitutiōis in integrum cognoſcere.contra ea,quæ per iudicis officium expediuntur, delegari non poſſunt:vt.l.nec quicꝗ̃.§.vbi decretum.ff.de offic.proc.& leg.l.
1 omnia quæcūq;.de reg.iur. Sol. †ſpeciale eſt hic,fauore minoris. ¶ Oppo.ſecundò,ea quæ poſſunt delegari competunt iure magiſtratus:vt.l.j.§.j.ff.de off.eius cui man.eſt iuriſdi. & ſic videtur quòd in integrum reſtitutio competit iure magiſtratus.hoc eſt contra.l.ea,quę.§.j.ff.ad municipa.ergo,&c.Dicit
2 gl.fateor, †quod olim non competebat iure magiſtratus : ſed hodie ſic, hac leg. Nec obſtat hic textus. qui dicit veteribus non fuerat incognitum:quia verum eſt,ꝙ antiquitus poterāt delegari habenti iuriſdictionem à lege non autem omnibus:
3 ſed per hanc leg.delegatur indiſtinctè. Tu †dicas,ꝙ etiā hodie reſtitutio in integrum eſt miſti imperij:quia iudicis officio expeditur:& licet poſsit delegari eſt ſpeciale fauore minoris,vt hic ¶ Opp.ꝙ iudex delegatus non poſsit reſtituere:vt.ſ̈.ſi ad
4 uerſus rem iudi.l.aduerſus. Sol.quandoq; †delegatur cauſa reſtitutionis principaliter:& tunc non eſt dubium, ꝙ poteſt reſtituere.vt hic. Qn̄q; delegatur vniuerſitas cauſarū,& tunc idem hic.in fi.ibi:vel ſi generaliter, &c. Quandoꝗ delegatur cauſa principalis tm̄:& tunc ſi quidē reſtitutio petitur incidēter,ſuper aliqua interlocutoria,vel emergenti, poteſt cognoſcere delegatus:vt hac.l.in fi.ſecundum vnam le.gl.quę eſt verior.ſi verò petitur reſtitutio principaliter,contra ſententiam latā ī illa cauſa:non poſſet reſtituere delegat⁹:vt.d.l.aduerſus &.ſ.l.proxi.ſecundum veram lect. ¶ Venio ad tertiam particulam,in qua habes,ꝙ etiā ī cā reſtitutionis non poteſt cōpro
5 mitti in arbitrū:ſed quæro †an poſsit compromitti,vt arbiter pronunciet aliquem reſtituendū,vel nō.gl.videt̃ dicere,ꝙ ſic Nam arbiter non poteſt reſtituere,ſed ꝓnunciare reſtituēdū & vide gl.quæ videt̃ velle ꝙ ſic.Ratio eſt:qa inter iſta duo eſt differentia:vt habuiſtis no.in.l.ab executione.j̄.quo.appella. nō recipiuntur.&.ſ̈.ſi aduer.liber.l.j.ego dubito in hoc:quia non reperitur aliqua actio,vel aliquod ius agēdi,quo qs petit pronunciari ſe reſtituendum:ſed ꝙ qs petat ſe reſtitui ſic.qua ergo actione agetur coram arbitro,nō video : niſi dicamus,ꝙ ille q de hoc compromittit,videat̃ velle pati:ꝙ ſic de facto cōueniatur ad hoc:ꝙ poſſet ſi vellet:vt.l.Iul.§.quantū aūt.ff.ad exhibendum.dixi.ſ̈.de tranſac.l.vbi pactum.& hoc ſatis pla-
6 cet. ¶ †Quæro,circa hoc,an cauſa reſtitutionis poſsit in arbitratorem compromitti:iam fuit de facto in ciuitate iſta,& cōſului ꝙ ſic.Nā arbitramentū,vt ſcitis eſt quædam trāſactio:vt dixi.ſ̈.l.ꝓxima.vn̄ ſicut pōt trāſigi de cā reſtōis:ita poteſt in arbitratorē cōpromitti. ¶ Itē habes in hac parte, ꝙ iudices hi qui nulli præſunt adminiſtationi , non poſſunt reſtituere.
7 ¶ †Quæro,q ſunt iſti iudices: q nulli præſunt admiſtrationi. glo.dicit.

glo.dicit & benè, sunt iudices chartularij, q habēt volūtariā iurisdictionē: vt notarij ex forma suorū priuilegiorū: de qbus fit metio hic: ꝙ de iudi.l.rē nō nouam.&.ff.de iudi.l.j.& ibi no. Alij dicūt, ꝙ hic loquit̃ de iudice delegato, q nō pōt subdelega
8 re. Tu tene primā, q̃ est magis notabilis. ¶ † Quæ
ro, an isti iudices chartularij possint in integrum restituere? glo. videt̃ velle ꝙ nō: qa nulli præsunt administratiōi. ꝙ satis placet: nisi ī rescripto aliud diceretur. ¶ In quarta particula habes, ꝙ illi pos sunt restituere, qui præsunt administrationi, cui
9 adheret iurid. ¶ † Not. ergo, ꝙ iurisdictio cohæ-
ret territorio. Simile in.l.j.§.cū vrbē.de offic.pre fe.vrb, ibi: cum vrbē fidei tuæ commisimus.& sic
10 cōmittit vrbem, quæ adhæret iurisditioni. ¶ † Et
ex hoc potes diligenter perpendere: an aliquis sit iudex ordinarius, vel delegatus. Nam si quidem alicui comittitur certum territorium, vel iurisdictio ī territorio: hoc cōtingit dupliciter. Vel hoc fit indistinctè, nō limitando iurisdictionē territorij, vel personarum: vt in istis iudicibus chartularijs: & isti dicūtur ordinarij, sine administratione. Et hic est casus hic, & in pcedēti versi. Qñq; cōmittitur aliqua cā inter certas causas: & tūc iste est iudex delegatus: qa ei cōmittit̃ causa, & nō territorium. & ita debetis intelligere hāc materiam.
11 ¶ † Et per hoc potes dicere. Cōsiliū istius ciuita-
tis facit aliquē officialē ad syndicandū vnum officialem: certe in dubio iste videtur iudex delegat⁹ qa ei cōmittitur certa causa: non autē committitur certa administratio, cui iurisdictio adhæreat.

a ¶ Speciale. Sed qd in syndico vniuersitatis? vide Pau. de ca. hic Ro. consil. ccccxxiiij.

b ¶ Ad vnū tamē. Limita illud, ꝙ dicit Bar. ꝙ super incidēti pōt petere restitu. pcura. non habens speciale mādatū nisi esset sentēta īterlocutoria lata super incidēte post decē dies: qa tunc non pōt sine speciali mandato. Ita no. Io. And. in.c. corā felicis. de in integ. restit. & ita Romæ pronūtiaui. Ludo. Andr. Barba.

De reputationibus, quæ fiunt in iudicio. Rubrica.

9 vtili rescissorię, quã dicũt simpl'r datiuã. Hic † aduerte rogo te: licet. ꝓpter p̃scriptionẽ. xxx. vl'. xl. an. actio ipo iure tollatur: vt. d. l. oẽs. tñ nõ tollit̃ obligatio. vt. d. l. obligationum ferè. §. placet. & de acti. & ob. si ergo lex restituit illã obligationem iam mortuã, cũ reperiat viuã obligationẽ eius matrẽ, dicemus istã natiuã nõ datiuam: qa habet matrem ex qua orit̃: vt. l. iurisgentiũ. §. j. ff. de pac. sicut videmus in Christo, qui resuscitauit filium suæ matris: dicem⁹ ne illum resuscitatum sine matre? certè nõ. Ita ista actio resuscitata, diceretur natiua:
10 nõ datiua. Aduerte tñ, † ꝙ vbicunq; in actiõe reali ego appellaui eam natiuã, seu datiuã, nõ intelligatis eã natiuam ex matre obliga. quia actio in rem, nó oritur ex obligatiõe: vt insti. de acti. §. j. & ĩ. l. ꝓxi. sed ꝓ tãto appello eã natiuã: qa habet materiã subsistẽtẽ. ex qua orit̃ dñiũ scilicet & possesionẽ vt
11 videbitis. ĩ. l. proxi. ¶ † Hoc pręmisso quęro quãto tp̃e tollat̃ ista rescissoria? gl. dicit quadriẽnio. Idẽ dicit. s̃. tit. ꝓxi. l. fi. & vide istas gl. Ego dixi vobis. ꝙ duplex est iudiciũ. est iudiciũ rescindens, & iudiciũ rescissorium. In iudicio rescindente est propositum quadriẽnium: vt. l. fi. s̃. ti. j. in iudicio rescissorio, est ꝓposit⁹ annus vtilis: vt hic. & l. in honorarijs. ver. sed cũ rescissa. de act. & obl. Hoc nõ reperio mutatũ: ergo adhuc hodie durat anno: ergo &c. qa ꝙ nõ immutat̃ &c. vt. l. p̃cipim⁹. ĩ. de app. Nec ob. istę gl. q̃ vident̃ velle, ꝙ tollat̃ quadriennio: nã fateor, ꝙ si per quadrienniũ quis fuerit negligens in ꝓponendo, & ꝓsequendo iudiciũ rescindẽs, impeditur natiuitas isti⁹ actionis rescissoriæ. & ꝓ tãto dicit, ꝙ quadriẽnio tollit̃.
12 ¶ † Sed quęrò à quo tp̃e incipit currere iste annus? breuiter secũdũ opi. quã tenui, incipit currere à die habite restitutiõis qa tũc orit̃, & perpetuat̃ ista actio cõtest. litis. secũdũ ꝙ gl. istę
13 dicunt. ¶ † Quęro, qñ ista actio est directa, natiua, nõ datiua vtrum tollat̃ anno vtili? certè hic est casus, ꝙ sic, secũdũ lect. ꝓut loquit̃ in re nõ vsucapta. Vide gl. tuã. sed possumus loq clarius, qñ actio prima durat ꝑ restitutionẽ, datur replicatio contra exceptionẽ inductã, ex tp̃e, vel ex pacto. Vidistis. s̃. si aduer. trãsa. in. l. ij. dico ergo, ꝙ illa actio prima est ꝑpetua hodie, sicut erat primò: sed effectus replicatiõis inductæ per restitutionẽ, finitur anno: sicut actio inducta per restitutionem finit̃ anno: ita replicatio. ¶ Sed de nouo est mirandũ, qño hę actiones p̃torię, q̃ sunt rei ꝑsecutorię, nõ sunt ꝑpetuę: vt insti. de ppe. & tẽp. act. & l. in honorarijs. in princ. de act. & ob. er-
14 go & ista debet esse ꝑpetua. † Rñ. actiões ꝑsecutorię, q̃ dant̃ à prętore, sunt ꝑpetuę: nisi dent̃ cõtra ius ciuile: vt. d. l. ĩ honorarijs. ver. sed cũ rescissa. & ideo redhibitoria, & quanto minoris finit̃ anno, vel sex mẽsibus: qa datur ad rescindendum contractũ validũ de iure ciuili. Ita ista quæ datur ad rescindẽdum illud, ꝙ erat validum, de iure ciuili finitur anno &c.

POMATES.
a ¶ Requiruntur. Aliquando tñ rei vẽdicatio dat̃. cõtra nõ possidẽtẽ. q tñ sperat de ꝓximo possidere. ita nq. Barb. in. c. fi. extra de iudic. qa ibi illi laici agebãt cõtra illam ecclesiã petitione, ꝙ non erat in possessione electionis rectoris, sed sperabat̃ de proximo esse per sententiã in fauorẽ illius ecclesiæ latã à Florẽtina potestate.

De alienatiõe iudicij mutandi causa facta. Rubri.

CVm in rem. Si res est alienata, causa mutandi iudicium, potest agi contra alienatorem ex hoc edicto, vel contra possessorem actione in rem. hoc dicit ista not. lex. ¶ Opp. quod imò dominium parit actionem in rem: vt. l. in rem. ff. de rei vendi. Sol. rei vendicatio habet duo principia formalia, vnũ ex parte actoris, & istud est dominiũ: aliud ex parte rei, & istud est possessio:
a vt hic. Et ideo ista duo requiruntur [a] copulatiuè. s. dominiũ & possessio, nec sufficeret vnum. Et istud vult dicere glo. posita hic. Dicit tamen quidam de quasi dñio, & quasi possessione: quæ an sit vera dicam statim. & vide primò gl. in eo, ꝙ dicit de quasi dominio, videtur cõtra titu. ff. de publi. vbi quasi domino datur publiciana: nõ rei vẽdicatio. & credo ꝙ gl. voluit intelligere quasi dominium. s. vtile dominium. de quo loquit̃ ti. ff. si ager vecti. vel emphy. petat. Item illud ꝙ dicit, de quasi possessione, videt̃ contra, qa incorporalia quasi possidentur: ut. l. seruus. §. incorporales. de acqui. re. do. de serui. l. quoties. & tamen nõ petunt̃ incorporalia per rei vendicationem, sed ꝑ confessoriam & negatoriam. Respond. credo glo. intellexisse quasi possesionẽ, pro eo, qui dolo desi͛t possidere, qui conuenitur, perinde ac si possideret: vt. l. parem. ff. de reg. iur. de rei uendi. l. is q dolo. & l. si culpa. Vel hoc dicit ꝓ eo, qui habet detentationem tantũ: vt. l. officium. de rei vẽdi. & ista sufficiant, quantũ ad rei vendicationẽ. ¶ Op. & videt̃ quòd non detur restitutio ex hoc edicto: sed actio in factum: vt. ff. eod. l. j. & l. ex hoc edicto. Solu. intellige restituitur, per actionem in factũ. ¶ Quęro, qd requiritur, vt actio in factũ, locum habeat: dic vt in glo. quam vide. ¶ Quęro, vtrum contra istam alienationem detur rei uendicatio, cum aliâs quasi dolo desierit possidere? gl. dicit, quòd sic, & bene. & dicunt in gl. ¶ Quęro, an per actionem ex hoc edicto tollatur rei vendicatio? glo. dicit quòd non. ff. eod. l. iij. §. ex quibus. & verum dicit, quia competunt ad diuersa. ¶ Quæro, qualiter probatur, quod dolose alienauit? dic vt nota. per Cyn. in. c. pro possessore. extra de reg. iur. lib. vj. gloss. in. l. Fulcinius. §. quid sit latitare.

a ¶Ex sententia. Qualiter ista debeāt procedere de iure canon̄.& multa vide per Ro.ī.l.ex cōsensu.de appel.& quæ ibi dixit Alex.& lege istā in verbo sæpe rescriptum.ponderat Pau.de ca.in con.quod incipit: In Christi nomine amē.versi.visis & pōderatis omnibus &c.ꝙ ex cōmuniter accidentibus bona est argumentatio.de quo vide in.l.neq; natales.ꝗ.de proba.

* Aduerte.ꝙ Bart. in hac.l.j.de arbitris. inuoluit vitio cōtrarietatis. secundū quosdam. Sed ꝑ saluatiōe. Bar.& in quo arguit de contradictione,vide concordā. quā posui ad.l.nemo potest ff.de leg.j.

b ¶Oriatur actio. Sed quid si fiat cō promissum per stipulationem sine pœna:an ex sē tentia oriatur actio: sicut quādo pœna est inserta: vide Cy. & quod ibi not.Barto.per illum tex.in.l.diē ꝓferre.§.fi.ff.de arbit.& ꝗ differē tia fit inter compromissum, & iudicium: vide latè Spe.in titu.de arbit.§.differt.ꝑ totum illum.§.& Ange.de aret.in §.omniū.in.ij.colū.instit.de actio.

c ¶Oppo.ij. Qualiter intelligatur. vide omnino Barto.in.l.fi.de bon̄. pos.secudū tabu. Et hāc leg.limita. vt nota.ꝑglos.& Bart.in.l.arbitro. qui satisd. cogan. vbi vide omnino. & vide per Moderñ.in.l.ex consensu.in princip. ff.de appel.Itē limita: nisi cōpromissum fit in iudicem:& ipē vt arbiter sententiam tulit:quia tūc poterit appellari. Tex.est valde no. in.c.à iudicibus. ij.q.vj.& no.in.c. ab arbitris.de of fi.deleg.lib.vj.Potest tamē semper opponi exceptio doli.secūdū Bald. ī rub.ꝗ.de appel. in fi. Item potest peti in integr. restitu.secundū Bal. ī.l.j.in fi.si de momen.pos.fue.ap.

POMATES.

d ¶Vtrum hodie. Vide Alexā.in.l. nemo potest.ī.vj. colū.& ibi Mod. & maxime Are.&

latitare.quib.ex cau.in pos.eatur.

De receptis arbitris, *Rubri.*

¶Gl.cōtinuat vt habetis in ea,tu potes cōtinuare:vt colligit̄ ex his,ꝗ dixi.s.de i ius voca.l.j.&c.

SVMMARIVM.

1 *Ab illa sententia,quæ parit actionē iudicati,pōt appellari.*
2 *A sñia arbitri nō oritur actio:& ideo ab ea nō appellatur.*
3 *A sententia arbitri,eo casu:quo oritur actio appellatur.*
4 *Appellari num poßit ab arbitrorum sententia,ex qua ex statutorum forma actio oriatur?*
5 *Pactum quod à sententia arbitri poßit appellari,an valeat.*
6 *Verba debent intelligi secundum subiectam materiā,in qua posita sunt.*

a EX sententia [a] Breuiter hoc intendit ista bona lex. A sententia, quę nulla est:appellari nō potest. Itē sñia arbitri vltra die com promissi, pœnā cōmitti nō facit. h.d. ¶No.ꝙ ab illa† sñia pōt appellari,quę pa
1 rit actionē iudicati. ¶†Secūdō no.ꝙ sentētiæ a
2 bitri,metu penæ paret̄:nō ꝙ ex sñia oriat̄ a ctō.[b]
b ¶Not.ꝙ a sñia arbitri nō pōt appellari.¶Opp. ff.eo.l.nō distinguemus.§.cū quidā.Sol. non pōt appellari,vt hic:qa est introducta ꝗdā exceptio, quæ est ꝗdā appellatiōis species:vt leg.cōtraria.
c ¶Opp.ij.[c] ꝙ ex sñia arbitri oriat̄ actio: vt.ꝗ.eo.l. ne in arbitris.&.l.cum antea.Sol.olim nō oriebatur,hodie sic:vt leg.cōtraria.¶Quæro,vtrū ho
d die[d] eo in casu,†quo actio orit̄ à sñia arbitri pos
3 sit appellari?gl,dicit ꝙ nō. Nā tunc orit̄ actio qñ sentētia est approbata expressè,vel tacitè per cursum decē dierū:aut ergo est aprobata expressè.& nō pōt appellari:vt.ꝗ.de re iudi.l.ad solutionem, Aut nō:& tūc itra.x.dies nō pōt appellari:qa nō orit̄ actio,post decē dies nō posset:qa trāsactū est tp̄s appellādi.Ita dicit gl.tua,quā vide: & oēs eā tenēt:& sic ptrāseunt oēs doct. Ego al's dixi in.l. nemo pōt.ff.de leg.j.Puto,ꝙ à sñia arbitri eo casu quo pōt cōfirmari tacitè,ita ꝙ oriat̄ actio pōt ap
e pellari.[e] Quod ꝓbo sic:ab ea sentētia,quę ꝓducit actionē iudicati.pōt appellari:vt hic. sed ista est huiusmodi:ergo &c.No ob.si dicis ante decē dies nō oritur.post,sero ꝓuocatur &c. vt in glo. qa eo ipso,ꝙ qs appellat,approbat sententiā &c. ita ꝙ ex ea oritur actio,& sic potest appellari.Nō em̄ apprabat eā tanq̄ bene latā:sed tanq̄ sic latā. Simile in.l.iij.§.falsus.ff.rē ra.ha.&.l.Pomponius scribit.ff.de neg.gest.& ibi not.¶Ex hoc text.&
4 rōne ipsius,habes vnū notare.& meti tenere † ꝙ cum hodie ex forma statutorū ciuitatū Italiæ ex sententia arbitrorū oriatur actio.ꝙ ab illa sententia pōt appellari:sicut à sñia iudicis:tene menti, non dico de arbitris,sed de sñia arbitratoris:quia arbitramentū est quidā contractus,nō sñia: ideo est recurrendū ad materiam.l.societatem.§.arbi
5 trorum.ff.pro socio.¶†Quæro,vtrum valeat pa
f ctum,ꝙ à sentētia arbitri possit appellari.[f] Dyn. posuit in,l.ex cōsensu.ff.de app.& quidā habet ī l.nemo pōt.ff.de leg.j.& ibi videt̄ tenere, ꝙ tale pactum valeat.Cyn.hic videt̄ tenere contrarium: qa ꝑ hoc daret̄ iurisdictio arbitro, cōtra.l. priuatorum.ꝗ.de iurisdi.om.iudi.¶Ego sum cōsuet⁹ dicere,ꝙ tale pactum valeat in oī casu. Aut em̄ loquimur in casu.quo de iure cōmuni pōt appellari secundū ea,ꝗ.s.dixi.& nō est dubiū.Aut loqmur ī casu,quo à sñia arbitri non possit appellari de iure cōi:quia ex sñia arbitri no oritur actio & tunc idem.& illa verba,ꝙ liceat appellare,accipiuntur impropriè,hoc est,ad iudicē reclamare.Quid em̄ repugnat,ꝙ inter me & te,cōueniat.ꝙ sentētia arbitri reuideatur per iudicē,certè nihil.Nō dico ꝙ

Ias.ff.de le.j.Ex quorū dictis colliges veritatem horum quæ dicit hic Bar.& vide Raph.cu.cōsi.l.Et quid iuris sit in sententia arbitratoris,vide per Pan.cōs.lxxvij.col.fi.ī.ẏl.dubio,vo.ij.&Alex.ī.l.j.co.vj.ff.de leg.j.
e ¶Appellari. Appellari an possit ab arbitro, & Adde Bal.l.ex cōpromisso.ff.eo.& Bal.in.l.arbitro.ff.qui satisda.co.& ibi Ange.videtur tenere contrarium.

sit appellatio propria,quæ rescindit sententiā,ꝗ
6 nulla est:ergo † est quedā reclamatio. Verba tñ debēt intelligi.secūdū quod ponūt,al's sonāt.& secundū subiectā materiā,in qua posita sunt:vt.l.si vno.in prin.ff.loca.&.l.si stipulatus.ff.de vsur.

SVMMARIVM

1 *Contumax quando in non comparendo coram arbitro, incidat in pœnam.*

SI contra. Qui est contumax non comparēdo coram arbitro,incidit in pœnam cōpromissi.h.d.¶Opp.ff.eo.l.nō ex oībus.
1 vbi ex sola contumacia nō videt̄.† ꝙ quis īcidat in pœnā.Sol.hic fuit expressè a rū: vt dicit gl.& ita intelligit illum tex.¶Contra istam solutionē oppo.de.l.diē proferre.§.si quis.ff.eo.Sol.pro declaratione hui⁹ leg.debes scire,quādoq; est actum expressè,vt debeat venire ad pręceptū arbitri.& tunc non est dubium,ꝙ pœna cōmittitur,nō veniendo vt hic.Quādoq; nō est actū:& tunc aut est f
actum,ꝙ sententia posset ferri parte absente:& tunc nō veniendo pœna nō cōmittitur.Ratio:qa non impedit arbitrum sententiare: qa hoc potest parte absente.Si verò hoc nō esset actum:tunc nō veniēdo pœna cōmittitur:nō qa nō venit principaliter:sed qa nō veniendo impedit sententiā arbitrū ferre.hic est casus in.d.l.diē ꝓferre.§.si qs litigatorū.ff.eo.& secundū istā determinationem debet intelligi tex.l.non ex omnibus.ff.eo.

SVMMARIVM

1 *Conditio tacita quòd impediat natiuitatem actionis, sicut expressa.*

g ARbitrorū. [g] Hec lex breuiter dicit. Aduersus petitionē pœnę,cōpetit exceptio doli,si per sordes fuerit arbitratū.h.d. ¶Op.& videtur,quod pœna committitur ipso
h iure.[h] qa in cōpromisso inest tacita conditio,si dolo nō arbitratur:vt.ff.e.l.j.§.ita demū.Solu.glo.ꝙ
i tacita cōditio non impedit natiuitatē actiōis:[i] vñ
1 glo.non dicit verum.Imò tacita† cōditio impedit natiuitatē actionis, sicut expressa:vt not.in.l.itē quia.ff.de pac.quę glo.dicit verius,q̄ ista, & ibi respōdet ad.l.quę extrinsecus.de ver.ob.Sol.ergo ista tacita cōditio,nō inest stipulatiōi, sed ex actiōi.Ita vr̄ velle.ī.d.l.ita demū.ff.e.meritò nō impedit natiuitatē actionis:sed inducit exceptionē. ¶Op.ff.e.l.diē.§.stari.Sol.illa intelligit̄ secundū istā.querit glos.quid si arbiter tulit sententiā per dolū,absq; sciētia partis?dic vt in gl.& bene &c.

SVMMARIVM.

1 *Partes scripserint uel scribi fecerint se iurasse,quo ad iuramentum perinde est.*
2 *Actio ex sentētia arbitri,quando est iuratum,oritur,& quæ actio.nu.5.*
3 *Acta debent apparere in scriptis,& quando poßint probari per testes.*
4 *Consentire,& approbare.qñ uideatur,qui non cōtradicit?*
6 *Iudex uel arbiter,quando poßit esse testis, in causa super qua iudicauit.*

NEin arbitris. Ista lex diuiditur in plures partes,Primò ponit ꝓœmium. Secundò ponit dictū,qñ iurauerūt partes,& arbiter. Tertiò,qñ iurauerūt ptes,& nō arbiter. Quartò,qñ iurauerit arbiter tm̄. Quītò qñ de iuramēto nihil cōstat.sed altera ps tm̄. Sextò, qñ post sñiam ptes homologauerūt.Secūda ibi:si igitur. Tertia ibi:finaūt. Quarta ibi.sed & si ipse Quinta ibi: finaūt inscriptura. Sexta ibi: si quis aūt.Breuiter dicit.¶Si quid in cōpromisso fuerit iuratū à partibus, & ab arbitro,vel a partibus tantū,vel ab arbitro tantū,ex arbitri sñia oritur actio,& exceptio:sec⁹ si altera pars tm̄ iuratū asse

Quæ autē sit ratio,ꝙ à sententia arbitri nō appelletur.vide Ange. & docto.in.d.l.arbitro.

ADDE, quod Bald. hic reprobat Bar. inquantum allega.§.falsus.& inquātum dicit.ꝙ in casu.l. cum antea. possit appellari itra.x. dies. de quo per Alex.cōsi.xxiiij. lib.iiij.&.xcvj.li. j.& li.iiij.Pau.de castr.cōsil.ccxvj.

f ¶Possit appellari. Adde.Mo.in.l. ex consensu. in prin.ff.de app.& cōtra Barto.tenet Spe.in tit.de ap. §.iij.versi. quid si conuenerit.alleg. text. in auē.vt in med.litis nō fiant sa.ius.circa princ. & in.l.priuatorū. ꝗ.de iurisf.om.iu.

g ¶Arbitrorum. Not.ꝙ sententia arbitri corrupti pecunia valet, licet obstet exceptio doli:vthic.& not.Inno.in.c.cū ab omni.de vita & hone.cleri.& ibi glo.licet Ioā. dixerit cōtrariū. ij.q.vj.c.ei qui.§. diffinitiua. ver.venales. Secus si cōtinet expressum errorē:qa est nulla,sicut sñia iudicis:vt ī.§.stari.hic alle.ꝑ gl.& Bal.in l.venales.ꝗ.qñ ꝓ uoc.nō est neces.

h ¶Ipso iure. Facit ꝙ no.in.l.iij.§. si.seruus:de pec.

i ¶Actionis. De quo vide etiā per Bal.in.l.si ex cautione.ī.viij.qō. & ibi etiam p Cy. ꝗ.de nō nu.pecu. & Bal.in.l.v.circa finem.ff.de cadu.tollen.

a ¶No. ex hac leg. Siue post iurauerit. & sic facit ista lex. ad no. in. l. si qs maior. s. de transac, ꝙ illa lex. locum habet, siue iuramentum fuerit positum in contractu siue post. And. Bar.
b ¶Cōsentire. Et bon⁹ tex, & ibi no. Bar. j. de rel. l. j. & vide. j. ĩ fi. hui⁹ leg.
c ¶Aperit. Vide Bar. in. l. j. circa fi. de condi. ex leg.
d ¶Condictio. An actio varietur per sñiam arbitri? vide latè Spe. in tit. de arbitrit. ĩ. §. fi. ĩ ver. Itē quæro. an act. &c. cū. §. seq.
POMATES.
e ¶Et meli⁹. Vide Raph. cu. cōs. vij. in. iiij. col. Feli. in c. cū à nobis. colū. iij. ver. ij. cōclusio. de testi. Ant. de but. cōsi. xxiiij. in v. col. & se. & cōs. xxxiij. & Car. cō. cxxxvij. col. iiij. & sequē. & Ana. xvij. col. iij. Bal. ĩ c. cōquerēte. in fi. de resti. spoli. vbi dicit, ꝙ tales non poterūt testificari de fundamento iurisdictionis suæ. & Are. in. c. qualiter, & quando. primo. col. iij. ad fin. de accu. & Panor. consil. lxiiij. & Panor. in. c. ij. col. iiij. ad fi. de arbit. & Are. cōsi. clxiiij. col. vj. & Bal. ĩ. c. dilecto. & Bal. in. d. c. cum à nobis. & Alex. cō. lxxxviij. col. pe. volu. v. & non ab re. consil. cxxiiij. volu. ij. & vide etiā Alexan. cons. lxx. vol. iij. colū. pe. vbi dicit generaliter. ꝙ iudex nō pōt deponere sup validitate. & iustitia sñiæ suæ: & ibi vide aliqd.
f ¶Non pōt. Vtrū iudex, vel arbiter posit esse testis i cā. in qua est. vel fuit arbiter. Adde Bar. in. l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. & qd in denunciatore: vide casum. in. c. omni negotio. de te. & Bar, ĩ l. diuus. in fin. de re iudic. Iudex tamē semp poterit esse testis, ad instructionē, & æstimationem saltē. gl. est valde no. in. c. ij. de cō. xv indist. alle. l. sciendū. ff. de ap. reci. & c. cordi. de app.

uerat. Item si arbitri sententia homologatur, ꝓducit actionē. h. d.
a ¶No. ex hac[a] leg. ꝙ siue sit iuratum.
1 †siue partes scripserunt, vel scribi fecerunt, se iurasse idē est.
2 ¶Secūdò not. † ꝙ ex sententia arbitri, quādo est iuratum, oritur actio. †
3 ¶Tertiò not. ꝙ acta debēt apparere in scriptis: aľs non creditur eis: vt hic in versicul. si autem in scriptura,
4 ¶Vltimò not. & tene menti: † ꝙ ille qui non cōtradicit, videt̃ cōsentire: †[b]
b & approbare: vt hic ĩ fi. ¶Op. s. eo. l. j. Sol. speciale est, quādo fuit iuratum, ꝙ ex sentētia oriatur actio. ¶Sed circa istam partē quæro, quę actio datur ex tali sentētia. tex.
c non bñ aperit[c] secūdum quod vidistis. † Glo. di-
5 cit: aut in sentētia venit aliquid incertum. & dat̃ actio in factum: aut venit certum, & habet locū cō-
d dictio[d] ex lege aut sñia fuit lata super actione in rem, & habet locum vtilis in rē. vide gloss. ¶Venio ad versi. si autem in scriptura. ¶Oppo. & videtur, quod arbiter sit idoneus testis, in qua causa fuit arbiter. vnde videtur obstare. l. ob carmen §. illud. ff. de testi. Solu. dicit gl. Illud ideo, qa erat vnus solus: & dicto vnius nō est credēdū. l. iurisiurandi. j. de testib. Alij dicūt hoc ideo quia debet
6 apparere in scriptis, & non apparebat. † Tu dic
e clarius, & meli⁹.[e] aut iudex assumitur, vt testis in
f causa, donec est iudex, vel arbiter: & nó pōt:[f] ne duplici fungat̃ officio: vt. l. quisquis. s. de postul. Aut postq̃ causa est finita: tūc si quidem assumitur, vt testis, super processu valet ei⁹ testimoniū: vt. d. l. ob carmē. §. illud. nisi ei obstaret, ꝙ esset solus: vel quòd scriptura non esset facta: vt hac leg. Aut assumitur ad testificādum super iustitia sententię suę, & nō potest: quia est suspectus. argu. l. eos. in prin. de appella. & de hoc p gl. & Inno. extra de test. c. cum a nobis. & c. dilecto filio. & de
g elec. c. cū dilectus. ¶Item oppo. ad hāc partē[g] de l. in exercēdis. j. de fide instr. Sol. fallit in actibus, qui debent approbari per scripturā. vt hic. & in c. quoniam cōtra falsam. extra de probationi. cū glo. ibi posita. ¶Contra hoc oppo. de. l. quoties. §. fi. de probatio. cū glo. ibi posita quæ innuit, ꝙ
7 acta probātur per testes. Sol. dic † ꝙ acta possunt
h probari per testes.[h] qui dicūt hoc fuisse actū, & hoc fuisse scriptū: vt. l. testium. j. de testib. Ita debetis intelligere istā materiā. ¶Venio ad versic. fi. hic habetis, ꝙ paria sunt dicere. non contradi-
i co, & approbo.[i] facit ad hoc, ff. rē rat. habe. l. quo enim. §. i. & quod ibi not. in glo. parua. Rog. & de hoc ibi, dixi in. d. l. quo enim. §. j. & gl. tangit in. l. si absentis. j. si cer. pet. &c.

SVMMARIVM

1 *Arbiter non tenetur iurare, nec debet.*
2 *Compromissuum in arbitrum cum iuramento, & pœna si factum est iuramentum reijcitur.*
3 *Dispositio huius authen. non habet locum cum iuramento.*

DEcernit ius. Ista aut̃. corrigit legem. C. & vult, ꝙ super cōpromisso no iuret̃. ¶Opp. & videtur, ꝙ arbiter, q malè iudicat. faciat litem suā: vt. l. si quis in cōscribēdo s. de pac. Solutio. fallit hic, qñ sui iuratū. ¶Quæro, de duob⁹. primò in quo corrigit̃ lex. C. Rñ. certū est ꝙ si. hui⁹ leg. nō corrigit̃: sed de eo, ꝙ dicit̃ ĩ prin. sunt opi. Nā quidā dicūt, ꝙ ꝓhibet iuramētum præstari à partibus tantū, non ab arbitro. & istud tenet Pet. quasi nō sit prohibitū arbitrū iurare, sicut non est prohibitū de iudice. Alij dicūt,
k ꝙ prohibet sacramētum[k] & arbitri, & partiū. Et hanc opi. gl. nostræ tenent: sed de iure canonico hoc reperitur esse prohibitum: imò iuramentum est seruandum: nisi uergat in dispendium salutis ęternę: ut in. c. cum contingat. extra de iureiuran. Certè, de hoc uellē uidisse opinionem canonista-
1 rum: tamen mihi uidetur, † quod aliud sit expresse cautum in iure canonico, quod tale iuramentum nō liget: qa, ut uides hæc lex præcipit, ne arbiter assumatur cum iuramento, & ideo q hoc fa-
l cit, peccat mortaliter[l]: quia facit cōtra præceptū Principis: meritò non est seruandum: quia uergit
2 in interitum salutis æternæ. ¶ † Quærit glo. quid
m si fuerit apposita pœna[m] & iuramētū? dic vt in gl. secūdū opi. Io. qa iuramentum reijcitur, & remanet compromissum ualidum cū pœna. ¶Vltimò
3 tamē scias, † quod hæc authen, habet locum in arbitro, non arbitratore. Ille enim potest assumi cū iureiurando: ut in. c. quintauallis. extra de iureiu. & l. si libertus. de ope. lib. &c. hic non sunt alia pro nunc dicenda.

g ¶Ad hāc partem, Adde Barto. in. l. fin. in finalibus verbis. j. de edi. di. Adri. tol. & quę dixi post glo. & Bar. in. l. contrahitur. ff. de pig.
¶Per testes. Vide. l. curent. ff. de testi.
h ADDE. Pau. de cast. cōsi. ij. Et adde Lanfran. de Brix. in repet. c. quoniam contra falsam. col. v. extra de proba. qui tenet, ꝙ sic. & allegat. c. sicut. extra de re iudica.
POMATES. ¶Et approbo. Hoc tamen non habet locū in notario dicente: partibus præsentibus, & non contradicentib⁹: quia tunc non ęquipollet verbo approbo. Ita plenè dicit Oria. in trac. suo. de arbi. in. vj. char. in. v. col. in verbo homologatio. & vide etiā ad istam leg. eundem in char. xx. q. xxj.
k ¶Decernit ius Sacramentū. Not. ad. c. cū cōtingat. de iureiur. & adde not. per Bart. in. l. si quis ꝓ eo. ff. de fideius.
l ¶Mortaliter. Et uide quæ no. Bar. in. l. societatem. in vlt. col. ff. pro soc.
m ¶Apposita pœ. Vide oīno Barto. in. d. §. arbitrorū. in versi. q̃ro: an ex sñia arbitratoris. Et ad istud, ꝙ hic dicit Barto. ꝙ arbitrator assumit cū iuramento: est tex. iuncta gl. in. l. hac edictali. §. idē istud. in uersic. sacramēto. C. de secū. nupt. & ex opposito iudex de hoc latè p Specu. in tit. de arbi. §. fi. uer. sed quid si cū adulto. cum. §. fi. & seq.

SVMMARIVM.

1 *Sententia arbitri à partibus homologata, oritur actio, & exceptio.*
2 *Actio ex sententia arbitri, que nam oriatur?*
3 *Clausula, rato manente pacto: quid operetur in compromisso, in quo est pœna apposita?*
4 *Dispositio huius leg. quando in compromisso est adiecta, stipulatio non habet locum.*
5 *Laudū ꝙ nō possit homologari ante quàm feratur.*
6 *Arbiter debet sententiam suam ferre in scriptis.*
7 *Litis cōtestata. facta corā arbitro interrūpit præscriptionē.*
8 *Probationes factæ corā arbitro, faciunt fidē coram iudice.*

n CVm antea.[n] Ex sententia arbitri, pacto nudo, & sine pœna assumpti, homologata, tacitè, vel expresse, oritur actio: & fit interruptio pręscriptionis: & ex actis corā eo factis ĩ alio iudicio sit ꝓbatio. h. d. ista est notabilis, & singularis lex. & est cōstitutio noua. Primò recitat ius antiquū. Secūdò ponit statutū, qñ partes approbāt expresse. Tertiò quando partes approbāt tacitè. Quartò quādo expresse reprobāt Quintò ponit, an fiat præscriptiōis interruptio? Sextò & vltimò, an acta ꝓbēt in alio iudicio. Secunda ibi: sancimus. Tertia ibi: si autem. Quarta ibi: altera. Quīta ibi: licet. Sexta ibi: adhęc. ¶No. ex princip. leg. ꝙ ex sentētia arbitri oritur actio,
1 † & exceptio, & habet executionē paratā, si est homologata tacitè, uel expresse. ¶Opp. s. eod. l.
2 j. † Solu. dicunt quidam: fateor quod non oritur actio ex sententia, ut ibi: sed ex lege sic, ut hic. dū
o dicit: ex nostro nomine. Vel dic, & meli⁹:[o] quòd hic est speciale, quando arbiter est assumptus pacto nudo, & sine pœna. Nā quando est apposita
p pœna, per prouisionem propriam, [p] recedit̃ à prouisione hui⁹ leg. ¶Item oppo. de. l. diem proferre. §. fina. ff. eo. Solu. ibi loquitur quando arbiter fuit assumptus per stipulationem: licet pœna nō fuerit apposita. Nā agitur actiōe ex stipulatu ad

n ¶Cum ante. In. l. cū anteà. in princ. an autem arbitramentū homologetur cursu. x. dierū Bart. ĩ. l. societatē. §. arbitrorū. ff. ꝓ soc. tenuit ꝙ non. Sequitur Imol. in c. quintauallis. extra de iureiur. Et adde ꝙ laudū Iudæorū, absq; homologatiōe tacita vel expressa, incōtinenti mandatur executiōi. tex. est ibi not. secundum vnā lec. ĩ. l. Iudei. C. de Iudeis. & ibi not. Gu. de Suza. & quid si est cum pœna, an mandet̃ executioni: vide quæ dixi in. l. diē proferre. §. fi. ff. e. Et ibi quid si est clausula rato manēte compromisso. Et adde tu. an ista lex habeat locum in arbitratore. & Inn. in. c. quintauallis. circa finē. extra de arbi. sentit, ꝙ sic. & ita ipm refert, & seqt̃ Petrus de Anc. in cōsil. ccviij. col. iiij. post med. & inci. cō. iudex de iure iudicaturus.
o ¶Et melius. Et adde in. l. fi. de execu. rei iudi. in vlti. col.
p ¶Prouisionem ꝓpriam. Et quomodo oriat̃ actio, ex sententia arbitri, effectu, vel non: an verò ex cōuentione cōpromissi. vide Bar. not. in. l. fi. in fi. j. de sec. tab. & ad Bar. hic, quod ipsemet no. in. l. diē ꝓferre. & in. l. ij. ff. eo. Quid in sententia arbitratoris? no. tamen, ꝙ si laudum est debitum, potest implorari iudicis officium pro executione: vt no. Bart. in. l. fi. ĩ. iij. col. C. de exec. rei iu. & ibi vide eū etiā no. hic. & ad Bart. hic vide eum in. l. ait Prætor. in prin. & ibi per Alexā. cum concor. ff. de re iudic, interesse.

a ¶ Sipulationē simplicē. Et ita tenet hic Cy. & istis adde Spe. de arbi. §. fi. ver. cōsueuit. & uer. qd ergo secūdū pmissa. & uer. qd si sunt. cū uer. se.

b ¶ Homologauerūt. Sed si cōpromissum nō pcedit, an posit homologari? dic ꝙ nō. vt. c. examinata. de cōfir. vti. vel inuti. & ꝙ no. ī. l. iij. §. sed seruus. ff. de pecu. Bart. in. d. §. arbitrorū. ver. qd si in cōpromisso dictū sit, ꝙ ex nūc partes &c. in pe. col. ADDE, ꝙ consuluit Pet. de Anchar. cōsi. cclxij.

c ¶ Iuri futuro. Et vnum adde, ꝙ not. voluit Barto. in. l. ꝙ de bonis. §. j. ad. l. falc. & idē tenuit Spec. in ti. de arbit. §. differt autē. ver. si sit pactū &c. & in. §. fi. ver. qd si sit cōpromissum. & his adde Bal. ī. l. fi. ī. xij. q. de actio. emp.

d ¶ Aut. gñaliter. De hoc per Bart. in. l. fi. de edic. diui. Et an inducat vitiū litigiosi, no. Bart. in. l. j. in fi. ī. cōi diuid. Adde, an p sñiam arbitratoris interrumpatur pscriptio? Old. cōsil. clxxvj.

e ¶ Sancimus. Sed quid si cōpromittentes iurant: not. Spec. in tit. de arbi. §. pe. post prī. in fi. vide oīno. c. dilecti. extra eod. vbi uidetur pbari, ꝙ hoc sit speciale in partib9 Gallicis, secūdū eorū consuetudinē. Ex opposito vide in l. fœmie. de re. iu.

f ¶ Constet. Et adde, ꝙ licet hoc regulariter sit, ꝙ pcurator rei caueat de iudicato soluē do: tamē illud fallit, si venit ad defensionem alicuius causæ. Ita no. Ang. in lege fili9. ff. qui satisda. cog. & alleg. glo. in lege, in eod. §. j. ff. de regu. iuris. Et ad hoc facit in simili. quod notat Bart. in. l. debitū. ff. de condi. inde. & in l. filiusfamilias. de dona. & in. l. cum pcurator. ī prin. ff. de dam. infect. quod not. Item not. ꝙ vbi procurator venit ad defensionem resultantem ex actis, nūq̄ est necesse, ꝙ de rato caueat: quoniā si quis nō defenderet, iudex ex officio defendere & supplere teneretur secūdū gl. in. l. vbi pactū. s̈. de trāsac. Etiā qa in tali defensiōe, vel persona inhabilis: puta mulier, aut minor admittitꝛ secūdū Inn. in. c. veniens. extra de accu. & refert do. Lud. Roma. in. l. de pupillo. §. qui procurator. ff. de oper. noui. nun. Itē non tenetꝛ cauere in casibus. de quibus in. l. pompo. §. sed & is. ff. de procu. & ꝙ no. Bar. in. l. de pupillo. §. de. de ope. noui nun. Item non cauetur de iudicato soluē do: vbi natura causæ non patitur: vt declarat Imol. ī. l. peñ. §. ad crimen ff. de publi. iud. Et adde, ꝙ in iudicialib9 verum est, ꝙ debet certificari aduersarius de reuocatione antea facta: si fuit facta fides de mandato: alīs non est necesse: vt est gl. fi. ī. c. ij. de procu. in. vj. Quā ad hoc alleg. doct. in. c. ex pte decani. de resci. An autē in extraiudicialibus sit necesse reuocatiōné venire ad notitiā aduersarij, vide per Inn. in. d. c. ex pte. & de hoc ibi per oēs docto. vbi ponunt hanc materiā. Et an in matrimonio habeat locum dicta reuocatio: etiam anteq̄ perueniat ad notitiā, habetꝛ in. c. fi. de proc. in vj. vide p doct. in d. c. ex pte decani.

POMATES.

g ¶ Notabile, & oppo. An & qn̄ factū à procuratore reuocato valeat. Et limita totam istam materiam, vt non valeat reuocatio procuratoris, scilicet hodie faciē do ipsum procuratorem, & cras reuocādo: & sic cā captionis cū altero cōtrahētiū. tex. est singularis. in. l. sed & si pupillus. §. sed & si aliâs ff. de īstituto. tex. p singulari alle. Roma. in singulari. cccclxxxj. īci. variant.

interesse. ideo nō est loc9 puisioni huius leg. idē
uidetur gl. tua. ¶ Ideo p declaratione huius ma-
teriæ aduerte: quādoq; arbiter assumitꝛ cū pœna
pacto nudo: & tunc ex eius sententia nō oritur a-
3 ctio: ut. l. j. s̈. eod, Rationē tibi dixi. s̈. † nisi esset di
ctū, rato manēte pacto: tunc enim pœna cōmissa,
& etiā soluta, remanet pactū simpliciter: ideo ex
sentētia orietur actio: sicut si ab initio solo pacto
sine pœna esset compromissum: vt hac leg. ita te-
net. gl. in. l. ij. ff. eo. ꝙ tene menti perpetuò. Quan
doq; arbiter sumitur pacto nudo tantum: tunc si
quidem fuit iuratū, oritur actio, & exceptio: vt
nota. s̈. eo. l. proxi. hodie secus: ut in autꝛ. decerni-
mus. Aut arbiter fuit assumptus p stipulationem
a [a]simplicem: & tunc si quidem nō fuerit apposita
pœna, nō oritꝛ actio, neq; exceptio: sed agitꝛ ex sti-
pulatione ad interesse: ut. l. dic̄. §. fi. ff. eo. Si uerò
fuit apposita pœna tūc idē: qa metu pœnæ debet
parere compromisso: vt. s̈. eodem. l. j. etiam si fue
rit dictum rato manente pacto. cum pœna soluta
remaneat compromissum, cū in simplici stipula-
tione & nō haberet locum hęc lex: ut. s̈. dictū est.
Remanet ergo quod hęc lex habeat locū, quādo
compromissum fuit factum pacto nudo, sine pœ
na: & fuit homologatū: vel cū pœna, & fuit dictū
4 rato manente pacto: & sic cū † hodie quasi in quo
libet compromisso, stipulatio inseratur. nō habe
ret locū ista lex: sed statuta circa hoc prouiderūt.
¶ Quęro, qd si non fuerit apposita pœna, sed pi-
gnus? glo. uidetur uelle quod sit idē, quod in pœ
na, quādo pignus debet dari parti: quia per hāc
prouisionem uidetur recedere à prouisione hui9
leg. argu. l. fi. de pac. conue. ¶ Quæro hic loqui-
tur quando partes subscripserūt se, post latā sen
tentiam. ¶ Quęro, quid si ante latam sententiam
b partes subscripserūt se, & homologauerunt [b]lau-
5 dū ferendū: an ualeat? † gl. hic disputat, quam vi-
de: finaliter nihil determinat. Nos arguam9 ali-
quātulum: & uidetꝛ quòd homologatio facta an-
te sententiam non ualeat: quia iuri futuro nō po-
test renunciari: ut. l. qui superstitis. de acquir. hæ
redi. habuistis not. s̈. de pact. l. j. Item pro hoc ui-
detꝛ hęc lex à cōtrario sensu. Contra, quòd ualeat
uidetur casus. ī. de tēp. appe. l. fin. §. fi. Item: quia
c per pactū potest quis renunciare iuri futuro: [c]vt
s̈. de pact. l. j. ad idē. ff. de pac. l. & heredi. §. filiafa.
omnes istę rationes uidentur hic in glo. ¶ Domi-
ni uos scitis: quia est quæstio, an ualeat pactū de
non petendo reduci ad arbitrium boni uiri. quā
questionē ponit Dy. in. c. scienti. de reg. iu. lib. vj.
Cy. ponit hic. Gul. in. l. si unus. §. illud. ff. de pac.
Dy. tenet, ꝙ tale pactum nō ualeat: quia per hoc
arbitri inducerentur ad delinquendū. Facit etiā
plures alias rationes in. d. c. scienti. & in. l. qdā cū
filiū. ff. de uer. obl. Per easdē rationes nō ualet ei9
homologatio facta ante sentētiā. Ita reperio Dy.
cōsuluisse, & Ego iā cōsului, quòd nō ualet p eas-
6 dem rationes. ¶ Quęro, utrū arbiter † debeat fer-
re sñiam in scriptis? Gl. hic dicit, ꝙ sic, & colligit
ex isto tex. cū dicit subscripserīt. ¶ Venio ad uer.
7 licet. No. † ꝙ hic cōtestatio facta corā arbitris, in
ducit ppetuationē, & interruptionē pscriptiōis:
sicut facta corā iudice. Cōtra. s̈. de epis. & cle. autꝛ.
d generaliter. [d]vbi p arbitriū non mutatur iudiciū.
8 Sol. vt ibi. ¶ Vltimò not. ex fi. † ꝙ pbationes fa-
ctę coram arbitro, faciunt fidem coram iudice: ꝙ
dic, ut dicemus. ī. de testi. l. fi. &c.

e SAncimus. [e]Mulieres non possunt arbitrium assumere. h. d. ¶ Quærit glo. quid in Comitissa Mathilda, & in Comitissa Campaniæ: & in Regina Apuliæ: utrū in istas dominas ita præexcellētes, q̄ tenē t iurisdictionē posit cōpromitti? gl. tenet ꝙ sic, p. l. j. ī. de emā. li. & est casus extra. eod. tit. c. dilec.

De satisdando. Rubrica.

¶ Glo. continuat rubricam hoc modo: dicturus de iudicijs, pręmittit de satisda. quæ interponuntꝛ ante litem contestatam. ¶ Quærit glo. quid sit satisdatio? Certè intelligitur cum fideiussore: vt. ff. qui satisd. cog. l. j. &c.

SVMMARIVM.

1 *Procurator quando est ad acta constitutus, non dubitatur de mandato.*
2 *Reuocatio procuratoris, quæ non peruenit ad notitiam iudicis, uel actoris, non nocet: & quando noceat, & debeat fieri? nu. 7. 10. 11. 12. 13. & 14.*
3 *Procurator actoris tenetur cauere de defendendo, in causa reconuentionis. & nu. 16.*
4 *Procurator rei cauet de iudicato soluendo.*
5 *Exceptio contra procuratorem, debet opponi ante litis contestationem.*
6 *Procurator, an debeat satisdare, quando constat de mandato quomodocunq; constet.*
8 *Procurator constitutus apud acta, & constitutus extra iudicium, q̄tum ad reuocationem, in quo differant?*
9 *Reuocatio administratoris apothecæ. debet fieri in illo loco, in quo fuit prepositus administrator.*
15 *Procurator lite cōtest. nō reuocatꝛ ipso inuito, & sine causa.*
17 *Procurator actoris, & procurator rei quid inter se distentꝛ? remißiuè.*
18 *Modus releuandi procuratorem à satisdatione.*

NOn est incerti iuris. Procurator factus apud acta, non te-
netꝛ satisdare de rato: sed de defenden-
do. Item reuocatio. q̄ in notitiā iudicis, vel aduer
sarij nō peruenit, iudiciū non impedit: pcurator
verò rei indistinctè, cauet de iudicato soluēdo. h.
d. ¶ Diuiditꝛ in duas partes. Prima de procurato
re actoris. Secunda de pcuratore rei. Secūda ibi.
rei autem. Prima, subdiuiditur in tres: quia pri-
mò loquitur quando exigebatur cautio de rato.
Secundò, quando mādatum fuit reuocatū. Ter-
tiò: quādo exigitur cautio de defendēdo. Partes
1 patent per se. ¶ Nota ex hac leg. † quòd dicitꝛ de
pcuratore facto apud acta, de cuius mādato non
2 potest dubitari. Et nota, † quòd reuocatio, q̄ non
peruenit ad notitiā iudicis, vel aduersarij, nō no-
3 cet. ¶ Not. quòd † procurator actoris tenetur ca-
uere de defendendo in causa restitutionis, vel re-
4 cōuentionis. ¶ Nota quòd † procurator rei, indi
stinctè cauet de iudicato soluendo. ¶ Nota etiam
5 ꝙ † istę exceptiones debent opponi ante litis con
testationē ibi: dum dicit: in ipso litis contestatio-
6 nis exordio. ¶ Oppo. & videtur quòd † quocūq;
modo constet de mandato, nō debet satisdare de
rato: ut. ff. rem ra. habe. l. ne satisdatio. & . ff. de pro
cura. l. si procuratorem. s̈. de procur. l. j. Glo. fatetꝛ
contrarium: quia idem si quocunq; modo de mā-
f dato constet. Ego autem puto aliud est speciali-
tatis, in procuratore facto apud acta: ut. ī. dicam.
¶ Oppo. ff. de operis noui nunciatio. l. de pupil-
lo. §. qui pcurator. dicit gl. ibi speciale. Tu dic ut
ibi nota. quia ibi erat uerus procurator: tamen de
mandato dubitatur. ¶ Opp. tertiò de. l. qui ita.
§. j. ff. ad trebellia. Solu. fateor quòd ibi est specia-
le, per rationem, quę ibi ponitꝛ in tex. De ista ma-
teria dixi vobis plenius in. l. j. s̈. de pcura. ¶ Ve-
g nio ad secundum notabile, & oppo. [g]quod factū
à procuratore reuocato sit ipso iure nullū. s̈. de p
curato. l. licet. ff. de sol. l. uerò pcuratori. §. sed &
si quis mādauerit. ¶ Huius timore. glo. distinguit
vno modo, & similem distinctionē ponit in lege
si procuratorē. ff. de procuratori. ubi idē tex. &

a ¶ Certum aduersarium. Et est tex. no. in. d. c. ex parte Deca. de rescrip. & in. c. ij. de procura. in. vj. vbi bona glo. & in cle. j. de renun. vbi est gl. & Cy. in. l. mandatum.

b ¶ Apud acta. De hac materia plenè per Iaco. de bel. in. l. j. ff. quod iussu.

c ¶ Imputandũ. Vide Bar. in. l. nõ solũ. §. morte. in. vj. col. de no. ope. nũ. & ibi oĩno allc. in xij. col.

d ¶ Denunciari. No. hoc: quia ẽ clauis huius passus: & per hoc ẽt no. dicit quod si mãdatum morte reuocaꝛ, nõ est necesse quod ad notitiam aduersarij perueniat, uel ad iudicis: cũ nõ sit quod morienti dño imputeꝛ. ita not. dicit Bart. in. l. si procu. ff. de procura.

e ¶ Nõ ualet. Et de materia vide Pet. de Ancha. in cle. j. de renun.

f ¶ Tertium membrũ. Sed aduerte: quia doc. ĩ. c. ex parte decani. de resc. & ibi Imol. dicũt quod in iudicialibus videtur sufficere: quod reuocatio perueniat ad iudicem: per illã. l. j. Hoc vide per glo. & doc. in c. mãdato. de procura. & latissimè per Petr. de Anc. post gl. ĩ. c. j. ĩ. de renũ. Quid aũt ĩ reuocatione iurisdictionis, & aliorũ priuilegiorũ, antequam reuocatio perueniat ad notitiam: vide latè per Innoc. in. c. quia cũctis. de cõces. pbẽ. in. vj. per Bald. in. l. mãdatum. ĩ. manda. in pe. col.

g ¶ Intelligi. Vide quæ dixi post Bart. in. l. si prætor. §. Marcellus. hic al. post litẽ. & semper scias quid releuet reuocatio procuratoris facta, post cõclusum in causa. ca. auditis. de procu. Vnũ tñ not. qui mittit nũcium, vult oblig. per se ipsm, & nõ per aliũ. Et ideo põt reuocare mandatũ clã: sed ille qui procuratorẽ mittit, vult obligari per aliũ, non per se: vt le. & no. ĩ. si quis alteri, uel sibi l. multũ. Itaq; cõfert sensum suũ in procuratorẽ, nec valet reuocatio: nisi in notitiã deducatur: vt no. in. c. vl. per Io. an. de procu. ĩ vj. in nouel. quod

7 eadem. gl. quæ hic. ¶ Circa reuocationem† procuratoris, examinemus alia membra istius glo. dicit glo. quandoq; iudex, & aduersarius hanc reuocationem ignorãt: tunc procedit iudiciũ. Ita loquitur hic. & vide gl. quandoq; procurator est factus, contra certum aduersarium: sine dubio procedit ista gl. vt. l. si procurator. ff. de procu. ar. l. si fideiussor. §. j. ff. manda. quæ probant, quod debet aduersario denũciari. Facit. l. nomen. ĩ. quæ res pigno. obli. pos. quandoq; non factus est contra certum aduersa- a rium: [a] sed est procurator generalis ad causas: tũc si quidẽ est factus apud acta, debet reuocatio apparere apud acta: alˢ reuocatio non nocet. & hic 8 est casus ĩ hac leg. no. ¶ Et hec est† una differẽtia, inter procuratorem factũ extra iudiciũ, & factũ apud acta. Nam sicut quãdo est dubium de mandato, est locus cautioni de rato: vt. l. j. s. de procu. ita etiam quãdo est dubium de reuocatione: licet constet de mãdato, est loc⁹ cautioni de rato: vt. l. vulgo. de administratiõe tuto. Sed quãdo factus est apud acta, nõ potest eẽe dubiũ de reuocatiõe: nisi apud eadẽ, de reuocatiõe cõstet: vt hic. & hoc uult dicere tex. itaq; & si posteà & ex, quasi dicat de mutatione uoluntatis nõ psit dubitari. Et est ratio: quia sicut quãdo habet certum aduersarium, debet ei denunciari: ut dictum est: ita quando certũ habet iudicẽ, sibi debet hoc denũciari, sicut parti: ut infra dicã. ¶ Et prędicta uera in his, quæ aguntur, in eodem tribunali, apud cuius acta factus est procurator. In his quæ aguntur in alio tribunali esset idem, quod in procuratore facto extra iudicium: ut. d. l. uulgo. de administratione tutorũ. Ita debetis hic intelligere. Si uerò nõ esset factus apud b acta, [b] talis procurator generalis: tũc siquidẽ per eum iam incœptũ est negocium, cũ certo aduersario: idẽ quod quñ esset factus procurator contra certum aduersarium, eadem ratione. arg. etiam in. l. apud Celsum. §. quæsitũ. de doli excep. Sed si nihil cœperat, tunc puto quòd nõ requiratur, quod reuocatio perueniat in notitiã iudicis, uel aduersarij. Ratio: quia nullus est certus iudex, apud quẽ sit factus. nullus est certus aduersarius: & ideo non est c sibi imputandum, [c] si non denunciat: quia nescit cui. Probaꝛ in. l. si dictũ. §. fi. ff. de euict. quod dixi. s. quñ est certus iudex, uel certus aduersarius, debet d ei denũciari. [d] Idem dico si erit certus locus: ut pu 9 ta† proposuit aliquem cuidam administratiõi in aliqua apotheca: certè ĩ illo loco debet manifestũ facere de reuocatione: ut. l. sed & si pupill⁹. §. proscribere. ff. de instito. Ita intelligo hũc passum, nõ obstante quicquid dicit per Cy. ĩ. mand. l. mãda 10 tum. ¶ Secũdũ mẽbrum est, † dicit glo. quñ peruenit ad notitiam utriusq;, tunc indistinctè factũ à pro e curatore tali, nõ ualet [e]. & ĩ hoc dicit bene secũdũ oẽs. limitatur tñ per glo. primã. ¶ Tertium mem f brum [f] est, † quñ ad notitiam iudicis tantum perue 11 nit reuocatio: tamen sententia ipso iure est nulla. Dicit gl. quasi iudicium sit factum cum nõ legitima persona: ut. l. licet. s. de procur. in hoc etiã be 12 nè dicit, secundũ omnes. ¶ Quartũ† membrũ est quando peruenit in notitiam aduersarij, & nõ iudicis: tũc ualet sententia ipso iure lata, pro illo aduersario sciente: sed ope replicatiõis elidit. Ita dicit gl. magna, ¶ Mar. Syllania. impugnat istud mẽbrũ: quia pl⁹ debet impedire dolus partis quam dolus tertij: ut. l. eleganter. in prin. ff. de dolo. sed dolus tertij, ut puta iudicis, facit iudicium ipso iure nullũ: ut dictũ est. s. & probaꝛ in. l. licet. s. de procu. & l. cũ nõ iusto. de collusi. dete. ergo multomagis dolus aduersarij. ¶ Ad istã rationẽ respondetur per doctores: uerũ est de dolo tertij, per quem nõ celebratur actus: aliàs secus: vt. l. cũ mancipiũ. de edili. edicto. Item arguitur contra gloss. quando sententia est lata per falsas allegationes est ipso

iure nulla: ut. l. si prętor. §. Marcell⁹. ff. de iud. sed hic est huiusmodi. ergo &c. Solut. debes intellige g re, [g] quòd hæc pars quæ sciebat non allegauit: sed solum tacuit. & hoc modo sustinetur glo. nostra.
13 ¶ Quintum membrum† est, quãdo peruenit ad notitiam procuratoris tantum, & non aduersarij. Isto casu dicit glo. quòd ualeat sententia lata, contra dominum, qui fecit procuratorem: sed nõ ualeat lata pro eo. Vide gloss. pro hac gl. induco. ff.
14 pro socio. l. sed & soci⁹. §. j. ¶ Sextum † membrũ est, quando dubitatur, utrum peruenerit in notitiam alicuius, uel non. Isto casu præsumitur ignorantia: nisi probeꝛ scientia: ut. l. uerius. ff. de probatio. & de reg. iur. c. præsumitur. lib. vj. ¶ Vlterius oppon. de. l. post litem. ff. de procuratorib⁹. Solu. omnia quæ. s. dixi, loquunꝛ in reuocatione
15 facta ante litis cõtestationẽ: secus si post. † quia tũc nõ potest reuocare procuratore inuito, sine causa: ut in contrario. Addit gl. in. l. si procurator. ff. de procuratori. quòd satis iusta causa est, si procurator sit præsens, & hoc patiaꝛ. Et secũdũ pdicta de reuocatione mandati debes intelligere, extra de procu. c. iij. & in. c. in nostra pręsentia. &. c. mãdato. Venio ad tertium no. dicitur hic, quod procura-
16 tor debet cauere de defendẽdo† Per istũ tex. põt probari opinio Vltramonta. contra glo. nostrã. Nam glo. in. l. seruũ quoq;. §. ait pretor. ff. de procurato. dicit, quòd procurator actoris cauet de defendendo in causa recõuentionis. in. l. & ideo. §. filiafa. ff. rerũ amota. & s. de procurato. l. actio. Vltramontani dicunt, quòd nulla lege hoc cauetur, sed leges, quę dicunt, quòd procurator actoris debet cauere in causa reconuentionis: debet intelligi de cautione iudicatum solui, quasi diceret: debet defendere, & cauere de iudicato soluendo. Quod glo. nostrę fateꝛ, quñ incontinenti uellet agere: sed quãdo ex interuallo debet cauere de defendendo. Hoc optimè pbat tex. ibi dũ dicit, de satisdatione super lite excipienda. Verũ ipsi nitũtur aliter exponere textum istum, videlicet, satisdatione, scilicet de iudicato soluẽdo, super lite excipienda. ¶ Venio ad ultimam partẽ: quero quæ
17 est ratio differentię† inter procuratorẽ rei, & procuratorem actoris: dic vt plenè no. in. l. non solũ. §. qui alieno. ff. de procurato. & per doc. s. de procurato. l. j. ¶ Quæro, utrum sit aliquis modus re-
h leuandi [h] procuratorem ab istis satisda. Certè tex. ponit remedium. institu. de satisda. §. si uerò. scilicet, quòd dominus in instrumẽto procurationis
18 caueat: † & ideo, in quolibet procuratorio, hodie dicitur. & dictus dominus uolens suum procuratorẽ à satisdatione releuare: promittit mihi notario recipienti de defendendo: iudicato soluendo: & ratum habendo &c. An autem procurator releuatus. debeat saltem promittere nuda cautione. Cy. tangit hic, & Dy. ff. iudica. solui. super rubrica. & ibi not. &c.

De formulis. [i] *Rubrica.*

¶ Continua rubricã. ut in glo. & sicut rubrica habet duas partes: ita sunt duę leges. Prima tractat de prima parte. Secunda de secũda parte. Ad euidentiã debes scire: quod olim impetrabantur actiones à Pontificibus: hoc est ab his, qui præerant regimini ciuitatis. & erat tradita certa forma impetrationis: & qui cadebat à syllaba, cadebat à tota causa: ut. ff. de origin. iuris. lege. ij. §. deinde. Et ita erant istæ quædã aucupationes. quare Imperator primò tollit formam impetrandi; secũdò tollit impe k trationem [k] ipsam totaliter. Per hunc titulum dicunt quidam, quod actio non est hodie uulgaris formula: & sic dicunt, quod. l. si seruus nauem. ff. de furt. hodie non procedit. Sed doctores cõmuniter dicunt, quod

dictum reassumpsit Bal. de pace cõstan. in uersi. mittat. per Bald. in. d. l. mandatum. in penul. col. ĩ. manda. & adde quod not. gl. & docto. in. l. j. in fi. ff. de contrahen. emp. & in. l. non solum. §. si mãdato. ff. de iniurijs.

h ¶ Modus releuandi. Latissimè per Bal. in rub. ff. de iud. sol. sed aduerte quia aliq dicũt, quod licet procurator priueꝛ hoc modo in instro per dñm tamẽ oportet posteà, quod dñs sit præsens in snia. Est vna gl. ĩ. §. si uerò. hic alle. quæ uideꝛ destruere illũ tex. per quẽ fuit inuenta hæc practica: dum glo. intelligit illũ tex. in reo, cũ quo fuit lis contes. nihil tñ alle. de quo vide per doc. ĩ. l. si fili⁹. ff. quæ satisd. cog. & an ista releuatio operetur aliqd, circa cautionẽ rati. Bal. videꝛ velle quod nõ. in. l. ij. s. de procur. Quid si procurator non caueat de iudicato soluẽdo: nec etiã dñs eũ releuauit, cõdẽnaꝛ expẽsis: nisi esset factum speciale: vt egregie voluit Spec. ĩ tit. de satisf. §. expedito. uer. in summa. Ex opposito, an requiraꝛ in ipsa satisdatiõe dãda, per dñm referre quod tpe sñiæ fuerit pñs ipsi sñię: uide Spe. in ti. de satisf. §. expedit. ver. sed nunquid dñs. Adde Ioã. and. in addi. ad Specu. in titu. de procura. §. vt autẽ. uer. sed nũquid. Io. de Ana. consi. lxxxij.

i ¶ In. l. nulli. in prin. hęc lex est secunda, in ordine huius tit. & allegatur, quod quñ ex libello apparet actionem ipso iure nõ cõpetere, siue nata fuerit, siue extincta, fuerit, nec speretur nasci: vt est quando obligatio est cõditionalis, libellus est nullus ipso iure: quia ex eo nõ cõcludit ius agẽdi, per legem istã, quã ita alleg. Matt. in suis notabilibus dictis, notabili. x.

k ¶ Impetratio. Quid est actio. adde Bal. in. l. edita. in. v. co. de edẽdo.

cunt, ꝙ si quidem loquimur de actione non reda
cta ad actũ: & tũc est ius ꝑsequẽdi ĩ iudicio &c.
vt insti. de acti. in prĩ. Si uerò loquimur, de actio
ne prout ad actũ reducitur, & proponiť in libel-
lo: tũc est uulgaris formula: ut. l. si seruus nauem.
Nec ob. hic tit. qa solũ hic corrigiť aucupatio illa
rum syllabarũ, & impetratio: & tũc acta ista de-
bẽt ꝑponi: ut hic videbitis in fi. ¶ Opp. ff. de in
integ. resti. l. diuus. ĩ. de appel. l. nominationes.
Sol. ibi deficiebat solennitas substantialis, cuius
defectus uitiat: hic remouetur quædã solennitas
uana, & supersticiosa. ¶ Opp. ij. ff. de iur. fisc. l. in
fraudem. §. quoties. Sol. ibi fuit cõmissa falsitas
in actis: meritò quis punitur: hic uerò loquimur
quando erratur in syllaba, uel alia solennitate nõ
substantiali &c.

De iureiu. ꝑpter calũniã dãdo. Rub.

¶ Continua ut in glo. & per hanc continuationẽ
glo. dicunt Canonistę, ꝙ ipsi habẽt rubricas me-
lius ordinatas, ꝗ̃ nos. Nã ipsi ponunt de iuramẽ-
to calũniæ, statim post lit. cõtesta. unde de iure an
tiquo super quolibet actu interponebať iuramẽ-
tum calumniæ: vt uidebitis. ĩ. eo. l. j. Et ideo: qa
añ lit. contesta. pluries habebat locum iuramen-
tum calumniæ & etiã hodie habet. Ideo ista con-
syderatione inspecta posuit post titu. de satisda.
& de formu. qa statim, cum opponit mihi exce-
ptionẽ aliquã, ꝙ dubitať de mandato, uel aliqd
contra libellũ: statim possum dicere. Iura ꝙ non
proponis animo calumniãdi: & ideo hãc rubricã
posuit statim post dictos titu. videbitis. ĩ. eo. auť.
hoc sacramentũ. & illo respectu, debuisset poni.
post tit. de lit. contest. vnde vterq; benè fecit. Cę-
tera dic, per te, vt sequitur in nigro.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quòd de quolibet debito, de quo apparet instrumentum, soluatur gabella: an comprehendat debitum, de quo est facta appodissa.*
2 *Scriptura priuata, quando ueniat appellatione instrumẽti?*
3 *Instrumentum, qñ negatur quis habeat probare? Et pro instrumento quando præsumatur? nu. 4.*
5 *Iuretur nè de calumnia in criminalibus? Et in criminalibus, quando liceat se quocunq; modo redimere etiam per calumniam. nu. 6.*
7 *Calumniantium, quæ pœna sit?*
8 *Tortura præbetur, quando aliæ probationes deficiunt.*

a IN omnibus. [a] Siue qs ab aduer
sario exigat ꝑbationẽ: siue se pe-
tat ad probandum admitti: debet
pri⁹ iurare de calũnia. h. d. Primò
ponit, quãdo quis exigat probationes ab aduer-
sario: secũdò qñ volebat admitti ad probãdũ. Se
cunda ibi: ne aũt. Videbitis hic, ꝙ super quolibet
actu iuratur: ꝙ hodie per auť. corrigitur. ¶ Circa
hanc leg. quæriť primò, quid uult dicere tex, siue
per literas: siue per instrumentum? dicit gl. lite-
ras intellige priuatas: instrumentũ intellige pu-
blicũ. & uide gl. q̃ ponit etiam alias expositiones.
fit, vt cõuentus posit instrui defensionibus suis: nõ vt p hoc
à iudicio liberetur: vt vidistis ibi. ¶ Quero, dicitur hic: quod
6 quis alieno nomine possidẽs. de † quo loquit̃ ista lex? dicũt q
dam, de eo qui nõ habet ius in re, vt cõmodatari⁹: colon⁹, vel
inquilinus. Itẽ in eo, qui habet ius in re, vt feudatarius, em-
phyteuta, & similes. & hoc ꝓpter generalitatẽ hui⁹ leg. Alij
dicũt cõtra. Nã illi, qui non habent ius in re, possidẽt nomine
suo, non nomine alieno: ideo dominum non nominant in iu
dicio. & ista opinio cõiter tenetur: & mihi videtur, q debem⁹
sic dicere. Aut iste qui habet ius in re, cõuenit̃ solũ respectu
possessionis: vt quia emphyteuta cõuenitur ab alio dicẽte se
potiorẽ emphyteutã esse: tũc vera sit ista opi. q non posit
dominũ in iudicio nominare: qa ei nõ preiudicatur. Si verò
conuenitur respectu dominij directi: & sic respectu iuris, q
est apud alium: debet nominare dominũ in iudicio: & libe-
rabitur à iudicio, respectu illius dominij, quatenus illud iudi
ciũ nõ repugnat iuri ipsius emphyteutę. Põt eñ dicere em-
phyteuta, non curo quis sit domin⁹ directo, nec hoc volo de
fendere: sed dico me esse, emphyteutã. Sed quatenus ius, vel
petitio actoris repugnaret iuri suipsi⁹ emphyteutę, haberet
emphyteuta necesse se defendere: nec posset dominũ nomi-
nare, quantũ ad declinãdũ iudiciũ: sed bene posset eũ nomi-
nare: vt posit ab eo de suis defensionibus informari: vt vidi
7 stis in authẽti. qua in prouincia. ¶ Iuxta hoc quero. † pone
quòd nominaret in iudicio dominum, qui posidet ciuiliter
tantũ. an iste tantum ciuiliter possidens possit conueniri rei
vẽdicatiõe? Opi. ponuntur hic in gl. finaliter gl. tenet q sic. ff.
de rei vendicatione. super rubrica. in. l. pompo. §. si is qui pre
cario. ff. de acquirenda posses. & ibi plenè dixi. Et est tex. in
l. cuiuscunq. §. j. ff. de vsufru. ¶ Procedo vlterius: dicitur hic,
8 alieno nomine posidens rem immobilem. ¶ Quero, † qd si
posideat rem mobilem? glos. dicit, q non potest dominũ no
minare in iudicio vigore huius legis sed res debet deponi, si
est persona suspecta: vt. l. si fideiussor. §. fin. qui satisd. cogan.
Sed hodie posset dominum nominare per authen. qua in ꝓ
uincia. Ita dicit glo. certè authẽ. illa nihil facit: quia ibi loqui-
tur de nominatione, quę fit vt posit instrui de defensiõe cau
sę: non autem ad declinandum iudicium. Innocen. extra vt li
te non contestata capi. quoniam frequenter. circa finẽ. tenet
idem indistinctè, q possessor rei mobilis posit dominũ no-
minare in iudicio. Et pro certo nos de hoc non habem⁹ leg.
expressam: tamẽ ex identitate rationis possumus beneficiũ
huius legis ad possessores rei mobilis extendere: cum eadem
sit ratio. Nec per hoc introducatur alicuius legis correctio.
Quæro

Libellum de alt.e in xem ponit Pas in praxi 3.o tomo cap. 1.o § 4 nº 21 et ga in § om nium inst. de alt.

a ¶ Casus illius. q. Vide q. dixi post Barto. in. l. facere posse. ff. sol. mat.

* Pro concordia. Aduerte, q beneficium missionis ĩ possessionem datum per iudicem, contra aliquẽ debitorem verum, super aliqua re. q nõ erat ipsius debitoris, sed alterius: p̃iudicet ẽt domino ipsius rei, secundum Bar. in. l. iustè posidet. ff. de acq. poss. Contrarium videt̃ velle in hac. l. ij. vers. quæro vtrum in isto casu. Tu dic Bart. in. d. l. iustè. loquitur quando debitor possidebat illã rẽ, in quã fit missio. In hac verò. l. ij. loqt̃ qñ dñs possidebat: quo casu nullũ fit preiudicium dño: prout apparet ex verbis Bar. vbiq;. Adde ad materiã l. ob maritorũ. C. ne vxor pro mari. et in. l. in noxali. ff. de noxali. in. l. fi. C. de edic. diui. Adria. tollẽ. & ibi Bal. in. iiij. qõ.

b ¶ Noĩare. Quis teneat̃ dominũ ĩ iudicio noĩare: vide latè Spe. in tit. de primo decreto. §. restat. ver. hoc etiã no. & ibi etiã qd ĩ emphyteuta, vel feudatario. & ibi etiã qd in ꝓcuratore dato ad administrandũ: & ibi de colono & de viro circa bõa dotalia. & alijs similibus & ibi etiam quid si nominans nominato nõ cõparente, uult pœnitere &c.

9 Quæro extra gloss. vtrum† in iuribus incorporalibus liceat dominum
in iudicio nominare? Innoc. tenet, ꝙ sic. per. c. inter. de ma. & obe. & no.
ipse in. d. c. quoniam frequenter. Ista enim iura incorporalia habent ꝑ
rebus immobilibus, & maximè quando immobilibus adhærent: vt. l. si
10 aliena. §. j. ff. de usuca. commu. præ. l. j. ¶ Quæro extra gl. † nũquid in pos
sess. posit quis dominum nominare in iudicio? videtur ꝙ non: qa tex.
loquitur de conuento act. in rem. Gul. de cu. tenet hoc idem in cõuento
possessorio per aut. qua in prouincia. sed illa nihil facit: vt dixit glos. de
cret. tenet contra. xij. q. ij. c. quicunq;. Gl. nostra videtur velle, ꝙ in pos-
sessorio habeat locum beneficiũ huius. leg. vt. l. locũ. §. j. ff. de tab. exhi.
11 q gl. ẽt† innuit, ꝙ in re mobili habeat locũ hæc lex. ꝙ satis placet ꝓpter
identitatem rationis: cũ ex hoc, vt dixi nõ introducatur leg. correctio.
Nõ obst. c. quicũq;. vbi dicitur, ꝙ ille qui posidet nomine alieno, cõuẽ
tus possessorio, debet restituere. Verũ est, & intellige cũ determinatio-
ne huius. leg. vel dominũ in iudicio nominare. & sic declinare iudiciũ.
12 ¶ Quęro, vtrũ† cõuent⁹ acti. mista, vt petitione hæreditatis posit dñm
in iudicio noĩare? Gul. ꝙ sic, ꝑ tex. ff. de pet. hære. l. ẽt. §. siqs absentis. q
l. benefacit. Dices tu. secũdũ hoc apparet, ꝙ iste modus nominãdi dñm
in iudicio, erat de iure antiquo: vt. s. dixi. & quod hoc nõ reperiť alibi.
Solu. dico, ꝙ alio respectu loqtur. §. ille. nã vt scitis, petitio hæreditatis
nõ dať: nisi cõtra eũ, qui posidet pro hærede, vel ꝓ possessore: sed ille
q possidet alieno noĩe, nõ posidet pro hęrede, vel ꝓ possessore. & pro
tãto ibi nominabat dominũ ĩ iudicio: non aũt noĩabat, vt ei domino ab
senti fieret denũtiatio: & procederetur secũdũ formã huius leg. hoc em̃
non reperiebatur cautũ: tamẽ per rationẽ illius. §. & per identitatẽ ra-
tionis istius leg. teneo hoc esse verũ: qa in act. mista, conuentus positno
minare dominũ in iudicio. arg. j. ti. j. l. j. & hoc puto verũ, ꝓut ista actio
mista habet naturã actionis realis: qa datur cõtra posidentẽ. Prout ve-
rò haberet naturã personalis: dic vt in ea: vt dicam. j. proxima quæstio.
13 ¶ † Quæro, vtrũ cõuentus actione personali possit dominũ nominare ĩ
iudicio cũ tex. hic nõ loquatur: nisi de cõuentis act. in rem? Breuiter, quę
dam est actio personalis in rem scripta: vt sunt ferè omnia interdicta: vt
l. j. §. pen. ff. de interdic. Et in istis põt qs dominũ nominare in iudicio:
quia est eadẽ rõ, quæ in reali. & hoc tenet gl. in prędicta. l. locũ. §. j. de ta
bu. exhi. quædam est actio merè personalis, & in ista nõ licet dominũ no
minare in iudicio ad declinãdũ iudiciũ: sed vt posset se de defensionib⁹
informare. hic est casus in authen. qua in prouĩcia. ꝓcedo vlterius. diciť
14 in tex. debet statim in iudicio nominare dominũ. ¶ † Quæro: quãdo de
bet fieri ista nominatio? respond. ista exceptio est declinatoria, & exce
15 ptiones declinatoriæ debent opponi. ante litem contesta. vt. j. de exce-
ptio. l. fi. & j. de prob. l. except. ¶ † Quæro secũdo, an iste qui nominat
dominũ in iudicio debeat ꝓbare se alieno nomine posidere? dic ꝙ sic:
qa in executionibus reus est actor, quantum ad probandũ: vt. l. in exce-
ptionibus. ff. proba. & l. j. ff. de exce. Tu dic, ꝙ sufficit solũ quod nomi-
net dominũ in iudicio: vt per hoc absoluať ab instãtia iudicij: nisi actor
in se velit onus probãdi assumere, & probare cũ suo nomine posidere
vt sic in eũ transferatur possessio authoritate. l. vltimæ. ff. de rei vendica
tio. Et illud videtur Inno. velle in. c. quoniã frequenter. vt lit. nõ cõtest.
16 ¶ † Quæro, quid si talis posidens noĩe alieno nõ nominat dominũ in iu
dicio? an valeat processus? certe sic: vt. l. officium. ff. de rei vendicatio. &
istud est quod glos. hic dicit, dum exponit debet id est, potest: quasi di
17 cat nemo cogitur dominũ nominare in iudicio, si non vult. ¶ † Quęro,
vtrum isto casu sententia lata cõtra colonum, vel alium alio noĩe posi
dentem præiudicabit domino? videtur ꝙ non: vt. l. fi. j. si per vim, vel a-
lio modo. & j. quibus res iudicata non nocet. Per totũ. & res inter alios
acta per totum. Plus dico, ꝙ etiam facta executione, & re ad actorẽ trãs
lata, non priuabitur dominus absens possessione sua, si quã habeat. arg.
d. l. fi. si per vim, vel alio modo, Nõ obst. ad hoc. l. peregrè. §. quibus. ff.
de acquir. poss. & l. iij. §. quod si hic seruus. eo. ti. quia ibi loquiť in deij
ciente, qui deijciendo colonum habet causam priuandi quemlibet sua
possessione: at iudex non habet animum priuandi absentẽ possessione
sua: vt. d. l. fi. si per vim, vel alio modo. Et hoc videť tenere Inno. in. d. c.
quoniã frequenter. ¶ Procedo vlterius. dicitur hic: quod statuitur tem
18 pus certũ colono, ad denuntiandum domino. ¶ † Quæro, an debeat do
mino denuntiari per iudicem, vel sufficiat sola data dilatio colono? Re
spon. non: sed per iudicem etiam debet nuntiari domino: aliàs posset ꝑ
colonum fraus committi, non denuntiando domino. & hoc videtur vel
le tex. ibi. certo dierum spacio à iudice &c. Eo, ꝙ ad notionem eius ꝓ-
cedendo intelligo per iudicem. & hoc videtur expressius dicere tex. in
dicto capitulo. quoniam frequenter. circa finem & ita ibi exponit In-
nocentius. ¶ Procedo vlterius. dicitur hic, quod dominus veniens, vel
mittens procuratorẽ contra actoris intentionẽ excipiet. ¶ Quæro, qua
liter istud fiat, procedetur nè super primo libello dato contra coloñũ:
an verò dabitur nouus libellus contra superuenientem dominum puto
19 † quod colonus absoluatur ab instantia iudicij, propter dictã nomina-
tionem, & libellus de nouo sit dandus, cõtra superuenientẽ dominũ: qa
textus innuit, quòd contra ipsum de cætero faciendus est processus.
¶ Sed tũc quæro, si dominus nullo modo posidebat, sed ille qui eũ in
iudicio noĩabat, posidebat ciuiliter, & detinebat noĩe domini fortè ꝑ-
cario: quomodo contra dominum dabitur libellus? videtur ꝙ nõ põt: vt
20 d. l. põpo. §. si is q precario. ff. de acq. pos. † Dico
ꝙ iste, qui nominat dñm ĩ iudicio. debet etiã pos
sessionem ipsam in dñm trãsferre: vt sic possit rei
vendicatione cõueniri: aliâs si hoc nõ faceret, nõ
absolueretť ab instãtia iudicij: qa ꝑ illã nominatio
nem nõ esset actori cõsultũ: vt voluit hęc lex &c.

SUMMARIUM

1 *Cognitio summaria qualis esse debeat, ad cognoscendum de iuribus actoris?*
2 *Audiri de proprietate, quando super possessione actum est quatenus quis possit?*
3 *Missus in possessionem in actione reali, an statim possideat? remissiuè.*

Sin vero post. Diciť hic, ꝙ dño nõ ve
niente, negotiũ exami
1 nať summatim. ¶ † Quęro, qualis est ista summa-
ria cognitio, vtrũ requirať, ꝙ de iure petentis cõ
stet expressè, & clarè: an verò sufficiat iuramẽtũ
a calũnię? Breuiter[a], qñq; ex missione in possessio-
nẽ, nõ fit prẹiudiciũ, neq; in proprietate, neq; in
possessione, tũc sufficit summaria cognitio, ꝑ iu-
ramẽtũ calũnię: vt vidistis in auť. & qui iurat. j. de
bo. autho. iu. pos. Qñq; fit præiudiciũ in ꝓprieta
te & ĩ possessiõe: vt qñ interponiť secũdũ decretũ
tũc debet cõstare de iure actoris: vt plenè vidistis
in. l. pe. de bo. autho. iudi. pos. Quãdoq; fit pręiu
diciũ in possessione, & nõ in ꝓprietate: & tũc de
bet cõstare de iure actoris summatim: hoc est, per
pręsumptiões: vel indicia, vel semiplenã ꝓbatio-
nẽ: vt. l. iij. §. causę. ff. ad carb. & ita in hac leg. cũ ꝑ
hãc missionẽ, nõ fiat pręiudiciũ, nisi in possessio-
ne. ¶ Venio ad finẽ nostrę legis. dicitur hic: omni
allegatione absenti reseruata, super proprietate.
2 ¶ Quęro vsq; † ad quod tẽpus audiť de proprie-
tate. dicit gl. vsq; ad decẽ annos inter pręsentes, et
viginti inter absentes. Nã posteà, esset res usuca-
pta. uel pręscripta: ut ĩ. l. iustè. in gl. allegata. Do-
cto. reprobãt istã gl. nã per primũ decretũ. nõ in-
tendit iudex trãsferre dñium per consequẽs, nec
vsu capiẽdi cõdictionẽ: ut. l. clauibus. de cõtrah. ẽ.
emp. substinẽdo gl. dic, ꝙ vsucapiet ex possessio-
ne quodãmodo iũcta: cũ pręcedẽti titulo, quẽ ha
bebat: ut. l. si is qui pro emptore. §. pe. ff. de vsuc.
& l. cũ qui ędes. post prin. eo. titu. ¶ Itẽ dicit gl.
ꝙ aliud est in actione noxali, cũ statim efficiť dñs
accipiens, si primus possessor erat domin⁹: ut in
glo. hoc est verũ, quãdo missio fit ex secũdo de-
creto: sec⁹ si missio fieret ex primo. & ita loquunť
iura allegata in gl. ¶ Itẽ dicit gl. ꝙ in actione per
sonali auditur quis usq; ad. xxx. annos: uolens re
cuperare possessionẽ: nisi peruẽtũ fuerit: usq; ad
3 secũdũ decretũ. & uerũ dicit gl. ¶ † Quęro, nunqd
b[a] in reali missus[b] in possessionẽ statim posideat?
dic ut dicem⁹ in. d. l. si qs emptiõis, §. pe. j. de pręscrip. xxx. anno. Facit ad pręḍicta, quod not. in. l.
iij. §. fi. ff. de acqui. pos. &c.

POMATES

a ¶ Breuiter. Adde Bart. in. l. j. C. quo. bo. Cõtra tenet in l. admonẽdi. de iureiur. & in versic. summariè. ĩ extrauagã. ad repri. vide not. do. Mat. in ij. vol. iij. not.

SUMMARIUM.

1 *Mulus si ducitur per mulionem, per ciuitatem: mulio non poterit hic conueniri.*
2 *Actio personalis, quæ proponitur pro aliqua re immobili, an poterit in loco ubi res est, proponi?*

Actor. Actio in rem, põt exerce-
ri ubi possessor habet do
miciliũ: & ubi res est: als debet forũ rei
sequi: tam in actiõe reali, q̃ ĩ ꝑsonali.
1 h. d. ¶ † Quęro, quid de re mobili. per ciuitatem
istam: trãsit quidã mulio: ego dico mulum quem
ducit esse meum, uolo eũ hic cõuenire: an possim
& uidetur ꝙ sic: quia potest conueniri: ubi res est
Et de hoc sunt opi. in gl. nostra: vt ĩ ea habetis. Fi
c naliter [c]salua meliori deliberatiõe. dicendũ uide-
tur quòd nõ: qa istud ꝙ hic dicitur: ubi res est ĩtel-
ligitur: ut ibi permaneat, nõ ad tempus: causa cu
stodię: uel trãsitoriè: tunc enim ibi nõ dicitur esse
uidistis. in. l. ij. de verb. signi. & l. quęsitum. §. ij. de
leg. iij. cum similibus. Et ideo si res esset hic per-
mansura: ut hic permaneret: idẽ est in re mobili:
quod in immobili. & sic ꝓcedat opinio Azo. In
re quę esset hic trãsitura, & causa custodię ꝓcedit

POMATES

b ¶ Reali missus. In fi. de hoc autẽ, an missus ĩ possessionẽ ex primo decreto, in actiõe reali posideat: vide Alex. ĩ. l. iustè possidet. in prin. ff. de acqui. posses.

c ¶ Finaliter. Adde tu, qđ hęc opinio fuit originaliter. Pe. hic: & illã seqť Io. an. ĩ addi. Spe. in ti. de cõpe. iudi. adi. §. j. vers. xx. & in. c. fi. de foro. cõpe. & ita etiã Ab. in. c: sanè. de fo. cõpe. & ibi. d. Mari. sozi. in. d. c. sanè ver. ij. declara.

a ¶ Tenet quòd nō. Et sic habes, quòd in personalib⁹ qs rōne rei sitę, nō sortitur forū. Ita etiā tenet do. Mari. sozi. in. c. sane ver. septima declaratio. de fo. cōpe. Adde tamē, ꝙ si agit̃ hypothecaria ratiōe rei sitę, ꝙ qs in loco poterit cōueniri. ita Io. an. in addi. Spec. in ti. de cōpe. iudi. §. j. vers. vij. & idē si agit̃ interdicto turbatiuo, dato ꝙ sit personale: tamē est scriptū in rē: & ideo quo ad ipsam rē, iudicat̃, vt realis. l. j. ff. de interdic. & not. Inno. in. c. ex parte. s̈. de foro compe.

POMATES.

b ¶ Actione mista. Vide Roma. cōsil. cxcvij. & Bal. etiā ibi, idē tenet in. l. cū in lōgi. §. nihil. j. de prescrip. lon. tēpo. & Panor. in c. fina. col. xvij. extra de foro cōpe. & Bar. in. l. forma. §. j. ff. de censi.

c ¶ Si qs. Et no. gl. secūdā hic, ĩ versi. ab his, q̃ dicit, vel à ꝓcuratorib⁹ eorum. Ex qua habes qnando beneficiū capiēdi, propria authoritate: pōt cedi. quod ꝑpetuò not. facit ꝙ not. Bar. & doc. in l. j. §. fi. ff. de noui oper. nuncia.

POMATES.

d ¶ Not. hāc leg. circa prin. vide text. in. c. pe. et ibi Feli. & scriben. de proba. & vide Areti. consilio. xcv.

e ¶ Senato. Circa medium. ꝑ docto. in. c. dilectus. el. ij. de rescri. post gl. ibi.

f ¶ Assiduè cōuersatur. Adde, & intellige hoc saltem per decēnium. ita Cyn. hic: & dicit Frāc. de aret. in. c. qđ clericis. col. ij. de foro compe. & adde domi. Mari. Sozi. ĩ. c. licet. qō. vi. versi. j. eo. ti. de foro compe.

POMATES.

f ¶ Vide Panor. in c. quòd clericis. circa. j. colū. extra de foro cōpe. in ver. duo principaliter idem refert Bart. sibi contrarius.

opinio Hug. & aliorum salua meliori deliberatio-
2 ne. cætera dic vt in glo. ¶ † Quero quid in actione personali, quę proponit̃ pro aliqua re immobili: vtrum possit proponi in loco, vbi res est: si pro-
a ponens nō habet domicilīū: glo. tenet, ꝙ non[a]. ff. de censi. l. forma. §. si verò quis agrū. & ibi not. & probatur. ff. de iudi. l. quod lega. secus in actione
b mista,[b] vt. j. proxi. tit. l. j. in qua idem tenet, quod in reali.

Vbi de hæreditate agatur. *Rubri.*

ILlic vbi. Missio in possessionem debet peti vbi res est. & petitio hęreditatis potest intētari, vbi hęres habet domicilium. hoc dicit &c.

Vbi de ratiociniis agi oporteat. *Rub.*

EVm qui. De administratione, tam publica, quam priuata, ibi ratio reddi debet, vbi est gesta. h. d. iste titulus.

Vbi causá status agi debeat. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Seruus aufugerit necne, quo iure cognoscatur.*
2 *Practica huius legis.*
3 *Reconuentio, an possit habere locum, quando causa cōuentionis est summaria, & reconuentio non remissiuè.*
4 *Reconuentio non habet locum, in causis, quæ sibi inuicem præiudicant.*

EA quæ. Hęc est bona lex, an qs fugerit, debet prius per iudicē examinari: & repertus fugisse, ad locū vnde aufugit, debet remitti, ubi status quęstio agitur. h. d. ¶ Quero, pri-
1 mò, quo iure cognoscatur de hoc, † an ipse aufugerit, vel non? dicit gl. non interdicto vti possidetis: quia est res mobilis: sed interdicto vtrobi. non est verū: quia illud haberet locum, qn̄ ancilla possideret̃ ab alio, sed qn̄ ipsamet facit controuersiam sui, recurrendū est ad officiū iudicis: vt. l. iij. §. hoc autē interdictū. de libe. exhi. habuistis not. j. de li-
2 be. exhi. l. j. ff. de rei vendi. l. j. §. per hanc. Erit† ergo practica hic, ꝙ ille à quo seruus aufugit in aliā ciuitatē, capiat seruum per personā, & conducat ad iudicē illius terrę, in qua eū cepit, & eius officiū imploret: & hic examinet, an ab eo, aufugit, an nō. Et si eū aufugisse reperitur, remittatur ad iudicem, vnde ipse aufugit. Probatur in. l. j. j. titu. j. & quod ibi not. ¶ Sed cōtra hoc oppo. si tu cōuenis me fugitiuū, petēdo remissionē, ego potero te reconuenire, sup cā status, dicēdo me liberū: vt j. de sentē. l. cū papi. & aut̃. & cōsequēter. & sic in
3 eodē loco examinabit̃ cā status. Dicūt† qdā, recōuentio non pōt habere locū, qn̄ causa cōuentiōis est summaria, & causa recōuentionis requirit plenariā causę cognitionē. Et ita dicūt, ꝙ est casus in hac leg. Sed an hoc sit verū, dicā in. d. aut̃. & cōse-
4 quēter. Tamē ad leg. nostrā respōdeo, ꝙ† materia reconuentionis nō habet locū in causis, quę sibi inuicē pręiudicāt, vel quarū vna est pręparatoria ad aliam. & ita loquitur ista lex: & ibi videbitis.

PRocuratores. Procurator Cęsaris, non est competens iudex in causa status.

SI ex possessione. In causa status, actor sequitur forum rei, & partes sustinet, qui possessionis commodo gaudet. h. d. cum. l. seq. & ista l. bene congruit. l. j. huius tit. quia illa loqtur, quando est dubium: hic quando est certum.

IAm. Causa libertatis, & seruitutis, inter fiscum, & priuatum, examinatur à procuratore Cæsaris. Causa verò libertinitatis, & ingenuitatis à Præside. h. d.

IN litibus. In quæstionibus ingenuitatis alicuius viuentis: præscriptio quinquennij est sublata hoc dicit.

Vbi quis de curiali, uel cohortali, aliaúe conditione conueniatur. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Liber homo, alteri obnoxius, fugiens potest propria authoritate capi, ut ad iudicem ducatur.*
2 *Causa status liberi hominis, an agatur, ubi sit captus?*

c SI quis.[c] Liber homo, alteri obnoxius fugiens, potest capi, & sub iudice, sub quo capitur causa[d] status examinatur. h. d. ¶ No. hāc l. ꝓ mo-
d nachis fugientibus, & pro aliis obnoxiis. ¶ No. ꝙ liberum hominē, quis non potest capere sua authoritate: vt. l. ob es. j. de act. & oblig. de priua. car. l. j.
1 Sol. speciale est† in hominibus, sic obnoxiatis; sic cōditionatis: tunc enim per conditionē personæ, quādoque sunt fugitiui, & possunt capi: vt hic, & s̈. tit. j. l. j. Et intelligo capi, vt non detineātur, sed vt ad iudicem ducantur. & ita intelligit hic gl. nota. & j. de decur. l. generali tangitur per gl. inst. de act. in prin. dixi plenè. in. l. ait Prętor. §. si debitorem. j. de his, quæ in fraud. cre. ¶ Opp. ꝙ non debet ibi agi causa status, vbi est captus: sed debet remitti ad locum, vnde aufugit: vt. s̈.
2 ti. j. l. j. So. † aliud in seruis, vt in contrario: aliud in hominibus, quorum conditio alio modo est obnoxiata. in quibus ē statutū: vbi te inuenero, ibi te iudicabo. ita intelligitur hic. Sed certè Gul. de cug. videtur dicere ꝙ hic agatur causa status coram isto iudice, sub quo capitur sponte: secus enim si peteret remissionem fieri, secundū formā. l. j. s̈. tit. j. Hoc etiā velle videtur gl. in. l. de iure. ff. ad municip. No. istam glo. quæ dicit capi, scilicet vt ad iudicem ducatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia diffinitiua, an possit proferri in contumacem?*
2 *Sententia diffinitiua, an possit ferri in contumacem, pro publicis functionibus?*

HAc perpetua. Homines obnoxiati, vel qui pro exactionibus, vel concussionibus conueniuntur, non possunt fori præscriptionem opponere: nisi sint milites armatæ militiæ, vel eis sit specialiter conces-
1 sum. h. d. ¶ No. hic in fi. sententiam† proferri contra contumaces. gloss. quæ est hic, dicit, intellige de pœna quæ infertur ipsi contumaci, nō ꝙ diffinitiua sententia proferatur in contumacem. Gul. de cug. etiā sic intelligit, ꝙ diffinitiua sententia proferatur in contumacem, in casib⁹ hic
2 positis. † Et sic no. ꝙ quando quis conuenitur, pro publicis functionibus, pōt in eū contumacē proferri sentētia, quod bn̄ nota, & tene mēti.

Vbi senatores, uel clarissimi, ciuiliter, uel criminaliter conueniantur. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Reatus excludit omnem honorem.*
2 *Forensis delinquens in ciuitate punitur, secundum formam statutorum ciuitatis.*

QVicunque. Qui occasione criminis conueniuntur, ratione dignitatis infra
1 illustrem, priuilegio fori non vtuntur. h. d. No. † ꝙ reatus excludit omnem honorem. Item no. tex. dùm dicit,
2 publicis legibus subiungentur. Ex quo dicūt, † ꝙ si forensis delinquat in ciuitate ista: debet hic puniri authoritate publicarū legū, nō secūdū formā statutorū. Cōtra determināt omnes doc. s̈. de sum. trini. l. cūctos populos. & ibi plenè dixi. Tangitur per Dyn. in. l. si cui. §. fi. ff. de accu. &c.

SEnatores.[e] Senatores ēt in causis, ciuilibus, pn̄t conueniri, vbi habēt domiciliū, vel maiorem partē bonorū: vel vbi conuersant̃ in vrbe verò corā suis iudicibus. h. d. Quidā habēt hic aut, qdam &: ꝓut habetis: aut est
f casus, ꝙ vbi qs assiduè[f] conuersat̃, pōt conueniri: licet ibi nō habeat domiciliū. Pro hoc, s̈. vbi de crimine agi oporteat. l. j. vbi de hæredi. agi oporteat. l. j. quod not. in. l. hæres absens. §. proinde. ff. de iudi. per Innoc. de foro compe. c. ex parte,

QVoties. Viri habẽtes dignitatẽ illustrem, ex administratione in causis criminalibus, solum corã principe, vel cui ipse mandauerit, possunt accusari: & possunt absolui, nõ condẽnari Principe incõsulto: & eius aduersarius poterit de calumnia condẽnari: nisi similis dignitatis existat. Qui verò sunt illustres concessione, absq; administratione, poterũt sub quibusdã iudicibus nominatis in vrbe, in prouincijs vero apud eorum rectores accusari, qui eos poterunt absoluere: sed nõ condẽnare Principe inconsulto. h. d. tota ista lex. & habet duas partes. Secũda ibi: viros aũt illustres. ¶ No. casum in hac leg. vbi quis potest absoluere, & non condemnare. & videtur contra regulam iuris. quod tene menti perpetuò.

In quibus causis, militantes fori, praescriptione uti non possunt. *Rubrica.*

OMnes. Militantes etiam in curia Principis, fori praescriptionem non habent in publicis functionibus: vel si pro priuatis negotiationibus conueniuntur: nisi tempore commeatus. h. d.

Vbi causae fiscales. *Rubrica.*

a NOn defensae. [a] Ista est bona lex. & declarat, & ponit practicã qualiter bona auferuntur ab haerede indigno, qui mortẽ non vindicauit. Breuiter dicit. ¶ De bonis auferendis ab haerede, qui mortem defuncti nõ vindicauit, non potest agi nisi conuictis reis, vel defunctis. h. d. ¶ Not. hic, quod ista accusatio facta contra reos conuictos, habet effectũ confiscandorum bonorum, contra haeredes. de hoc dixi plenè in. l. j. de his qbus vt indig. & videtur casus hic: quod de crimine non posit agi ciuiliter: nisi pri⁹ agatur criminaliter. Sed hoc nõ ẽ verũ simpliciter. dicemns in. l. fi. de fide iustru. vbi glos. dicit. & vide in. l. j. §. vestrum. de pigno. Adde quod iste. §. vestrum. nequiuit comperiri.

CVm vendente procu. ¶ Not. hic glo. vtrũ procurator, qui habet mandatũ de vendendo, posit habere fidem de pretio etc.

Quando licet unicuiq; sine iudice se uindicare. *Rub.*

¶ Supra habuistis ab illo titulo de iudicijs, vsque huc quando quis implorat iudicis officium contra alium: hic quando ipsemet se vindicat, vel rempublicã. de prima parte rubricae loquitur. l. j. De secunda parte rubricę loquitur. l. ij, &c.

LIberam. De nocturno depopulatore agrorum, & de robatore stratarum, potest quis sua authoritate vindictam assumere. h. d.

SVMMARIVM.

1 *Statuta, quae permittunt bannitos impunè offendi, sunt introducta pro quiete cõmuni.*
2 *Vindicta publica, quae dicatur?*
3 *Pacem cum bannito qui facit, & promittit non offendere: si tamen postea offendit, non dicitur pacem rũpere: quãdo ex forma statuti bannitus põt impunè occidi,*

b OPprimendorum. [b] Milites desertores possũt à quocũq; capi, & resisten
1 tes offendi. h. d. ¶ † Not. quod statuta, quae permitunt exbã
2 nitos impunè occidi, sunt introducta pro quiete commu-
c ni. & dicitur illa † vindicta publica: [c] vt hic vides. Ex hoc colligitur
3 † quod si aliquis priuatus facit pacem cum exbãnito: & promittit non
offendere eum, postea offendit: non incidit in poenam: nec dicitur rum
d pere pacem. [d] Nam cum ista offensio permittatur, propter publicã vtili
tatem & dicitur publica vindicta: non potuit pacto priuatorũ tolli: vt
l. ius publicum. ff. de pact. Et dicitur ille bonus dolus: vt. l. j. §. nõ fuit. ff.
de dolo. Et istam. q. disputaui Pisis. &c.

De inofficioso testamento. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Petitio haereditatis, quomodo detur contra titulo posidentem?*
2 *Petitio haereditatis, an uideatur intentata, quando intentatur quaerela inofficiosi.*
3 *Quaerela inofficiosi, quando posit intentari contra fideicommissarium uniuersalem.*

CVm de inofficioso. Querela, & post eam haereditatis petitio, potest contra fideicommissarium, sicut contra haeredem intentari. hoc dicit. ¶ Oppo. quod petitio haereditatis, non
1 datur † contra titulo posidentem: vt. l. haereditatem. j. in quibus cau. ces
sat longi tempo. praescript. & l. regulariter. ff. de petitio. haered. Sed hic
fideicõmissari⁹ possidet titulo: & ergo &c. ¶ Huius timore, sunt in hac leg. duę opiniões. vna, quę dicit, ꝙ hic ĩ principio legis, nõ fuit intẽtata haereditatis petitio, sed quęrela: & postq̃ qs obtinuit in quęrela: potest agere cõtra fideicõmissariũ petitione hęreditatis: qa titulus allegatus pro nõ titulo habet. Cum testamentũ sit rescissum: & ista est bona lectura, & vera. Alij dicũt, ꝙ intentãdo
2 † quęrelam: videtur intentari petitio hęreditatis.
& ideo non põt hic intentari cõtra fideicõmissariũ: quia habet titulũ vniuersalem, & sciuit esse testamentum inofficiosum, vt. l. etiam. §. si quis sciens. de peti. hęredi. Ista nõ est vera: quòd intentata quęrela, videat intentata petitio hęreditatis: vt plenè not. in. l. qui de inofficioso. ff. de inoffi. te
3 stamẽ. tene ergo primam. ¶ Quęro ergo, † & reuo
co in dubium: vtrum contra fideicommissarium vniuersalem, possit intentari quęrela, vt rescindatur testamentum ex toto? Breuiter dic, secundum Gul. de cug. Aut fuit intentata contra hęredẽ, anteq̃ restitueret: & tũc posset, & põt ꝓsequi contra fideicõmissariũ: quia ius instãtię trãsit in eum vt. l. j. circa prin. ff. ad trebel. & l. ita tamẽ. §. actiones. eo. titu. Si verò fuit restituta hęreditas, ante litẽ exortã: & tũc aut fuit tota restituta, absq; aliqua detractione, vel facta detractiõe certę rei: & tũc poterit cõtra eũ intẽtari quęrela: vt hic. Si verò fuit facta detractio quotę, nõ põt intẽtari quęrela cõtra fideicõmissariũ: vt testamẽtũ rescindat pro toto: sed solũ pro parte, quę sibi restituta est vt. l. ij. j. ad trebel. arg. j. eo. l. cũ duob⁹. & ff. eod. l. circa. Si verò intentatur cõtra hęredẽ, post restitutam hęreditatẽ, nullo modo noceret fideicõmissario: vt. l. facta. §. si hęres scriptus. ff. ad trebel.

QVamuis. Gl. ponit casum in leg. ista, de illa bonorum possesione, gratia agnoscendę litis. Aliter intelliguntur doctores quã glo. vt hic refert Cyn. ideo videatis eum, qui hoc plenè tractat &c.

SVMMARIVM

1 *Praeteritio matris, habetur pro exhaeredatione.*
2 *Praeteritio matris, quare magis habeatur pro exhaeredatione, quam praeteritio patris.*
3 *Filius praeteritus coeteris filijs institutis, ex disparibus partibus, quam portionem habeat?*
4 *Filio praeterito, an detur quaerela, quando in testamẽto sunt instituti filij & extranei.*
5 *Probatio in contrarium praesumptio. huius legis admittitur.*
6 *Filius qui praesumitur institutus huius leg. authoritate, qua actione agat?*

e SI mater. [e] Hęc est bona & singularis lex, itaquòd nõ alibi reperies eã: posthumus pręterit⁹ à matre, quae mutandi testamentũ nõ habuit facultatem. videtur cũ alijs viriliter institut⁹, sed si essent extranei instituti, quęrela agere debet. h. d. ¶ Oppo, per natiuitatẽ posthumi rũpitur testamentum ipso iure: nec est opus quęrela: vt institu. de exhę. lib. in prin. Sol. ibi loquitur in maribus facientibus testamentũ: hic loquitur
1 in foeminis. Et est ratio: dicit gloss. † quia pręteri-
tio matris. habetur pro exhęredatione: vt institu.
2 de exhę. liber. §. mater. ¶ † Sed quęrit, quare pręte
ritio matris, magis habetur pro exhęredatione, quã pręteritio patris. Istã rationẽ ego dixi. Scriptores alij nõ ponũt: sed Iuriscõsulti, credo ꝙ posuerũt eam. Ratio hęc est. fili⁹ in potestate patris, dicitur dñs viuo patre: videt ideo, ꝙ moriente patre nõ dicitur possidere ꝓ hęrede: nec noua hęreditas dicitur superuenire: sed dicitur continuari: vt. l. nihil. j. ꝓ hęrede. & ibi not. Vnde cũ viuo patre fingatur dñs, nisi exhęredetur: hęreditas non potest alijs dari, cum fingatur esse dñs. sed mater non habet suũ hęredem: & ideo instituere extraneum, & filiũ pręterire, est cũ hęreditate priuare:

a ¶ Non defensae. Istum titu. limita. ꝓut Barto. not. in l. si vacantia. C. de bo. vac. lib. x. nisi ꝓcurator Cęsaris non adesset: quia Pręses prouincię est iudex in causa etiam deuoluta. ꝑ Barto. in. l. à diuo pio. §. si emptor. de re iu. & ad hãc leg. vide. l. cum eorũ. & ibi Barto. & Bald. j. de sentẽ. & interlo. om. iudi.

b ¶ Opprimendorũ. Ad hãc leg. vide cano. in. c. inter alia. de immu. ecclesię.

c ¶ Vindicta publica. De ista qõ. vide ꝑ Bal. hic, & ꝑ Bar. in. l. qd ergo. §. si hęres. de leg. j. & adde qđ dixit Bar. ĩ. l. vbi pactũ. de transact. quod minim⁹ veniẽs poterit hoc allegare.

d ¶ Rumpere pacẽ. Pro hoc vide qđ not. Bar. in. l. cum mulier. in. j. q. ff. soluto matri.

e ¶ Si mater. Vide pro ampliatione huius tex. in. l. mater. iũcta gl. j. ff. eo.

a ¶ Vocetur ad dimidiam. Adde Bar. idem tenentem in. l. pater filium. in xij. col. & quæ ibi dixi. ff. eo. tit.

ADDE in quantum Bar. concludit, φ poſthumus qui præſumiť inſtitutus authoritate huius l. agit actione ex teſtō. quod Bal. tenet contrarium. Et per primum vide: an huic cōpetat beneficium. l. edicto. an autē ſi filius ſit inſtitutus ex re certa, & inſtituti ſint extranei, habeatur pro pterito. Pil. q. lxxv. vt refert Ioā. an. in addi. ad Sp. de teſt. §. j. verſ. cōrā. tenuit φ ſic: ꝑ hāc leg. ſec⁹ ſi ſint fratres inſtituti.

b ¶ Si pater. Ibi hodie ſec⁹. Sed certè iſta ſol. nō videtur vera in caſu le. noſtræ. Nā ibi loquitur in querela, q̄ cōpetit cōtra teſtamentū aſcendentium: hic contra querelam, q̄ datur contra teſtamentū fratris mei: Cū in hoc non reperiam mutatum ius antiquū: ergo. etc. l. pręcipimus. j. de app. no. tamē glo. quia fortè ſeruaretur in pra̅ctica, ſecūdū Fran. de ra. & idem ſequitur Bal. in. l. ſcimus. §. fi. j. eodem.

POMATES.

c ¶ Nouiſsima. Ad hanc authen. vide Ale. conſ. lxxxiij. vol. iij. vbi ponit, quanta ſit legitima nepotū, faciēdo in hoc pulchrā diſtinctionē. Vide ēt Alex. conſi. lxxvj. col. iij. vol. iij. vbi ponit, quādo teſtamentum fit īter liberos, an debeat habere iure inſtitutionis? et vide Matth. not. ciij. col. xviij.

POMATES.

d ¶ Corrigitur. Vide Panor. cōſ. xj. ad fi. volu. ij. Feli. in. c. cū ſuper col. fi. de offic. deleg. & Ale. conſ. lxxx. vol. v. col. ij. vide etiam Ang. in. l. milites. j. de teſta. milit. & Bal. cōſi. ij. in fi. in prima parte, vbi ponit, an hoc procedat etiam in linea materna.

e ¶ Nouiſsima. Iure inſtitutionis. Hanc regulam, φ filius debeat habere iure inſtitutionis: limita non procedere in patre teſtante inter liberos: quia ſufficit quolibet relicti titulo, dummodo aliquid relinquatur. glo. ē hic ſing. & quia defectus alicuius ſolennitatis iuris poſitiui, illud non vitiat: vt. d. §. ex imperfecto & ageret ad ſupplementum: ſecus ſi præteriti fuerunt aliqui ex ipſis filijs: quia teſtamētum eſſet nultum. l. filio ꝑterito de iniuſto rup. teſtamē. Pro hoc bene facit. c. Raynutius. de teſta. in princip. & no. in cap. ſi pater. de teſtam. ī vj. & verſ. inſtituit. & ſecut⁹ eſt Matth. in ſuis notabilibus. cxl. licet non alleget glo. hic. Et iſtam gl. ſecutus ē Iaco. butri. ar. d. §. ex imperfecto. Tamen Ia. de Are. Pe. & Cy. videntur hic iſtam gl. reprehendere, tenentes, φ iſta omnino corrigatur: per. §. aliud quoq; capitulum. quod etiam reputat tutius gl. in. d. c. ſi pater. Itē fallit hæc regula in inſtitutione in legitima ſecundum Bart. in. l. j. circa fi. ſ. de ſatiſdan. in lect. nō in repe. in. ij. q. quintæ partis principalis. & ibi Bal. in. xxvj. col. & Pe. de Ancha. & Imol. in. c. cū eſſes. de teſta.

quia eam nunquam habuit, & ex teſtamento nō datur ſibi. Et ideo iuriſconſulti poſuerunt legem in ſuis ti. de lib. & poſth. vt oſtenderet, φ ex illa leg. colligitur ratio: quare filius ſuus debeat ex hęredari &c. ¶ Procedo vlterius, & videtur, φ iſte filius vocetur ad dimidiam[a] hæreditatis, ſicut ille qui inſtituiť in aſſe cōpleto: vt inſt. de hęr. inſt. §. ſi vero totus. Sol. hic habetur pro inſtituto à leg. in certa & limitata portione, ibi verò fuit inſtitutus à teſtatore ſimpliciter.

3 ¶ † Quæro, quid ſi filij ſint inſtituti ex diſparibus partibus? Rn̄det, ſemper iſte præteritus habebit virilē. l. qui cū plures ff. de vul. & pupilla. Nec obſtat. l. nūmis. de lega. iij. ꝑ quā videbatur, φ deberet habere minimū: quia hic eſt certa diſpoſitio legis: ibi verò erat dubia diſpoſitio teſtatoris.

4 ¶ † Quæro, quid ſi in eo dē teſtō erant inſtituti filij, & extranei? dicūt qui dā, quo ad extraneos erit locus querelæ: quo ad filios non. Gl. determinat contrariū: quia in nullo ſit locus quęrelæ. Cū em̄ iſte filius ꝑſumatur inſtitutus in aliquo, non pōt dici, φ ſit locus querelę.

5 ¶ † Quæro, extra gl. vtrū contra pręſumptionem huius leg. admittatur probatio in contrarium: φ mater noluerit illum filiū, quem gerebat in ventre reſtituere? Gul. de cugn. dicit, quòd ſic. Nam tex. hoc introducit propter coniecturam maternæ pietatis: ſed in īcertis: non certis eſt locus coniecturis: vt. l. cōtinuus. §. cum ita. de verborū obliga, ergo &c.

6 ¶ † Quæro: vtrum iſte filius, qui ꝑſumitur inſtitutus authoritate huius legis, agat condictione ex lege iſta, vel qua actione? determinat Gul. & bene: φ debet agi actione ex teſtamēto, cū authoritate huius leg. videať inſtitutus. Diſponit enim iſta lex, vt inſtitutus videatur. vnde non concedit iſta lex. hereditatem ſibi immediatē, ſed per medium teſtamentum: vt in. l. lege obuenire. de verb. ſigni. vnde ex teſtamento ageť: φ ſatis placet. Dicam vobis in ſimili. j. de libe. pręte. in auť. ex cauſa &c.

Cvm ex cauſa. Reſciſſo teſtamēto, per quærelam, non reſcinduntur libertates conceſſæ.

Si pater.[b] Querela præparata trāſmittitur. h. d.

Cvm quæritur. Filius cui relicta ē legitima, non habet querelā. h. d. Iſtud quod erat olim in quarta: hodie corrigitur: & inducitur legitima ad aliā portionē ſcilicet trientem, & ſemiſſem. per authen. de trien. & ſemiſ. §. j. ideo authen. nouiſsima, ſequitur.

SVMMARIVM.

1 Filij hodie debent habere legitimam iure inſtitutionis.
2 Legitima aſcendentium eſt aucta.

& ſufficit, quòd ſit inſtitutus in vno numo: quia habebit ius accreſcēdi, ſecundū Bal. in. l. ſi quis priore. ad treb. & ff. de mino. l. deniq; in fi. not. Bal. hic, ſecus ſi eſſet ſimplex legatarius: quia etiam decedente fideicōmiſſario vniuerſali, non haberet ius accreſcendi. l. eam quam. j. de fideicommiſ. & Bald. hic. Item limita, quòd debeat habere iure inſtitutionis niſi īſtitutio omitteretur fauore filij: vt in caſu. l. multi. de liberis et poſthum. ita nota. videtur concludere Bart. & Imola. in. l. cum filio. de vulga. & pupilla. Itē fallit, ſi ſtatutum hoc non ſic diceret, ſecūdū Bald. in. l. fi. in. vj. colū. C. de bo. quę libe. not. Ludo. in l. ſi qs priore. ad Trebell. refert ſe contrarium conſuluiſſe: licet neminē reperiat tenere, contra Baldum. de quo vide Alexandrum in l. inter cætera. ff. de liberis & poſthumis. An autem iure canonico requiratur, quod filius habeat iure inſtitutionis: de teſtamē. per gloſ. in dicto. c. ſi pater. libro. vj. & Saly. & Bald. in. l. fina. C. fami. erciſcun. per Imol. in repet. l. j. §. ſi ex fundo. & ī l. his verbis. ī pri. de hære. inſtit.

3 Trebellianica & falcidia non eſt aucta.
4 Parentes, an hodie habeant legitimam iure inſtitutionis?
5 Filij, qui non poſſunt ſuccedere an computentur in numero filiorum ad computationem legitimæ.

c Novissima.[c] ¶ Oppo. quòd imo debet habere iure inſtitutionis: vt in authētica. vt cum de appella. cog. §. aliud quoq; ca
1 pitulum. Sol. fateor, † φ iſta authen. per illā corri
d gitur:[d] quia hodie debet habere iure reſtitutio
e nis[e] Ratio. quia eſt titulus magis honorabilis. ¶ Item: quia habet ius accreſcendi in hęreditate: vt dixi vobis in. l. quoties. j. de hęredi. inſtituen. ¶ Item oppo. de. l. vxori meę. j. de vſufruc. lega. Solu. fateor, φ lex illa corrigitur in hoc: quia in vſufructu non poteſt filius fraudari in legitima.
2 ¶ † Quęro, vtrum in aſcendentibus ſit aucta portio legitimę. gloſ. & docto. intelligunt φ ſic: vt in
3 authē. eadē. §. j. ¶ Item † quęritur, vtrum trebellianica, & falcidia ſit aucta? Reſpondeo nō. quia hoc non reperitur, & quod non mutatur, quare ſtare
4 prohibetur. ¶ † Quęro, vtrum parentes debeāt
f habere legitimam iure, inſtitutionis[f]? gloſ. tangit iſtam quęſtionem in patrono. in. l. j. §. ij. ff. ſi qd in frau. patro. & ibi dixit, φ patronus poteſt habere quoquo relicti titulo: vt inſtit. de ſucceſſio. lib. §. ſed noſtra. Sed parens, & patronus, ęquiparātur quo ad omnia. exceptis quibuſdā, quę not. in dicta. l. j. ſi à patr. quis fuer. ma. quia nō reperitur iſta diuerſitas: ergo &c. Pręterea, quod nō mutať expreſsè, remanet incorrectum vt. l. pręcipimus. in fin. de appella.
5 ¶ Quęro, † vtrum filij, qui non poſſunt ſuccedere, cōnumerētur in numero aliorū, quantū ad cōputationē legitimę? Iſta eſt difficillima quęſtio. quam examinaui plenè. in. l. j. §. ſi pater. ff. de coniun. cum eman. libe. &c.

f ¶ Legitimam iure inſtitutionis. Et iſtud idem tenuit Barto. in. l. ſi ue libertus. §. excludiť. de iure patro. Contrariū tenuit Bald. in. l. ij. j. de bo. poſ. liberti. & Bal. in authē. ex cauſa. in princ. viij. col. j. de liber. præte. & Bald. in l. omnimodo. j. eo. & eſt caſus in auť. vt cum de appell. cog. §. eo. & . §. & hęc quidē. & uide

SVMMARIVM.

1 Falcidia, quæ dicatur propriè.
2 Teſtamentum in quo filiæ ſunt relicta centum pro ſua falcidia, an ualeat.
3 Donatio, an ualeat inter patrem & filium.
4 Donatio immenſa facta filio, quo iure reuocetur? remiſsiuè.

Vnde & ſi parens. Iſtud quod in lege Codicis diciť, φ inſpiciť illud quod habet tēpore mortis, limitatur per hāc auť. ¶ Opp. dicitur hic, nomine falcidię, Falcidia diciť quę debetur iure inſtitutiōis: vt. ff.
1 ad. l. fal. l. j. ī prin. Sol. dicit gl. † hoc nomē falcidia propriè poniť ꝑ falcidia debita iure inſtitutiōis: impropriè ꝑ trebellianica. improprijſſime ꝑ legitima. ¶ Not. iſta verba faciūt ad. q. quā vidi de facto. Dixit teſtator: relinquo filię cētū, ꝑ ſua falcidia: nec adiecit: & in his eā, hęredē inſtituo. certè plenè per Bal. in. l. j. j. de bo. poſ. cōtrata. liber. Sed φ pater debeat habere iure inſtitutionis, hic contra Bar. tenet Bal. in. d. l. j. de contrata. Flo. dicit ſe pluries conſuluiſſe contra Barto. & quod cōtra eum tenet Iaco. de bel. in. d. §: aliud quoq; capitulum.

ADDE, φ Bal. conſil. lxxxj. & clxxxiij. lib. j. & cōſi. cxxiij. lib. iiij. tenet parētes eſſe inſtituēdos. & dicit Sali. φ ſtante ſtatuto, φ mater non ſuccedat vſq; ad quartū gradū, φ poterit petere legitimam. An autem ſtante ſtatuto, φ mater tranſiēs ad ſecūda vota. non ſuccedat filijs primi matrimonij ab inteſtato: ſi fuerit inſtituta in. x. cum hoc, φ plus petere non poſſit: poſſit agere ad ſupplemētū. Bal. tenet φ nō, cōſil. cccxxiiij. lib. iiij. & dicit Pau. de ca. notandum eſſe pro ſtatuto Triuiſano: φ qui auget legitimam filiorū, φ ſufficit: φ tūc relinquatur quoquo relicti tit. Quia ſicut ſtatutum derogauit in quantitate: ita pręſumendū eſt derogaſſe in ſolēnitate ſecundū Bal. in. l. maximū vitiū. j. de libe. pręte. Et an cum ſtatutū auget legitimam, filius poſſit grauari in illa? vide in cōſilijs Calde. xxxij. de teſt. in fine leg. vide eundem Bart. in. l. planè. §. duobus. de leg. j. & per Moder. in. l. j. ī. quando non peten. partes.

ADDE Ange. conſil. ccxcj. & Paul. de caſt. conſil. cclij.

puto quòd

a ¶ Vnde si parens. a Testamentum va 2 leat. Idē tenet bal. ꝑ illũ tex. ĩ. l. hũanitatis. ĩ. iiij. col. ĵ. de ĩpu. licet Bart. 3 reliquerit sub dubio. ĩ. l. filiũ. §. sed & si portio. de leg. prest. & vide Bar. ĩ. l. j. §. j. ad. l. falci. Idem videt̃ tenere Bal. hic. Sed qd si pater dixit: ĩstituo filiũ in partem, ad quā de iure debeo an intelligat̃ de iure municipali vel cōi: vide Bal. ĩ. l. q cũq;. de ser. fugi. Bald. & Imo. in. l. illa institutio. ĩ fi. prin. de hæred. in sti. Et quid si dicit relinquo filio iure 4 institutionis. Bar. tenet in. l. si cuman teã. C. de donat. añ nup. Et adde ꝙ dixi in. l. j. §. quibus. b ff. ꝙ cuiuscũq; vniuer. & ad Bart. vide hic Imo. ĩ. l. j. §. si ex fundo. & ĩ. l. his verbis. in prin. de hære. insti. & in c. Ray. de test. vbi tenet cōtra Bar. & etiã Sali. hic. & in aut. nouissima. & in. l. quoties. de hęre. insti. ĵ. licet dñs 1 Flo. in. d. c. Ray. te 2 nuerit opi. Bar. cũ 3 Bar. tenet Matthe 4 si. in nota. clix. & rñdet ad ratiōem c Bar. ꝙ hæc sunt nimis generalia. pro quo facit, ꝙ nota. Bar. ĩ. l. lecta. in. ij. 1 co. si certum. pet. d dũ dicit, de verbo 2 cōuenerit vel pro 3 miserit, &c. & adde Bart. ĩ. l. si. ff. de 4 pecu. le. & facit ꝙ no. glo. & Bart. ĩ. l. q̃ties. ĵ. fami. ercis. ADDE. ꝙ si testator dicat: volo ꝙ filia mea habeat. x. pro sua bñdictiōe ꝙ dicit̃ instituta: vt voluit Cardin. cōsi. lx. idē si dicet iure institutionis: vt voluit Bal. cōsi. cccv. iiij. lib. & aduertēdũ ad vnũ ꝙ dicit Pau. de cas. se reperisse consultũ per do. Io. Parisiē sem ꝑceptorē Bal. ꝙ si testator grauet ĩstitutũ, vt ei filiũ capiat ĩ cohæredem, ꝙ hoc casu filius nō cēsebitur ĩstitut⁹: licet aliâs

puto, ꝙ testamentũ[a] valeat, † & iure institutionis videat̃ reliquisse. Nã cũ istud nomē falcidia accipiatur pro legitima, intelligere videt̃ iure institutionis. ar. l. sciendum. de ver. ob. institu. de fideius. §. fi. de inuti. stip. §. itē si scriptũ. dixi vobis in. l. si liũ. §. sed & si portio. de leg. pst. ¶ † Op. ꝙ inter patrē & filiũ, nō valeat donatio: vt. ĵ. de do. inter virũ & vxo. l. donationes. Possum⁹ dicere, hic erat fili⁹ emãcipat⁹. Vel dic verius, ꝙ ēt in filio ĩ potestate pōt hr̃e locũ, in quo valet donatio hodie, & etiã q̃libet obligatio ex cã aduẽtitia, ita tenet gl. hic. & l. frater à fratre, ĩ ꝓpria mag. gl. de cōdi. in de. & in. l. pactũ. ĵ. de pac. cōuē. & ibi dixi tibi. Et habuistis casũ ĩ. l. iubem⁹. ad Treb. Dices tu, quō possumus dicere, ꝙ donatio fit ex cã aduẽtitia, cũ ea, q̃ à patre ꝓficiscuntur, dicant̃ ꝓfectitia: & sic est ꝓfectitia: Rñdeo. dicit gl. hic loq̃r, qñ pr̃ donat filio vt extraneo. Quid est hoc dictũ? dico: ĩtellige qñ ꝑcesserũt opera filij talia, ꝙ propter illa opa pater cuilibet extraneo tm̃ donasset. vñ cum illud, ꝙ fili⁹ acq̃rit ex operib⁹ suis, sit aduẽtitium vt. l. cũ oportet. in prin. ĵ. de bo. q̃ lib. Ista donatio videt̃ aduẽtitia: secus si ista merita nō ꝑcessissent. dixi vobis plenè ĩ. l. si donatione. ĵ. de col. vbi dicit gl. ¶ Quero, q̃ iure † ista immensa donatio filijs facta irritetur. dicit gl. ꝑ quærelã inoffi. dona. dicã vobis. ĵ. tit. j. in. l. j. &c.

NEptem. Neptis exhæredata, habet quærelam. h. d.

PArentibus. [b] Pater pōt hęre reditatē diuidere inter filios, dũmodo vnicuiq; legitimã derelinquat: & q iudiciũ defuncti agnouit, non potest intentare quærelam. h. d.

DE inofficioso. Testamentũ militis non subiacet quærelæ hoc dicit.

SI hæredum. Contra fiscũ, qui succedit hæredi scripto, potest intentari quęrela. hoc d.

SVMMARIVM.

1 *Nihil Iudæus Iudæo, & nihil Catilina Cethego.*
2 *Infamis, q. non possit opponere contra testē, q. sit infamis.*
3 *Iudex officio repellit testē infamē, et qñ ps nō pōt opponere.*
4 *Mater quæ fuerit meretrix, nō potest propter meretriciũ filiam exhæredare.*

IN arenã. Turpitudo quę à successione itestati non remouet. ¶ Itē nō pōt qs obijcere turpitudinē, quã ipse ĩcurrit obiciēs. ¶ No. isto ex tex. in fi. † Nil Iudæus Iudæo: & nil Catilina Cethego. [d] Facit, † ꝙ si aliquis est infamis, nō potest opponere testi ꝙ sit infamis: vt. l. iij. §. leg. Iul. & ibi nota. ff. de testi. Sed † Iudex fortè poterit eũ repellere, ex suo offō. secũdũ Gul. de cu. ar. l. q̃s ꝓhibet de postu. & sic facit, † ꝙ si mr̃ fuit meretrix ꝓpt̃ meretriciũ, ñ posset filiã exhęredare. ꝙ no. bñ &c.

SI pater. Propter fideicōmissum inuicē ĩter filios relictũ nō est locus quærelæ. h. d. Opp. ĵ. co. l. qm̃ in prioribus. Sol. dicit gl. fateor ꝙ ista lex hodie corrigat̃: q̃a debet fili⁹ habere legitimam, sine aliquo grauamine. Quidã do. mo. dicunt, nō esse verũ, ꝙ ista lex hodie corrigat̃: q̃a sicut continet onus istud fideicommissum: ita pōt habere cōmodũ: & sub isto incerto tolerat̃ istud grauamen. vt. l. si ea. ĵ. de vsur. & arg. de sol. l. pen. Et istud videbatur tenere Richar. mal. pro q̃ optimè facit. s̃. de transac. l. de fideicommisso. ¶ Tu teneas gl. tuam, & ita obseruat cōsuetudo, ꝙ sine aliquo onere debet habere. Nec hoc potest preiudicare filio, sicut enim in legitima, sibi remittitur onus: ita etiam alteri parti remittitur. Vnde nec plus, nec minus habet. pro huius declaratione vide quod dicam. ĵ. eo. l. filius matrem.

CVm duobus. Testamento rescisso pro parte, legata diuidua, pro parte præstantur: ĩdiuidua pro solido sunt pręstanda. hoc dicit. Intellige vt in glos.

SVMMARIVM.

1 *Succumbens in una actione, quando repellatur ab alia.*
2 *Querela & falsum sunt contraria, origine, non effectu.*
3 *Cōtra tabulas, & falsum, an sint cōtraria origine, & effectu.*

1 CVm qui. Qui succubuit † ĩ vna actiōe: q ex vna cã ꝓponit, non repellit̃ ab alia, q̃ ex diuersa cã proponitur. h. d. ¶ Op. ĵ. de. l. si mater. §. eandē. ff. de excep. rei iud. Sol. dicunt quidã aliud in rei vendi. aliud in petitione hæreditatis. Istud est falsum: vt. l. si mater. in princ. ff. de exce. rei iu. Dicas ergo: ꝙ hic ꝓposita fuit querela: non petitio hære. ¶ Itē opo. extra glo. ĵ. de fur. l. j. sol. ibi qs proposuit vnam actionem contrariam, & obtinuit: hic verò succubuit: ideo potest redire ad ilam: vt. l. aurelius. §. fi. de libe. leg. ¶ Contra, hoc opp. & nunc reintro. glo. de. l. si patronus. de bo. lib. Solu. dicunt quidã. aliud in patrono: aliud in patre: ꝙ nihil est. Alij dicunt, vt Dyn. ĩ. l. cōtraria 2 ꝙ hic querela, † & falsum sunt cōtraria origine, nō effectu. Nã vtrũq; reducit rē ad cãm intestati. ibi verò falsum, & contrah. sunt contraria origine. & effectu. Nam per falsum prę supponitur nunquã fuisse testamentum: & reducit̃ res ad causam inte 3 stati. sed falsum † & cōtra tabulas omnino sunt cōtraria effectu, & origine: q̃a vnum præsupponit testamentũ fuisse: aliud non. ¶ Itē effectũ: q̃a ꝑ vnũ, res reducit̃ ad causam intestati: per aliud non. Ita dicit Dyn. Istud placet: nec per hoc reddit̃ rō diuersitatis. dic ergo, ꝙ ibi priuatur hæreditate patron⁹, qui succubuit in falso ꝓpter delictũ suũ s. q̃a testm̃ falsum accusauit: non ꝓpter electionē. Dices tu: quare etiã ĩ hac leg. ille qui succubuit in falso, non priuat̃ hæreditate: rñ: hic q dicit testamētũ falsum, priuat̃ omni commodo prouenięte ex illo testamento, non aliunde. Sed in leg. contraria patronus, qui dicit testamentum falsum: oĩno priuatur institutione, q̃a in testamēto erat institutus, hic vult ꝑuenire ad quęrelã ab ĩtestato: & sic vult peruenire aliunde, q̃ ex testamento. arg. ff. c. l. etiã & ꝙ ibi no. & hoc fortè voluit hic dicere gl. ĩ secũda sol. Ibi in leg. contraria fuit institutus patron⁹ & c. q. d. ibi q succubuit ĩ falso: agebat ex eodē testamento: hic agit extrinsecus. ¶ Op. ĵ. de co. l. fi. Sol. ibi ideo. quia tã varijs modis nitebat̃ ex eadē scriptura. ¶ Oppo. de. l. ꝙ in hęrede. §. eligere. de tribu. Sol. ibi in his, quę electione tolluntur &c.

FIliam. Preteritus à matre, habet̃ pro exhæredato: [e] ideo habet necesse intentare quęrelam. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 *Proposita una actione, quando currat tempus ad aliam.*

cōtinebātur.Refert,quòd istud singulare dictū cōmuniter nō tenetur à
modernioribus:qa ista lex non reperitur correcta per canones: ideo nō
debet corrigi p gl.magis. Sed refert Abb.singulariter posse illud dictū
subdistingui , in cōcessiōe rerū spiritualiū,in quibus ex sola cōcessiōe
trāsfertur ius in re:vt in tex.no.in.c.si tibi.de præbē.in.vj.Facit.c.fi.de
spōsa.duo,& ꝙ no.cōmuniter in.c.inter cætera.de præbē.Itē secūdum
eū posset saluari:qñ ecclesia vēdit ecclesię,vt ex sola cōuētiōe sit trāslatū
dñium in ecclesiā.ar.l.fin.C.de sac.san.eccle.Illa tñ lex nō loquiť,qñ ec-
clesia contraxit cū ecclesia:& videť disputandū esse,an priuilegiū illi⁹
cōstitutionis competat ecclesiæ:cōtra ecclesiam.& satis ęquum esset te-

nere. quòd sic. & faciūt no. p Barto. in auē. quas actio nes. C. de sac. sanc. eccl. vbi disputat, an priuilegiū &c. Adde, q̄dixi post Bartol. in. l. siue aūt. §. j. de publi. & dictā opinio. Host. & Inn. seq̄t Lud. ro. in auē. similiter. ad fin. ad l. fal. ī. xxij. fallē. arg. c. cū aūt. de iure pa. & in hac materia quis sit potiꝰ, etiā si iteruenit iuramentū: & qd si vni vēdidi, alteri ꝓmisi, vēdere, Inn. ī. c. cū contingat. de iureiur. ī. iij. char. & illud dictū Host. ī. d. c. continebaē. tenēt scribētes ī cle. cū illusio. de renunc. vt habeo relatū, per Mode. in ca. suam. de poenis. ADDE. quòd dictum Inn. sequiē Ro. cons. ccxvij. vbi illud extēdit. ad principem,

a ¶ De fructibus ꝑceptis. Et ita etiā tenet Pau. de cast. in cō. clvij. ꝙ incipit, ī christi noīe amen. qō. ista veritē &c. allegat hūc text. iuncta gloss.

b ¶ Certū est Vide Bar. ī. l. & ex diuerso. ff. eo. & hāc leg. secūdo dicto limitauit Bar. ī. l. insulā. §. fructꝰ. ff. sol. matr. Quā limitationē rephēdunt ibi Raph. & Pau. de cast. Sed ī vno casu saluat ibi Alex. & vide ad hāc leg. aliqua p Bar. in. l. iij. §. ex cōtrario. de acqr. pos. & hāc leg. limita ī iudicio singulari, ꝙ fructus ꝑcepti, & cōsumpti à bonæfidei possessore veniūt restituēdi: secꝰ in iudicio vniuersali. l. non est ambiguū. & ibi Cy. & Bal. fami. ercis.

POMATES.

c ¶ Morelitis. dic ꝓimò hodie de eq tate canoni. post solā citationē videad istam leg. d. Franc. de crema. notabili. c. j

SI in area. Quod in communi ædificatur, commune efficitur: sed ædificanti bona fide, ex pensæ debēt restitui. h. d.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio facta ementi rem meām, quomodo fiat?*
2 *Denūciatio, quòd cōstituat quē in mala fide. nu. 4. & nu. 5.*
3 *Malæfidei possessor constitutus, per denunciationem: quòd teneatur tantum de perceptis.*

SI fundum. Denūciatio facta à dño, ne qs emat, emptorē cōstituit malæfidei possessorem. h. d. Not. hanc. l. de virtute huius denunciationis, quæ constituit emptorē malæfidei.
1 ¶ † Itē pōdero verba huius leg. valde in materia probationis, ꝙ nō sufficit, si protestetur, ꝙ nō emat: sed debet dicere: qa est mea: vt hic patet in tex.
2 ¶ Ex hac leg. habes duo. † Primo, ꝙ denunciatio cōstituit aliquē malæfidei possessorē. Se-
3 cūdo † ꝙ iste malefidei possessor, teneaē tm̄ de fru
a ctibꝰ ꝑceptis, [a] quasi dicat nō de ꝑcipiēdis. & sic titulus excusat à percipiēdis. & ita tenet glo. licet doct. vltramō. dicāt contra primū passum: vtrum
4 denunciatio cōstituat quem in mora. Cy. hic dicit, & ponit verba Dyn. q̄ sunt in. l. j. & l. iij. ff. ꝙ fal. tu. autho. & dic, vt hic plenè per eū. Ego ponā in meo tractatu de ꝓtestatiōe. ¶ Itē not. † ꝙ de-
5 nunciatio constituit quē malæfidei, ante contractum: posteà verò non. no. per gloss. in. l. pe. ff. de vsucapio. pro empto.

INdicia. Dominium potest ꝓbari instrumentis, & aliis indiciis. h. d. &c.

NOn seruum. Cōtra dominū institui debet actio pro rebus, quas detinet seruus, non contra seruum. h. d.

APossidentibus. In acti. in rem. cōtra restituentem, lucratur ī litem. h. d.

b CErtum est. [b] Ista lex nō po sset esse magis bre uis, q̄ ē: & est magis repetibilis ī materia fructuū, q̄ aliqua alia. Materiam istam ponit glo. in. l. & ex diuerso. ff. eo. doc. recitant eam hic: ideo non recitaui eam.

SI mancipium. Qui repetit rem suā non tenetur ad restituendum preciū, ab alio perceptum. h. d.

NVllo iusto. Qui titulum iustū non habet, longo tempore non præscribit. h. d.

SOlennibus. Per solutionē pēsionis, non consequitur quis dominium. h. d.

c MOrelitis. [c] Præscriptio longi tēporis, post lit. cōte. nō currit. h. d. ¶ No. & tene mēti hāc leg. de qua facio, & doceo practicam i. . l. Celsus. ff. vsuca. Tu scis, ꝙ articuli ꝓducunē post lit. cōtest. & testes etiā examinātur. Facias ꝙ articulꝰ tuꝰ cōcludat: ꝙ tu possedisti. x. an. & vltra, ante lit. cōst: Nā si probareē possessio. x. an. post lit. contest. nihil probares. Et ad hoc no. hāc. l. quæ melius dicit, q̄ aliqua de mundo.

SEruum. Ex solo, titulo sine possessione, non quæritur dominium. h. d.

SVMMARIVM

1 *Opponi potest de iure tertij, quando est exlusiuum iuris agentis.*

d REs alienas. [d] Nisi actor suā ītētionē ꝓbet, reꝰ possidēs, licet etiā ījustē absoluiē. h. d.
1 ¶ Ex hoc habes, † ꝙ hoc casu, licet op ponere de iure tertij hoc mō. tu vendicas rē, quam ego possideo: ego possum dicere nō est tua, sed
e cuiusdam tertij. Ratio est: quia ius tertij, [e] est exclusiuum iuris agentis. Vidistis in. l. cū seruūquis piam. j. de ser. fugi.

De usufructu, & habitatione, & ministerio seruorum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius, quomodo dicatur dominus?*
2 *Vsufructuario datur realis actio: ut confessoria, & negatoria.*
3 *Seruitutes personales sunt quatuor.*
4 *Ministerium seruorum, est seruitus personalis.*

¶ Rubrica nostra cōtinuaē secūdū gl. nostrā sic. Dictū. s. de dño rerū corporalium, sequiē videre de dño rerū ícorporaliū: vt vsufructꝰ, vsus &c.
e ¶ Ista continuatio videē posse impugnari. Et videē ꝙ hic fit oppositio in obiectione. Nā vsufru
e ctus est ius vtendi, fruendi, alienis rebus: vt. ff. eo. ti. l. j. sed gl. secundū istā cōtinuationē videē cōclu
f dere, ꝙ vsufructuarius sit dñs: [f] quare malè. Potes saluare gl. secūdū Gul. de cug. & dicere, ꝙ vsufructuariꝰ habito respectu ad ius, ꝙ habet in re pōt dici dñs ipsius. arg. l. in vēditione. ff. de bo. autho.
2 iud. poss. in prin. Nam † & vsufructuario daē realis actio, vt cōfessoria, & negatoria, quę dño danē vt. l. ij. in prin. ff. si ser. vendi. & ꝙ ibi not. & in. l. vti frui. §. j. ff. si vsufruc. pe. ¶ Ad euidentiā totiꝰ materiæ, debetis scire: ꝙ seruitutes quædam sunt reales: de quibus habetis. j. tit. ꝓxi. Quædā sunt
3 personales: † & istæ sunt quatuor. secundùm Dy. j. vsufructus, de quo principaliter tractat titulus noster. & cuius naturæ sit, habetis in. l. vsufructu legato. in princip. ff. eo. titu. Est & vsus, & cuius naturæ sit habetis in. l. plenum. in prin. ff. de vsu. & habi. Et est habitatio, & cuius naturæ sit habetis in. l. penul. §. licet tam angustus. ff. de vsu & habi. Et est ministerium seruorum, de quo fit mētio in rubri. nostra: & cuius naturæ sit habetis in l. ij. ff. de oper. ser. & in. l. ij. de vsufruc. leg. Li-
4 cet † quidam dixerint, ꝙ ministeriū seruorum sit seruitus realis. Tamē tu dicas, secūdū Dy. ꝙ seruitus ꝑsonalis est. Nam morte serui extinguiē: secus in realibus, q̄ sunt perpetuæ, & debenē à rē rei: vt l. j. & quod ibi not. ff. de serui. titu. generali. & l. q aliena. §. fi. ff. de neg. gest. & ibi bonus tex. & hāc opi. firmat Dy. in. §. equē. instit. de actio.

SVMMARIVM.

1 *Testator non potest remittere cautionem introductam, in fauorem hæredis. nu. 6.*
2 *Testator non potest facere, quin leges habeant locum in suo testamento. & nu. 9.*
3 *Vsusfructus, quando cadat in rebus, quæ usu cōsumuntur.*
4 *Verba impropriantur propter uoluntatē defuncti seruādā.*
5 *Verba quandoq; propriè, & quandoq; impropriè sumunē.*
7 *Inuitari ad delinquendum nemo debet.*
8 *Falcidiæ detractio quòd sit introducta fauore testatoris.*
10 *Lex hæc, de qua cautione sit intelligenda?*
11 *Hæres potest remittere hanc cautionem.*
12 *Cautio de qua in ista leg. quando dicatur de substantia usufructus.*
13 *Vsusfructus, si constituatur inter uiuos: an hæc cautio tunc posit remitti?*
14 *Libellus, dico me esse in possessione talium iurium: licet possessio in iuribus non detur, ꝙ sustentetur.*
15 *Verbum dubium prolatum ab actore, interpretatur pro eo.*
16 *Emphyteuta, qui cecidit à possessione rei emphyteuticæ si dicat, rem ad se pertinere iure dominij, quòd sustinetur libellus.*
17 *Libello si dicatur rem pertinere ratione dominij, uel quasi, ꝙ uideatur deductum dominium utile.*
18 *Dictum testis impropriè loquentis, quòd debet coadiuuari: ut non incidat in falsum.*

SI vsufructꝰ. Cautionē quā vsufruc. præstare debet, testator remittere non potest: & per consequens vsufructuariꝰ ante cautionē præstitam vti frui nō pōt. h. d.

¶ Not. j.

d ¶ Res alienas. Sing. est hęc lex se cūdū Bal. in. l. ij. j. q. nō ob. lō. tēp. ꝑscrip. uersi. no. de iur. tertij pōt opponi. p Bald. in. ij. de excep. rei iud.

POMATES.

d ¶ Limita istam. l. fi. vt p Alex. in. l. si ab hostibus. §. si alienā. in princ. ff. sol. mat. & cū Alexan. cōsi. j. vol. v.

e ¶ Ius tertij. Tu adde Bart. in. l. si alienādo. sol. mat.

e ¶ Et circa istūti. qn̄ legaē vsufructꝰ oīum bonorū. vide Ludo. ro. in consi. ccciiii. & an medietas alterius vsufructus accrescat alteri legatario.

POMATES.

f ¶ Vsufructuariꝰ sit dominꝰ. Vtrū vsufructuariꝰ dicatur dñs: facit ꝙ not. Bart. in. l. naturaliter. in prin. de acq. pos. & ad. de. l. vsufructus. & ibi Bart. in. l. q vsumfructum. de verbo. oblig.

1 ¶ Not.j.quod dixi in summario. ¶ No.ij.† testator cautionẽ, quæ est ĩtroducta in fauorẽ heredis
2 remittere nõ põt. ¶ No.iij.† ꝙ testator nõ põt facere ꝙ leg.nõ habeant locũ in testõ suo:vt hic.& l.nemo.ff.de leg.j. ¶ Op.dicit̃ hic, si vsufructus
3 oĩm bonorũ &c.tex.vr̃ cõcludere,ꝙ in reb⁹, † q̃ vsu cõsumunt̃ dicat̃ esse vsufruct⁹. ¶ Sed cõtra. de.l.j.&.ij.&.iij.ff. de vsufruct.ea.re.q̃ vsu consu. & de.§.cõstituit̃.instit.de vsufru.Sol.nomẽ fruct⁹ vel vsufructus,hic appositum sumitur propriè, quantũ ad eas res,quę.s.vsu nõ sumũtur.Impropriè autem sumitur etiam habito respectu ad eas
4 res,quæ vsu cõsumũtur.Et hoc † cõtingit ꝑpter
5 voluntatẽ defuncti cõseruãdã.Nam al's † verbum quãdoq;,sumit̃ ꝓpriè,& ĩpropriè:vt.l.ij.& ꝙ ibi not.de offi.ꝓcu.&.l.sed & si possessori.§.itẽ si iurauero.ff.de iureiuran. ¶ Item oppo.dicit̃ hic,ꝙ testator non põt remittere istã cautionẽ. ¶ Con-
6 tra.d.l.scire.j.vt in pos.lega.Sol.† hic nõ põt remittere istã cautionẽ:tum,qa est introducta in fa-
7 uorem hæredis:tum,qa vsufructuarius † inuitaret̃ ad delinquendum,cõtra.l.cõuenire.ff.de pac.do. cõtra.l.si vnus.§.illud.ff.de pactis.Sed cautio de qua fit mẽtio in leg.cõtra.est ĩtroducta in fauorẽ
a ipsius testatoris:& iõ eã remittere põt.ᵃ ¶ Sed cõtra istã solu.posset instari de aut̃.sed cũ testator.j. ad leg.falci.q̃ sumit̃ ex corpore.de hære.& fal.§. si verò expressim. vbi testator põt ꝓhibere falci
8 diã,q̃ est in fauorẽ hæredis.Sol. potestis † dicere, ꝙ detractio fal.sit fauor ipsi⁹ testãtis,ad hoc vt nõ decederet sine hęrede:qa decederet,si hęres non haberet aliquod cõmodũ:qa nõ adiret hæreditatẽ.ar.instit.ad.l.fal.in princ. ¶ Itẽ opp.dicit̃ hic, ꝙ etiã si testator ꝓhibuit cautionẽ exigi,quod tñ pstari debet.Cõtra de.§.disponat.in aut̃.de nup. col.iiij.hic aũt veniũt cõtra dispositionẽ ipsi⁹ te-
9 statoris:quare malè.Sol.† aut volũtas testatoris est secũdũ leges:& tũc indistinctè seruãda est:vt ĩ cõtrario.Aut est cõtra leges,vel qa fortè disponit volẽs legẽ locũ nõ habere in testamẽto:& ista dispositio est seruãda.Ita intelligat̃ lex.nr̃a.arg.in.l. nemo põt.de leg.j. ¶ Modò ꝓ declaratiõe nõstrę
10 legis q̃ro:† de qua cautione loquat̃ lex.nostra?breuiter loquit̃ de cautiõe de vtẽdo,fruẽdo,arbitrio boni viri:habẽdo respectũ ad res:q̃ vsu nõ cõsumũtur.Itẽ loquit̃ de alia cautiõe:videlicet de tãta pecunia reddẽda,vel estimatiõe rerũ, habẽdo respectũ ad res,q̃ vsu cõsumunt̃:vt.l.ij.§.j.de vsufr. earum rerum,quæ vsu cõsumuntur.in.§.cõstituitur.insti.eo.tit. ¶ Quæro,dicit̃ hic:ꝙ testator nõ
11 põt remittere hãc cautionẽ.Sed nũqd hæres † potest remittere hãc cautionẽ ipso iure.Primò videtur ꝙ nõ per.l.hærede.ff.de reg.iur.gl.nostra videtur determinare cõtrariũ:qa cũ ista cautio sit in fauorẽ hæredis,ipse hæres fauori suo renunciare põt,vt.l.si qs in cõscribẽdo.de pac.&.l.si qs in cõ
12 scribẽdo.de epi.& cle. ¶ Itẽ q̃ro,nũqd † cautio sit
b de substãtia vsufruct⁹ᵇ.Primò videt̃ quòd sic,ꝑ hãc leg.& ꝑ.l.j.§.j.&.§.habet.ff.de vsufr.queãd. ca.In cõtrariũ vr̃.l.si vsufruct⁹.§. illud.&.§.planè.vsufru.queãd.ca.Ad idẽ.l.hoc senatuscõsultũ §.j.ff.de vsufruc.earũ rerũ,q̃ vsu cõsu.In quibus leg.ꝓbat̃.ꝙ cõsistit vsufruct⁹ sine cautiõe.Hanc vlt.partẽ ꝓbat glos.in.l.j.ff.eo. ¶ Iaco.but.dicit. duo verba.& sic aut q̃ris,nunqd ista cautio sit de substãtia vsufructus,habẽdo respectũ ad eas res, quę vsu nõ cõsu.& dico,ꝙ nõ est de substãtia.Nã & in multis casibus vsufructus cõsistit sine ea:vt videbitis no.in.l.vsufructu.j.eo.ti.Si verò habeamus respectum ad eas res quæ vsu cõsumũtur:tũc cautio ista videtur esse de substãtia:vt.l.hoc senatus.§.j.ff.de vsufru.ea.re.quæ vsu cõsu.secũdum eũ. ¶ Itẽ quæro,dicit̃ hic:ꝙ testator in testamẽto non potest remittere hanc cautionem.Sed pone.
13 † ꝙ constituo tibi vsumfruc.inter viuos:ꝙ põtserí.vt.l.vsufru.j.eo.tit.§.cõstituitur.instit.eo.titu. Nunquid possum remittere hãc cautionẽ?primò vr̃ ꝙ non per.l.vsufr.in fi.j.e.titu. ¶ In contrariũ determinat.Gul.de cug.hic:qa cũ in suũ fauorem ista cautio sit introducta,fauori suo renũciare potest:vt.d.l.si qs in cõscribẽdo.Nõ obst.l.cõtraria. quia est verum,ꝙ nõ est differẽtia inter contractũ inter viuos,& vltimas volũtates,quãtũ ad cõstitutionem vsufruc.tñ quãtũ ad pręstandũ cautionẽ sic ꝑ rationẽ supradictã.Ita dicit ipse.Multũ facit tamẽ cõtra hanc opi.vna ratio,quã glo.assignat hic.& in.l.scire.j.vt ĩ pos.leg.Quia dicit gl. hæc cautio est introducta:vt tollat̃ occasio delinquẽdi ipsi vsufructuario.Et ꝑ cõsequẽs vr̃.ꝙ ĩ cõtractu nõ possit remitti hęc cautio.qa ita inuitaretur vsufructuari⁹ ad delinquẽdũ,remissa sibi cautione in cõtractu,sicut in vltima volũtate.ar.ad p̃dicta.l.cõuenire.ff.de pac.do.&.l.si vnus.§.illud. ff.de pac. ¶ Vltimò hæc.l.& similes valẽt ad quęstionẽ.secũdũ Gul.de cug.& ipse ponit ĩ.l.sed & si possessori.§.itẽ si iurauero.ff.de iureiur.Ecce vos detis hic,ꝙ nomẽ vsufruct⁹ ꝓpriè ponit̃,& ĩpro
14 priè diuersis respectib⁹. ¶ Modò pone:† Quidã agebat cõtra aliũ,dicebat se esse in possessiõe ta c liũ iuriũ:scitis,ꝙ iura non possident̃:vt.l. seruus §.incorporales.de acqui.rerũ do.nũquid ꝓcedit iste libellus?dicit ipse ꝙ sic,arg.istius tex.& arg. dicti.§.itẽ si iurauero.qa licet ꝓpriè possessio nõ cadat in iurib⁹,tamẽ impropriè sic:& maxĩmè cũ d
15 in initijs iudiciorũ,si verbum † dubium ab actore proferat̃,interpretemur pro eo:vt.l.si qs intentio ne.& ꝙ ibi not.ff.de iu. ¶ Itẽ valet ad aliudᶜ.po-
16 ne emphyteuta † cadit à possessiõe,agit cõtra possessorem,dicẽs rẽ ad se pertinere iure dominij,nũ
d quid poterit defendi talis libellusᵈ? videt̃ ꝙ non. Nã app.dominij simpliciter prolati,refert̃ ad directũ:vt.l.j.in fi.si ager vectig.vel emphy.pe.Sed emphyteuta nõ habet directũ dñium,sed vtile,vt ibi no.ergo.&c.In contrarium determinat Gul. de cug.per præallega.rationes:qa licet dñium ꝓpriè sumptũ intelligat̃ de directo:põt etiã intelligi de vtili.quod habet ipse emphyteuta.arg.prealle.iuriũ. ¶ Et ex hoc potestis cõcludere aliud, secũdũ opi.Gul.qa videtis secũdũ opi.suã.ꝙ verbũ dñij in libello prolatũ:cõprehendit etiã vtile
17 dominium.Vnde valet † ad libellũ,qui quotidie formatur in rei vendica.Nam dicit̃.Peto talem rẽ ad me pertinentiam iure dñij,vel quasi.Nũquid videt̃ esse deductũ dñium vtile?certè sic.secundũ istã opi.& hãc op.videt̃ etiã formare Dy.in.l.& an eãdẽ.§.actiões.de excep.rei iudi.& candẽ format do.Mar.in.l.si mater.§.eandẽ.eo.tit.Si actor ꝓbabit pręscriptionẽ.x.vel.xx.an.ꝑ quã q̃rit̃ vtile dominiũ:vt not.in aut̃ nisi.C.de bo.mat.videt̃, ꝙ debeat obtinere. ¶ Vltimò valet ista lectu.& si
18 miles.† ꝙ si testis loquat̃ impropriè,ꝙ dictũ suum
e debeat coadiuuariᵉ. ¶ Et est verum secũdum do.
f Iac.ᶠ quantum ad hoc,vt non incidat in falsitatẽ, nõ autem vt probet:vt not. per eum in.d.§.itẽ si iurauero.Nã verbum testis dubium,semper contra proferentẽ debet interpretari:vt in.c.in præsentia.extra de proba.&c.

VErbis. ¶ Proprietarius non impedit obligare proprietatem,licet vsufructus sit alienus.h.d. No.summarium.

SVMMARIVM.

1 Vsufructus finitur morte usufructuarij.
2 Vsufructus qñ finiatur morte proprietarij.& nu.3.
4 Casus in quo pater non habet usumfructum,in bonis aduentitijs.

SI patri. Morte ꝓprietarij, non tollit̃ vsufructus:sed fru
1 ctuarij sic.h.d. ¶ No.† ꝙ vsufruct⁹ finit̃ morte vsufru.siue vsufruct⁹ sit cõ
2 stitut⁹ in vltima volũtate,siue in cõtractu. ¶ † Secũdò habetis notare,ꝙ morte ꝓprietarij nõ extĩguit̃ vsufruct⁹.Modò,cõtra istud secũdũ notabi le,oppo.de.l.ij.j.de bon.ma.vbi videt̃ ꝙ mortuo f filio cõsolidet̃ cũ ꝓprietate.Sed secundũ Pla.ibi est casus spẽlis.Istud ẽ falsũ:qa nõ apparet aliqua ratio spẽlitatis.quare sol.& meli⁹ vt ibi no.qa ibi nõ dicit̃ ꝙ obierit fili⁹,sed pater:iõ nihil ad rhõbũ. ¶ Itẽ opp.de.l.penul.§.ꝙ si nepotes.j.tit.de bon.mat.Dicit gloss.etiam ibi fallit.Tu verò po-

a ¶ Remittere potest. Vtrum cautio possit remitti vsufructuario ꝑ, testatorem, inter viuos? vide.j. pro xi.dicit tamẽ . hic Cy. quòd cautio pro alijs rebus, q̃ vsu consumuntur potest remitti.sed Bald.hic dicit. ꝙ est contra istum text.qui loquitur in pecunia.& hãc etiam approbat Bald. in duobus locis hic.et ꝑ opi. Cy.tenet Petr. de anc.ĩ.c.fi. de pig. Sed Imo.ibi contra,& Sali.hic etiã tenet cũ opi. Bar. vide Bald. in aut̃. cui relictum in vlti.colum.in versi. ergo.C.de ĩdi.vidui.tollen.

b ¶ De substantia vsufruct⁹.Et ad de hoc ꝙ no. Bar. in.l.si tamẽ.de vsufruc.est tex.optimus.in.l.pen. de vsufr.ea.re,q̃ vsu cõsu.& cũ Bar.hic tenet Anton. de Butr.in.c.fin. de pig.sed Imol. ibi dubitat.per.l.hoc senatus.§.j.hic alle.Sali.hoc tenet cum Barto.

c ¶ Ad aliud. Ad de Bar.in.l.sed & si possessori.§.itẽ si iurauero.de iureiuran.

d ¶ Talis libellus. An si in libello emphyteuta dicat rem ad se pertinere iure dominij,possit defendi talis libellus. ad de Bar.in eo qui p̃scripsit in.l. minor.§.j.ff.de euic. vide q̃ dixi post Bart. ĩ.l.j.si ager. vec.hic alleg.& ꝙ not.Inn.in.c. examinata.ad fi.de iud.& ꝙ not. Inno.ĩ.c.ĩ pñtia.ad fi.de ꝓb.& ꝙ no. in.d.l.si qs intentione.ad fi.de iu. & Bar. sequit̃ hic Bal.in.l. ꝓprietatis.de ꝓba.Adde tñ,ꝙ appe.ꝓprietatis, semper intelligit̃ tex.in.d.l. j.in fi.si ager vec, no.Bal.ĩ.l.cũ res. in fi.j.de ꝓbat.& Bal.ĩ.l.pe.ĩ.j.col. si à nõ cope.iudi. Vide tu no.in.l.si olei.j.loca.

e ¶ Coadiuuari. Nota,qualiter debet iurare testis: de quo ꝑ Bart.ĩ.l. ij.ff.si cert.pet.& in.l.si iter stipulãtẽ.§.ꝑquo vbi oĩ no vide Imo. de ver.obl.sed Bar.ĩ ru.j.si ex fal.ĩstr. tenet,ꝙ ẽt testis, ĩprobè loquens, ꝓbat in fin.legis Vide omnino Bal. in.l.Luci⁹.ff.de in fa.

POMATES.

f ¶ Verũ secũdum do.Iac.Vide etiã Ale.ĩ.l.diuortio. ff.solu.ma.& vide Fel.in.c.cũ tu.ĩ.j. col.de te.& Imo. consi.cj.

a ¶ Oportet cauere. No. q sunt illi vsufructuarij, qui teneãtur cauere. Sed qd in condu ctore, emphiteuta, & alijs habẽtibus vtile dñium: vide Bal. in rub. j. de iure do. Adde an ante præstitã cautionẽ faciat fructus suos. Bal. consi. clxxvij. ij. libro.

b ¶ Reddere rationẽ. An pater teneaƭ reddere rationẽ filio, per Bald. in auƭ. episcopalis, alias ĩ. l. ẽphyteu. de epi. et cle. l. filia in vlt. col. ff. erci. & in. l. si superstite de dolo. & tex. bonus & doc. in. l. cũ op;. §. cũ autẽ de bo. q̃ lib. Alexã.

c ¶ Dare fideiusso res. No. qd si vsufructuari⁹ nõ põt cauere, Et vt sufficiat iuratoria cautio, duo reqrunƭ: vt no. Bar. in auƭ. gñaliter. in pri. de epi. & cle. & ꝙ ista difficultas semp ꝓbeƭ p iuramẽtũ, vt pueniaƭ ad iuratoriã cautionẽ tenet bal. ĩ. l. i. C. đ asser. tol. Sed ille tex. vr̃ subtiliter ĩ cõtrariũ. Et adde Bald. in. d. l. j. §. j. in fi. vbi q̃rit vtrũ semp sufficiat ista iuratoria cautio. Item nõ sufficit iuratoria cautio. vbicunq; iurasset qs se semel præsentare: & non obseruauerit. auƭ. ei qui & ꝙ ibi Bal. in primis verbis. de bo. auƭ. iud. pos. & ad hoc ꝙ no. Bal. ĩ. c. qua frõte. post gl. ĩ fi. de appel. imò etiã videƭ ibi in. d. auƭ. ei q. diceƭ hoc esse verũ, vbi solũ qs fuit contumax etiã absq; periurio Et ad qõnẽ gl. hic & doc. vide etiam Bal. ĩ. l. hac edicta li. §. his illud. ĩ pe. col. de secũ. nup. & adde ꝙ vbi qs liberaƭ a satisdatione: eo, qa non põt, & ꝙ deueniƭ ad iuratoriã caution: nõ debet solũ ꝓmitteƭ, sed cũ hypotheca bonorũ. per. l. fili. & ibi Bart. vt lega. not. caue. & tex. ĩ auƭ. cui relictũ. de indic. vidui. Et adde secũdũ Flo. hic staƭ iuratoriæ cautiõi, hoc est verũ, si qs nõ põt cauere ꝓpter paupertatẽ: sec⁹ si propter malos mores non potest fideiubere qa tũc nõ audiƭ cũ eius iuramento. l. iij. §. à barbaris, de re milit. & d. §. his illud. & c. per vestras. de dona. inter vi. & hoc fuit de mẽte Bal. ĩ auƭ. cui relictũ. in. ij. col. j. de iudi. vidui. & doc. in. c. qua frõte. l. fi. j. de ap. Itẽ istis in materia adde, ꝙ not. Cy. in l. vniuersa. & ibi dixi post Bal. s. de preci. impe. offe. & ad qõnem de qua hic, uide bonum tex. in. l. filiusfami. §. diui. uersi. itẽ Princeps. ff. de leg. j. Et quod sufficiat iuratoria cautio, vbi non potest satisdari, est tex. no. in. l. si constãte. §. quoties. solu. mat. & ꝙ not. in. l. in possessionem. in prĩ. quib. ex caus. in pos. ea. & per Pau. de cast. in. d. §. quoties. Et pro ista glos. ꝙ cautio necessaria nõ suppleaƭ p cautionẽ iuratoriã in defectum: tenet Rom. in. l. ij. in prin. sol. mat. per text. in. l. ij. C. de tu. qui sat. non de. Item limita, nisi alio remedio contra nõ ualentem cauere. l. filiusfami. §. diui. de le. j. & ibi imo. & uide Imo. in. l. non facile. ff. si cui plusq̃. per. l. falci. Itẽ limita, vt per Bald. in. l. ij. ff. de vsufru. leg.

POMATES.

d ¶ Cõmodo. Vide Panor. consil. xl. col. iij. in. ij. dubio. vol. j. & in. c. cũ constet. col. fi. de pign. vbi tãgit de sequen. uerbis Bar. & Alex. cõsi. lvij. vol. iij. col. fi.

e ¶ Nunquid fructus fecit suos. Et vide Barto. in. l. si homo. de vsuc. & aliquid in auƭ. cui relictũ. per Bald. in. l. fi. in. ij. col. de indi. vidui. tol.

---

tes dicere secũdũ Pet. & Cy. ibi & hic ꝙ ibi ẽ alia ratio finiẽdi vsumfructũ, videlicet cõsolidatio cũ proprietate.
3 ¶ † Item opp. de. §. si verò. in auƭ. de hære. ab ĩtesta. colla. ix. Quare dicas duo verba. Qñq; fili⁹ decedit nõ relictis descẽdentib⁹ vel collateralibus, sed patre tm̃: & tunc succedit tm̃ pater & vsufru. cõsolidaƭ cũ proprietate, vt in auƭ. defuncto. & ĩ corpore vñ sumiƭ. j. ad Tertu. qñq; filius decedit relictis descẽdentibus tantũ: & tũc illi succedũt: qa est potior causa descendẽtiũ: vt in §. j. in auƭ. de hær. ab intest. & ĩ auƭ. in succ. de suis & legiti. Qñq; decedit relicto patre & relictis fratrib⁹: & tũc pater succedit in virilẽ cũ fratribus. Et quantum ad illã portionẽ virilẽ vsufru. extin-
4 guitur, & cum proprietate cõsolidatur: quãtũ † ad alias portiones in quibus succedũt fratres, etiam vsufruct⁹ extinguiƭ: vt in. §. quoties. alias consequẽs. in auƭ. de hære. ab intest. Et q̃ sit ratio, dic, vt ibi. & est de casibus exceptuatis: ĩ quib⁹ pater nõ habet vsumfructũ ĩ bonis aduẽtitijs filiorũ, quos habetis not. in auƭ. idemq;. C. de bo. q̃ lib. & in corpore. vt lice. ma. & auiæ. §. fina. &c.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius tenetur cauere, de utendo, fruendòue arbitrio boni uiri.*
2 *Fiscus usufructuarius non cauet.*
3 *Pater usufructuarius nõ cauet, & qñ teneaƭ reddere rõnẽ.*
4 *Vsusfructus quando est relictus purè, & proprietas sub cõditione: usufructuarius non cauet.*
5 *Vsufructuarius si non potest cauere: an habeat usumfructũ.*
6 *Impoßibilitas facti, quòd excuset, sed difficultas non.*
7 *Vsufructuarius, si non præstitit cautionem: & percepit fructus, an eos faciat suos?*

VSufructu. Vsufructuarium siue ex testemento, siue ex cõtractu, oportet cauere[a] de vtẽ
a do fruendo arbi: boni viri. h. d. ¶ No.
1 ꝙ vsufructuarius † tenetur cauere de vtendo fruẽdo arbi. bo. vi. vt hic. & hæc sunt vera, siue vsusfr. cõstitutus sit in vltima volũtate, siue inter viuos: vt hic. ¶ Modò op. dicitur hic, ꝙ vsufructuarius
2 tenetur cauere &c. Cõtra † de. l. j. §. si ad fiscum. ff. vt leg. no. ca. ibi, fiscus non cauet. Solu. casus specialis est in fisco. ¶ Item oppo. de. l. fi. §. si autem
3 j. de bo. quæ libe. ¶ Solu. † etiam est casus specialis in patre, vt colligitur in. d. §. si autem. Nã non tenetur ille cauere: sicut & al's non tenetur redde-
b re rationẽ[b] administrationis: vt ibi. nisi dolosè gesserit: quia tunc tenetur reddere rationem administratiõis: vt. l. imperator. & ibi not. ff. ad Trebellia. ¶ Item oppo. de. l. si vsufructuarius. §. pla-
4 nè. & §. illud. ff. vsufruc. queãdmo. ca. Solut. † ibi vsusfructus erat relictus purè, proprietas sub cõditiõe: & ita sperabatur de proximo vsusfructus cõsolidari cũ proprietate, & sic vsufructuari⁹ vtebatur quasi re propria: & ideo non cauet. & ista est ratio legis contrariæ. ¶ Pro declaratione leg.
5 nostræ quærit glossa. † Ecce vsufructuarius debet cauere: & dare fideiussores de vtendo &c. arbitrio boni viri. Pone quod non potest dare fide
c iussores:[c] nunquid gaudebit commodo[d] vsusfru
d ctus? quidam dixerunt, quod nõ imò res debet sequestrari: vt. l. litibus. de agrico. & censi. lib. xj. C. Illa opi. nõ videtur vera. Nam regulariter sequestratio est prohibita, nisi in casib⁹ inter quos iste non enumeratur: vt. l. vnica, & quod ibi nota. j. de prohi. sequestra. & l. si fideiussor. §. fina. ff. satis. cog. Quare dixerunt alij: quòd si ipse velit promittere proprietario secundum formã. l. hac edictali, §. his illud. j. de secun. nup. quod admittetur ad vsumfructum. Ista opinio reprobatur in glossa. & meritò. Nam ibi est speciale in matre cõuolante ad secũda vota vt hic patet. Quare gl. nostra hic dicit, quòd si nõ potest dare fideiussores quod ipse non gaudebit cõmodo usufructus: ut l. uxori usus. ff. de usufr. leg. ¶ Sed cõtra istã sol. gl. posset instari. de. §. impossibilis. institu. de hę. insti. Sol. dicit gl. ibi loquitur de impossibilitate de natura, uel de iure: hic ĩ qõne nostra de impossibilitate facti. Vel meli⁹ secũdũ dictũ do. Iac. di-
6 catis, † ꝙ impossibilitas excusat aliquẽ, ut in contrario: sed difficultas p̃statiõis nõ excusat: ut. l. cõtinuus. §. illud. de uerbo. oblig. & ita intelligiƭ qõ nostra. ¶ Sed ulterius, contra determinationem gl. posset instari. de. l. cũ nõ facile. ff. si cui plusq̃. per leg. falcidiã. ubi si nõ põt p̃stare fideiussores: remittiƭ iuratoriæ cautiõi. ¶ Hui⁹ timore Pet. & Cy. post eũ dixerũt, ꝙ si usufructuari⁹ uelit iurare de utẽdo fruendo arbitrio boni uiri: quòd ipse gaudebit commodo usufructus, & remitteƭ sibi cautio. arg. in authẽ. cui relictum. posita. j. de indi. uidui. tollẽ. & in corpore unde sumiƭ. Facit ad hoc. l. j. §. sin uerò. j. de asser. tol. & ita tenet primã opi. positã hic in gl. Guil. de cug. tenet ꝙ res debent sequestrari apud quẽdam bonum uirũ: qui usufructuario præstabit cõmoditatẽ usufructus. arg. l. postq̃. §. imperator. ut leg. no. caue. ¶ Credere posse saluari opi. utriusq;. & sic. Nã aut persona usufructuarij, est persona suspecta: & tũc dicerẽ ꝙ haberet locũ opin. Gul. quod res debeat sequestrari, secũdũ formã. l. postq̃. §. Imperator. prealle. Aut nõ est persona suspecta: & tũc habet locũ opi. Pe. uidelicet, quod committatur iuratoriæ cautioni. arg. in. d. l. j. §. sin uerò. j. de asser. tol. ¶ Itẽ q̃ro, uidetis, ꝙ usufructuarius debet p̃stare
7 cautionẽ. † qd si nõ pręstitit cautionem, & fruct⁹
e percepit: nũquid fruct⁹ fecit suos[e]? gl. uariãt. Habetis unã glo. in. l. si cuius. §. j. alias est. l. si usufructus. ff. eo. tit. quę uideƭ dicere, quòd non facit fructus suos. Aliã habetis in. l. uxori. la. j. ff. de usufr. lega. quę uideƭ dicere, quod fecit fructus suos. qd dicem⁹? Gul. de Cu. concordat eas sic, aut usufructuarius bona fide usus fuit: qa forte cautio non fuit petita sibi ab herede: & tunc usufructuarius facit fructus suos. & ita habet locũ gl. quę est in. l. uxori. prealle. Aut nõ fuit usus bona fide: & tunc nõ facit fruct⁹ suos, & ita & habet locũ gl. quę est in. l. si cuius. §. j. de usufru. & hanc eandẽ opi. secũdũ Cy. Pet. format hic. & quodammodo fuerunt uerba Azo. in. d. l. uxori. de usufruc. lega. &c.

SI pater. Vsufructuarius fructus perceptos post tempus usufructui adiectũ tenetur restituere. h. d. ¶ Not. ꝙ dixi in summario. ¶ Itẽ no. ꝙ finito usufructu, post tẽpus ei adiectũ, fructuarius tenetur restituere omnes fructus: ut hic. ¶ Opp. diciƭ hic, ꝙ usufructuarius teneƭ restituere fructus perceptos post tẽpus, quasi uideaƭ dicere, ꝙ non teneaƭ de percipiendis. Sed cõtra de l. si nauis. §. gñaliter. ff. de rei uendi. & l. certum. s. tit. proximo. Dixerũt quidã, ꝙ hic est speciale in matre: ꝙ nõ teneatur de percipiẽdis. Ista solu. est falsa. p. l. si mater. j. de usuris. Quare dicatis, quod ista lex: suppletur per iura cõtraria: quia licet dicat quòd teneaƭ ad fructus perceptos, non tamen negat quin etiam de percipiendis teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius potest obligare usumfructum: id est commoditatem utendi fruendi. & nu. 2.*

INterest. Maritus usumfructũ in dotẽ recipiens, proprietatem obligare non potest. Et idẽ si proprietatẽ inæstimatã in dotẽ reciperet: si uerò æstimatam, obligare põt. h. d. ¶ Ad euidẽtiã, ista lex habet duplicẽ intellectũ. Vn⁹ est secũdũ gl. ꝙ lex ista ponat tres casus, uidelicet qñ usufruct⁹ tm̃ daƭ in dotẽ. Item qñ daƭ proprietas inæstimata. Itẽ qñ daƭ æstimata. legiƭ & alio modo, vt

do,vt ponat quatuor casus.Et secũdũ istam lect. debet addi casus,in quo ꝓprietas sit æstimata ea æstimatione,q̃ nõ facit emptionẽ.Ponã vobis casum secũdũ primã lect.quã gl.approbat:licet aliã non reprobet.¶Nota,quod dixi in summario. ¶Op.dicit̃ hic ꝙ vsufructuari⁹ non põt obligare ꝓprietatẽ.¶Cõtra de.l.fruct⁹.de reg.iur.&.l.fi. ff.de vsuris,hic aũt dicit̃ cõtra.quare malè.Sol.dicũt q̃dã,ꝙ iura cõtraria:loquunt̃ in dubio.Certè ista solutio nõ videt̃ bona:qa nullũ habet saporẽ quare dic,ꝙ vsufructuari⁹ nõ põt obligare ꝓprie
1 tatẽ,vt hic:† vsumfructũ sic.& ita intelligãtur cõtraria.Cõtra istã sol.instat̃ de.l.arborib⁹.§ vsufructuari⁹.ff.e.tit.& de eo,ꝙ solet notari.§.itẽ finit̃. instit.eo.ti.vbi vsufructuari⁹ nõ põt cedere.Sol aut vsufructuari⁹ vult cedere,vel vẽdere,vel obligare ius vtendi fruendi,& dico ꝙ non põt:vt.d. §.itẽ finit̃.Aut vult cedere,vl'vẽdere cõmoditatẽ.
2 † vtẽdi fruẽdi,& hoc põt fieri:vt no.d.l.arboribus.&.d.§.itẽ finitur.insti.eo.ti.hic nõ sunt alia.

SVMMARIVM.

1 *Expensa,quæ fit in reficiendo pertinet ad usufructuarium.*
2 *Vsufructuari⁹ repetit magnã expẽsam:et qua actione?nu.3.*
4 *Vsufructuarius uidetur constitutus procurator in rem suã.*

EVm ad quem. Modica expensa pertinet ad vsufructuariũ: magna ad ꝓprietarium.h.di.Querit glo.qua actione vsufructuari⁹ repetet?Respondet quod per actionem negociorũ gesto. Ista gloss.non placet mihi, Licet enim modica expensa pertinereret ad vsufructuarium
1 & magna ad dominum : tamẽ† oĩs expensa in reficiẽdo semper pertinet ad vsufructuarium. Siue ergo sit magna expẽsa,siue pua:vsufructuari⁹ de
2 bet reficere:licet,†magnã[a] repetat,& paruã nõ:vt
a ff.de dã.infect.l.dãni.§.ei cuius.Vñ cũ vsufructuari⁹ expẽdit de necessitate:nõ põt repere p actionẽ neg.ge.vt.l.hęredes.§.idẽ est,si vn⁹.fami.erci.
3 ¶†Qualiter ergo repetet.Rñ. p actionẽ i factum. vt dicit iuriscõsultus in simili,in.l.p̃tor.§.his verbis.de bo.autho.iudi.pos.q est bon⁹ tex.ad hoc, vt repetat p vtilẽ actionẽ mãdati:qa vsufructua
4 rius † videt̃ cõstitut⁹ ꝓcurator in rẽ suã a dño, circa curã rei.Istud ꝓbat̃ in.l.j.in fi.cũ.l.seq.de ope.no.nũc.&.l.j.cũ.l..seq.vsufruc.quẽad.cauea.

SVMMARIVM

1 *Vsufructuarius poßidet naturaliter tantum*
2 *Poßeßio naturalis sola non sufficit ad præscriptionem.*

NEque fructuariũ. Vsufructuarius,vel eius hæres non præscribit
1 proprietatẽ,h.d.Ratio est,dicit gl.& bene.†quia
2 nõ possidet ciuiliter:sed naturalit̃ tm̃.†sola aũt naturalis non sufficit ad p̃scribendum:vt.l.acquiritur.§.fi.de acq.re.domi.p Dy.in.c.sine possessione.de regu.iu.lib.vj.Dixi plenissimè in.l.iiij.§.ex cõtrario.de acquiren.poss.

VSufructuari. Vsufructuari⁹,vel cui sũt relictæ operæ serui:alienandi facultatem non habet.h.d.

SIdomina. Habet duas lectu.secundũ primã.h.d.Morte dñi non extinguitur vsufructus.h.d.secũdũ aliã lect.Morte eius,q cõduxit vsunfructũ, vsusfruct⁹ cõduct⁹: extĩguit̃.h.d.secũdũ aliã lec.magis notabilẽ.&c.

HAbitatio. Habitatio finit̃ morte,& q eã habet non potest alienare proprietatẽ,etiam in vltima voluntate.h.d.

SVMMARIVM.

1 *Tempus certæ ætatis quãdo apponitur ad exclusionẽ iuris iam quæsiti:in dubio facit diem,non conditionem.*
2 *Dictio donec,importat quandam cõditionem extẽsiuam.& de ista dictione remißiuè.*

1 AMbiguitatem. Qñ † tp̃s certæ ætatis appo .ad exlusionem iuris iam quæsiti,in dubio facit diem, nõ conditionẽ:& vsusfructus morte extĩguit̃.h d.tota ista lex.Et ẽ ista lex vnum de mẽbris,ꝙ sit ĩ.l.si cui leget̃.de leg.j. &.l. ex his verbis.de bon.aut̃.iud.pos.¶Nota primò
2 ꝙ dixi i summario.¶Nota secũdò,† ꝙ dictio donec:hic importat cõditionẽ quãdã extensiuã.De hoc tangit̃ p gl.in.l.iiij.in prin.ff.de serui.ti.generali.tex.qui facit magis difficilem istã materiã de dictione quousq;,& donec est tex.ĩ.l.pe.de excu.tuto.Tu dic.vt plenè dixi ĩ.l.j.ff.de condi.& demon.tetigi.j̃.de lega.l.j.

SVMMARIVM.

1 *Habitatio,est ius per se,& qui eam habet,potest eã locare.*
2 *Habitatione legata,quòd ex usu loquendi quis intelligatur legasse dominium.*

CVm antiquitas. † Habita
1 tio est ius perse, & qui eã habet põt
b locare:[b] nõ tñ põt dominiũ vẽdicare: nisi hoc fuerit ĩ cõcedẽdo expressum.h.d.¶Op. ff.de vsu.& ha.l.cæterũ.in prin.&.l.sed neq;.Sol. ibi loquit̃ ĩ eo,cui relict⁹ est vsus tm̃:hic in eo,cui
2 relicta ẽ habitatio.¶†Quæro,quomõ poterit ꝓ
c bari,ꝙ qs legãdo habitationẽ, voluit legare[c] dominiũ?gl.respõdet & bene multũ notabiliter ex vsu loquẽdi. Sunt em̃ quidã,qui domũ vocãt habitationẽ:sicut sunt,quidam,q fundum appellãt possesionẽ,respiciendo ad proprietatem,nõ ad nudam possesionem:vt.l. interdum.de ver.sig. quod tenementi.

SVMMARIVM.

1 *Heredis appellatio quando finiatur in persona hæredis.*
2 *Liber homo quando poßit in perpetuum operas suas locare?remißiuè.*

d ANtiquitas.[d] Appellatio hęredis relata ad illud,quod sui natura nõ est transibile ad hæredes:in persona primi hæredis finitur.h.d.¶Oppo.de.l.in annalibus.j̃.de leg.
1 Glo.di.ibi solui. Tu dic ꝙ † ibi appellatio hr̃dis, refert̃ ad illud,ꝙ sui natura nõ est trãsibile ad hæredẽ:etiã volẽtib⁹ cõtrahẽtib⁹,seu volẽte testatore.Si em̃ esset actũ.ꝙ ad hæredes transiret nõ esset idẽ vsusfructus ille,q est in ꝑsona hęredis:& ille q erat in ꝑsona defuncti:vt.l.stipulatio ista.§.si qs ita.de ver.ob.Facit.ff.quẽad.vsufr.amit.l.repeti. sed legatũ annuũ ex natura rei legatæ, bene põt transire ad hæredẽ,sed nõ transit:qa est cõditiõale ꝓ annis sequẽtib⁹.Adijcit̃ ergo ibi,rei q̃ de sui natura põt ad hæredes transire.Ideo si bene respicis illã leg.hæres nõ capit tanq̃ legatũ sibi,sed tãquam legatum factũ defuncto cõseruatum in eũ. ¶Opp.de.l.sciendũ.de verb.sig.Solut.fallit ibi.
2 ¶†Vltimò gl.ĩducit istã leg.ad q̃stionẽ,vtrũ liber
e homo posit in perpetuũ[e] operas suas locare,seu obligare.De qua q̃stioue plenè dixi.ĩ repetiõe.l. stipulationes nõ diuidũtur.ff.de verb. obligatio.

INter antiquam. ¶ Per alienationem partis serui, non extinguitur vsufructus seruo concessus,h.d.

SVMMARIVM.

1 *Actio personalis competens pro usufructu,quòd tollatur lõgo tempore.*
2 *Promittens seruitutem,an dicatur promittere factum :an ius?remißiuè,*

* COrruptionem.[f] Vsufructu non vtendo & personalis actio pro eo competens,spacio longi tẽporis amittitur,non minori:finitur etiam p morte & capitis dimi.nõ p minimã.h.d. ¶Op.gl.cõtra.istã leg.multũ fortiter. videtur ꝙ ista lex.nõ ꝓcedit in vsufructu relicto ĩ testõ.Nã ille statim adita hr̃ditate est cõstitut⁹:vt.l.si ptẽ.
g §.j.quẽ ad.ser.amit.Sicut em̃ dñiũ trãsit recta via[g] in legata.ita ẽt ius vsufruc.vñ statim est cõstitut⁹. Si vero vsusfruct⁹ ẽ ꝓmiss⁹ p stipulationẽ,si q dẽ nõ ẽ tradit⁹,nõ p̃t amitti.sed si ẽ trad.iã ꝑsonalis actio ꝓ eo cõpetẽs,ẽ extĩcta solutiõe.Frustra ergo q̃rit̃ de ꝑsonali actiõe.¶Rogo † ꝙ aduertas,dico

a ¶Magnam repetat.Adde ꝙ cõtrariũ tenet Bal.quẽ refert & sequitur Pau.de ca.hic.qa durũ esset vsufru. magnã impẽsam facere de suo,deinde nõ recuperare.Vnde dicũt ꝙ non tenebitur nisi ad paruã:vt est de natura vsusfructus, Non obst.ꝙ sit procura.in rẽ suã,qa illud verũ, q̃tũ ad defendendũ:non vt de bursa teneatur facere impensam.

POMATES.

b ¶Locare. Quid in vasallo habitationis, an poterit ipse locare? vide Bal.ĩ p̃ludio feu. in secũda diuisione etibi.d.Prępo.

c ¶Legare dominium. An per legatum hæreditatis videatur legatum dominiũ,faciũt nota.p Bart. in.l.quint⁹.§.argẽto,de auro & ar. leg.not.ꝙ si relinquitur habitatio,intelligit̃ pro se & familia:p id ꝙ not.Bal.in aut̃. habita.in.j.colũ. j̃.ne filius p pro patre.

d ¶Antiquitas.Adde ad hãc leg.etiã Bar.ĩ.l. sẽproni⁹. de vsufruct. leg.

e ¶In perpetuum. Vide.l.Titio centum.ff.de cõdi.& dem.p Bar.in.l.j. ĩ.vj.col. de sentẽ. quę pro eo ꝙ interest.&gl.j.loca. ĩ.l.si hi et ĩ.l. post certi.C.de li.cau.

f ¶Corruptionẽ. Et vtrum illa lex habeat locum in hæreditate?dic ꝙ non:qa nũq̃ amittitur, nisi morte: vt no.glo.& Bal. in.l.cum antiquitas.s̃.eod.

* ¶Pro concordia Aduerte, ꝙ actio personalis cõpetens pro seruitute reali,vel personali, ĩponẽda,nõdum orta,tollitur spatio.x.vel.xx. an.secundũ.Bart. hic in hac.l.corruptionem.sed do. Alexã.hic in sua apostilla allegat Bart.sibi contrarium.in.l.si partẽ ff.quemadm.ser. amit.Tu dic non reperitur ꝙ Bart. aliquid dicat ĩ.d. l.si partem.preter summarium.sed adhuc ibi loquit̃ de seruitute imposita & orta.Patet dum dicit p vsum partis loci &c.p̃tereà aliud est in nihilo habere,seu vti actiõe,quo casu loquit̃ prima opi.Aliud vti ꝓ parte;quo casu ĩpeditur præscriptio ĩ totum.Adde ad Cep.in tracta.seruitutum.in j.parte.q̃stiõe.viij.

g ¶Recta via.Vide Bar.in.d.l.si ptẽ. vbi vr̃ tenere cõtrariũ,videlicet ꝙ actio ꝑsonalis cõpetẽs ꝓ seruitute reali vel ꝑsonali imponenda nõdũ orta tollit̃ spatio. x.vel.xx.an.& sic no.ꝙ actio personalis iuncta cum reali vel personali pręscribitur eodem tempore,sicut & realis. vide Bal.post glo.in.l. j.in.v.col. de anna.excep.

a ¶ Ex libris. Loqĩ
in dubio, an reli-
ctum filio dicatur
cõtẽplatiõe pr̃is,
vide latè Bar. in. l.
ſi filio. de dona. cã
mor. & vide pul-
chrè Bal. in. l. non
plures. de ſa. ſan.
ec. & ꝙ not. Bal. ĩ
l. galus. §. quidam
rectè. ff. de libe. &
poſthu.
b ¶ Relictum filio.
Qñ videaĩ factũ
eius cõtẽplatiõe:
vel patris.
c ¶ In. l. poſt mor-
tẽ. Quæro ĩ illa. l.
cũ qs. Illa hæredi
tas non põt q̃ri fi-
lio, dũmõ appa-
reat ꝙ cõtẽplatio
ne illi⁹ factũ ẽ. nõ
habem⁹, ꝙ ꝑ iſta
verba ſi ſoluas fi-
lio meo: videatur
pr̃ priuari vſufru
ctu. ꝑ. l. ſi vſuſfru-
ctus. §. ſi ita, iun-
cta gloſſ. ff. qñ. de
di. leg. ced.
d ¶ Præſcrib. Ad-
de gl. in. l. q lumi-
nib⁹. et ibi gl. ff. de
ſer. vr. p̃d. & Bar.
in. l. & ſi fortè. §. j.
ſi ſer. ven. & in. l. ſi
pri⁹. in. vij. op. de
oper. no. nũc. qñ
acqraĩ poſſeſsio
ſeruitutis alti⁹ nõ
tollendi. & ſic de
alijs tãgiĩ. j. eo. &
vide quod dixi
poſt Barto. in. l. j.
in prin. viij. col. ff.
de acq. poſ: ꝑ In-
no. in. c. bone. de
poſtu. ꝑ l. & in. c.
in literis. de reſti.
ſpo. & Bald. in. l.
proxi. & ꝙ dixi
poſt Bar. in. d. l. j.
de acq. poſ. & ple
nè quõ acquiraĩ
poſſeſsio ĩ corpo
ralib⁹ ꝑ Bal. in. l.
ꝓxi. in. xij. co. cũ
duab⁹ ſeq. & Bar. ĩ
l. licet de acq. poſ.
& plenè Pe. de an
cha. in repe. c. ſine
poſſeſsiõe. de reg.
iur. in vj.

quod in vſufructu. relicto iſta lex ꝓcedit ſine du
dio: qa in vltima voluntate cõcurrit actio ꝑſona
lis cũ reali: quãtũ eſt reſpectu originis; vt. l. j. & ij.
j. cõmu. de leg. In vſufructu verò ꝓmiſſo. inter vi
uos, procedit iſta lex etiã anteq̃ cõſtituaĩ. Et ſe-
cundũ hoc erit mirabile, ꝙ actio perſonalis fini-
tur lõgo tẽpore: etiã vſufructu nõ cõſtituto. & ita
generaliter hic glo. in fi. vr̃ hãc leg. intelligere. ita
etiã ſentit Azo. in ſumma hui⁹ tit. Itẽ ꝓcedit hęc
lex. j. in vſufructu iam cõſtituto: nec tolliĩ actio ꝑ-
ſonalis ſolu. Nã ille qui promiſit vſumfructũ, te-
neĩ ad factũ, hoc eſt ad patiẽtiã. Iſtã patiẽtiã nũq̃
tradit perfectè. licet em̃ patiaĩ te frui hodie, fortè
nõ patieĩ cras. ideo actio perſonalis adhuc nõ du
rat: qa vna cũ vſufructu extinguitur. Ita etiã dici
tur in. l. pluribꝰ. de ver. obl. & credo ꝙ iſta gl. dicat
veritatẽ. Vltramontani verò inſurrgũt cõtra eam,
2 & † dicũt ꝙ ille, qui ꝓmittit ſeruitutem, nõ pro-
mittit factũ, ſed ius: vt hic refert Cy. & hoc tãgit
in. l. ij. §. j. de ver. obl. & ibi hũc paſſum examina-
ui perfectè: & ſuſtinui glo. noſtram contra impu
gnationem Vltramontanorum.

EX libris Sabi. Hæc lex ha-
bet vnũ diffi-
cilem paſſum valde. Breuiter dicit. Si
filius, cui eſt vſuſfructus cõceſſus, ante patrem de
cedit: videtur cõtemplatiõe patris conceſſus: ſed
ſi patet prius decedat, cõtẽplatione filij. h. d. Diui
ditur in duas partes. Primò loquiĩ, qñ fili⁹, vel ſer
uus p̃deceſſerit. Secũdò qñ pater p̃deceſſerit. Itẽ
in prima loquiĩ de filio, & ſeruo. In ſecũda de fi-
lio tm̃. Secunda ibi. neq; ſi pater &c. ¶ Oppo. de
l. q vſumfructũ. §. fi. ff. eo. Sol. hic vſuſfructus fuit
relict⁹ cõtẽplatiõe pr̃is, vel dñi: ibi contẽplatiõe
ſerui. Ita dicit glo. hoc ibi cõſtabat. ¶ Opp. de. l. ſi
filio. ff. de dona. cau. mor. Sol. eo modo. ¶ Op. de
ver. obl. l. ſi ſtipulat⁹ fuerim. & de iniur. l. ſed & ſi
vni⁹. §. ſi. Sol. ibi in his, q̃ coherẽt merę ꝑſonæ filij
ita ꝙ patri nõ acquiriĩ. ¶ Itẽ op. & iſtud eſt diffi-
cile. videĩ ꝙ hęc lex nõ poſsit ꝓcedere aliquo iu
re neq; antiquo, neq; iure nouo. Nã aut hic relict⁹
erat vſufruct⁹ ex cauſa caſtrẽſi vl' quaſi: & tũc ꝑſo
na patris nullo mõ attẽdiĩ: qa ſibi nihil q̃rebaĩ, vt
vidiſtis in. l. cũ oportet. §. exceptis. j. de bo. q̃ lib.
& ff. ad Mace. l. ij. Aut loqueris in aduẽtitijs, & ꝓ
fectitijs: & tũc de iure antiquo acqrebaĩ in totum
patri, & in nullo attendebaĩ ꝑſona filij. hic diciĩ
cõtra. ergo malè. Si loq̃ris de iure hodierno, in ca
ſtrẽſi, vel quaſi, vel ꝓfectitio: nihil eſt immutatũ.
In aduẽtitio quæriĩ ipſi filio: ergo ei⁹ morte de-
buit extingui. & tñ hic in princi. diciĩ ꝙ remanet
apud patrẽ: dicũt qdã, ꝙ in prĩ. loquiĩ. qñ cõſtat,
ꝙ fuit relictus vſuſfruct⁹ contemplatione patris.
In fi. loquiĩ, qñ cõſtat ꝙ fuit relectus cõtẽplatiõe
filij. Iſtud nihil ẽ dicere: qa ſecũdũ hoc diſtinctio
hui⁹ legis nihil operaĩ, vtrũ pater decedat primò:
vel poſt. Præterà tex. ſi eum reſpicis, loquiĩ in du
a) bio[a]: vt patet ex fi. ibi plærũq; veriſimile. Cũ em̃
reſpicis, ꝙ veriſimile eſt, apparet ꝙ nõ eſt certũ.
¶ Pro huius declaratiõe quicqd dicãt hic doct.
nos debemus hic primò aduertere, qñ relinquiĩ
b filio, vtrũ videaĩ relictum[b] contẽplatiõe patris,
aut cõtẽplatiõe filij. ¶ Circa quod Dy. in. l. ſi filio
ff. de do. cau. mor. & in. l. filio. de cõdi. & demõſt.
videĩ diſtinguere: an fiat mentio patris, vel nõ: vt
quãdo fiat mẽtio patris, videaĩ relinq cõtẽplatio
ne pattis: vt. l. cũ aliqs. j. de iure delibe. Sed ego re
perio ĩ quodã ſuo cõſilio ipm̃ cõſuluiſſe aliter, ꝙ
in dubio videĩ relictũ cõtẽplatione filij, ꝑ hãc. l. in
fi. Et iſtud puto verius cũ diſtinctiõe, quã dicã. j.
Nam in dubio nomen patris, vel pater, videĩ adij
ci cauſa demonſtrationis: & ſi in ea erretur, nõ vi-
tiat: vt. l. his verbis. §. fi. ff. de hęre. inſtitu. ¶ Circa
hoc debem⁹ breuiter ſic dicere. Primò ſi eſt certũ
vel ex aliquib⁹ cõiecturis, poteſt apparere, cuius
contẽplatione relinquaĩ: ſtamus illi certo: vt. l. ſed
ſi plures. §. in arrogato. de vulga. & pupil. & ff. ꝓ
ſo. l. ſociũ q in eo. §. j. facit quod habuiſtis notatũ
in. l. cũ oportet. in princi. de bon. quę libe. Si verò
non apparet: aduerte: quandoquè fit mentio pa-
tris & patrię poteſtatis: tunc in dubio videtur relictum cõtẽplatione
patris: vt. l. filio. de condi. & demonſtra. Niſi expreſſe eſſet relictũ in tẽ
pus exiſtentiæ ſui iuris: vt. l. mulier. in princi. ad Trebel, l. ſi mater. j. de
inſti. & ſubſti. Si verò fit mentio patris tantũ, & non patriæ poteſtatis:
tunc aut illud, quod relinquiĩ, eſt hmõi ex quo nihil poteſt q̃ri filio: &
tũc in dubio videĩ relictũ contẽplatione patris, arg. ff. de ſtipu. ſer. l. j. §.
ſi ſeruus. & l. verũ. §. ſi ſeruo cõi. ff. pro ſo. Facit ad hoc, ꝙ not. in. l. poſt
c mortẽ[c]. §. j. ff. qñ ex fac. tuto. & l. cum poſt. §. j. ff. de admini. tuto. & ita
debet intelligi. l. cũ quis. j. de iure delib. Si verò põt quæri: tũc in dubio
videtur relictum contẽplatione filij: vt hac. l. in fine & ꝑſona patris vi
detur adiecta ad cõtemplationem: vt. d. l. his verbis. in fi. Si verò eſt du-
bium, vtrũ filio poſſit quęri, uel non: ſed pendet ex futuro euẽtu: ille fu
turus euentus inſpicitur, & ſecundũ illum futurum euentũ iudicamus,
contemplatione patris vel filij. hic eſt caſus hic: vt. j. declarabo. Debes
enim ſcire, quòd quãdo filio relinquitur vſuſfruct⁹ ex cauſa aduẽtitia,
licet ipſe ſit fructuarius, tamen cõmoditas fructuum pertinet ad patrẽ:
vt no. in auĩ. idem eſt. j. de bon. quę lib. Si igitur filius decedit viuo pa
tre, hic euentus declarat, ꝙ filio nihil poteſt quęri: & ideo pręſumiĩ iſto
caſu contemplatione patris relictum: & patri dicetur vſuſfructus quęſi
tus: vt in prin. leg. Sed ſi pater decedat primò: hic euẽtus declarat ꝙ fi-
lio poteſt quæri, quia eſt ſui iuris effectus: & ideo videtur contempla-
tione filij relictum. Hic eſt caſus in ſecunda parte huius leg. Et ideo in
hac parte nõ reperitur de ſeruo: qa ipſi, ſiue viuo ſiue mortuo domino,
nihil poteſt queri: & ideo ſemper in dubio inſpicitur perſona domini.
Ita debetis intelligere hanc materiam.

De ſeruitutibus & aqua. Rubrica.

¶ Continua vt in glo. &c.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus altius non tollendi, quòd ſola prohibitione acquiratur.*
2 *Seruitus itineris acquiritur ſecuto curſu. xxx. dierum.*
3 *In ſeruitute aquæductus, per primum actum inducitur quaſi poſſeßio.*
4 *Bona fides: quando requiratur ad præſcribendam libertatem.*
5 *Poßidere præcario reſpectu alterius, non domini, quando preſcribatur?*
6 *Seruitutem non præſcribo contra neſcientem, nec contra poßidentem ui uel clam uel precario: & nu. 7.*
8 *Patientia Tyranni occupantis ciuitatem, non præſtat alicui ius præſcribendi bona illius ciuitatis.*
9 *Ciuitates, quæ ſunt uſæ mero & miſto imperio, uacante imperio, non præſcribunt.*
10 *Præſcriptioni probandæ, qualiter ſint poſitiones formandæ.*

SI quas. Iſta lex primò legitur tribus modis, & que-
libet lectura. eſt bona & nota. Breuiter dicit
ſecũdũ primã. Seruitus, quæ habet cauſam continuam ac
quiritur ſpatio longi tẽporis, ſi præſcribens fuerit bonæ
fidei. h. d. ¶ Opp. ad iſtã lect. ad tex. huius. l. j. in princip.
quæ loquitur in ſecũda perſona, in fi, loquiĩ in tertia perſona. Præterea
in fine dicitur, is qui pulſatur, Vnde videtur quòd referatur ad reũ con
uentum, qui ædificauit: non ad actorem: ſecundũ caſum, quem poſuit
iſta verba referuntur ad actorem: quare malè Solu. expone, is qui pul-
ſatur: id eſt, tu qui pulſaris ſecundum iſtam lecturam. Item oppo. quod
ſine poſſeſsione præſcriptio non procedit: vt. l. ſine poſſeſsione. ff. de
vſucapio. Sed licet domus tua ſit depreſſa & mea ſit alta. Ego nullam
d habeo poſſeſsionem ſeruitutis: ergo nullo modo præſcribo.[d] Glo. hui⁹
1 gratia dicit hic & alibi, quod in hac ſeruitute † altius non tollendi: tunc
acquiro quaſi poſſeſsionem, quando vicinum volentem altius tollere
prohibeo: vt. l. fina. ff. quemad. ſer. amit. & ibi not. ¶ Circa hoc opp. &
videtur, quòd non ſufficiat ſola prohibitiò ad acquirendam iſtam quaſi
poſſeſsionẽ: ſed requiritur curſus. xxx. dierum: vt. l. prima. §. j. de itine.
actuq; priua. Solu. quædam ſunt ſeruitutes negatiuæ: & in iſtis acquiriĩ
quaſi poſſeſsio per ſolam prohibitionem: vt hic. Quædam ſunt ſeruitu
2 tes † affirmatiuæ: vt quod liceat ire & agere, aquam ducere, & ſimilia. Et
in iſtis quædam ſunt in quibus poteſt eſſe vſus per modum facultatis
cuiuſdã: vt ire per fundũ tuum. De hoc cuilibet eſt facultas, donec pro-
hibeatur: vt. l. diuus. ff. de ſer. ruſti. prædi. & l. iij. §. j. de acqui. re. do. tũc
non acqritur quaſi poſſeſsio per primum actum, niſi curſu ſecuto. xxx.
3 dierum. vt. d. l. j. §. j. de itine. actuq; priua. quandoq; † vſus non poteſt
eſſe per modũ facultatis: vt ſi quis ducat aquam per fundum tuum: tũc
per primum actum inducitur quaſi poſſeſsio. vt. l. j. in principio. & §.
quod autem. ff. de aqua quoti. & æſti. Qualiter autem hoc probetur nõ
vi aut clam neq; precario: dic vt in. d. l. j. §. j. de iti. actuq; priuato. ¶ Se-
cundò legitur iſta lex, & breuiter hoc intendit. Libertas ſeruitutis alti⁹
nõ tollendi, quæriĩ longo tempore: ab eo, qui bona fide fuerit in quaſi
4 poſſeſsione libertatis. hoc dicit. ¶ † Nota ſecundum hanc lectu. quod
ad præſcribendam libertatem requiritur bona fides.
¶ Oppo. ad hanc lectu. de tex. qui dicit vicem ſeruitutis. Solutio,[f] dic
ſeruitutis: ſcilicet amiſſæ. Vel aliter dic propriè: ſicut enim quãdo ſcho
laris perdit famulum ſuum, oportet quòd ipſemet ſit ſibi famulus: ita
quando domus amittit ſeruitutem, ipſamet ſibi efficitur ſerua. ¶ Opp.

secundo

secundò, quod non requiratur bona fides: vt. l. sequitur. §. si via. ff. de vsuc. Sol. quādoq; quæritur de præscribenda libertate personæ: tunc sine dubio requiritur bona fides: vt. j. de pręscri. lon. tē. quæ ꝓ liber. per totū. Quādoq; tractatur de pręscriptione libertatis, à seruitute reali: tunc si quidē ad cōstituendā quasi possessionem huius libertatis, requiritur factū hoīs: tūc requiritur bona fides. l. hic est casus hic. Nam ad hoc, vt sim in quasi possessione libertatis, requiritur ꝙ altius ædificem. ita no. ff. quemad. ser. amit. aliàs de serui. vrb. præd. l. hęc aūt iura. Si verò ad actum pscribendi, non requritur factū hoīs: & tūc nō ē necesse: vt. d. l. sequi
terminari debet, & dictam partẽ mihi pro diuiso peto assignari: vel alteri ex eis dictũ fũndũ iusto præcio adiudicari, prout vestræ æquitati videbit̃: verũ quia in hoc iudicio veniũt quãdoque fructus. [a] habet̃ etiã ratio dãnorũ datorũ in re: vt. j. l. proxi. tunc in narratione debet fieri mẽtio fructuũ, & dãni dati, & in cõclusione petere aduersariũ in hoc condẽnari: vt. j. l. proxi. ¶ Quero, † quãdo iudex debet æstimare: qualiter fiet æstimatio? Respõdeo, ipse potest facere suo arbitrio, si vult, ẽt nullam partem interrogando: vt. s̃. l. proxi. Itẽ hoc facere põt licitando, interrogando, quãlibet partem: pro quanto precio vis tu tibi retinere: vt hoc. &. s̃. l. j. quo casu poterit etiam extraneus ad licitationem admitti: vt hac leg.

❧ SVMMARIVM. ❧

1 *Diuisio ex diuturnitate temporis, præsumitur.*

2 *Emptio ex possessione rei per decẽ annos, non præsumitur.*

SI maior. Diuisio facta inter fratres debet haberi rata: [b] nisi de beneficio restitutionis rescindat̃: nõ diuisa, debent diuidi: & in hoc iudicio habetur ratio culpę, & fructũ. h. dicit. Tu † habes hic vnam bonam gloss. no. & singularem. Duo fratres posséderunt fundum ꝓ diuiso: longo tẽpore: nec de diuisione aliquid apparet: vtrũ ex hoc pręsumatur diuisio? [c] gl. dicit φ sic. [d] & bene quã signa, & perpetuò tene mẽti. ¶ † Quero, si ego possedi talem totam rem tuã, decem annis: uolo dicere emisse, & probare p hãc pręsumptionem: quia decem annis possedi: an hoc fieri poterit? Gl. dicit φ posset queri, sed dic breuiter, φ nõ qa nullo pręcedenti titulo, ex sola possessione nõ pręsumitur: vt. s̃. de rei vend. l. nullo. Nõ ob. qd dictũ est, in quęstione pręcedenti: qa ibi. tractatur de modico, vel nullo pręiudicio: nã si dico me habere partẽ ex diuisione, cõstat hoc, φ tu habes aliam partẽ ex diuisiõe. sed hic ẽ p̃sumeret̃ uẽditio, totum dominium perderetur: sic etiã non obstat, quod dicit̃ de seruitute, in qua probatur titulus ex præsumptione, quæ resultat ex vsu longi tẽp. vt no. in. l. seruitutes. ff. de ser. & l. j. in fin. ff. de aqua plu. arcen. qa ibi tractatur de re modici pręiudicij, vt dixi uobis in. l. ij. s̃. de ser. & aqua &c.

IN communione. Gl. dicit, qd hoc fallit in casibus. [e] quos dic, ut in gl. vnũ tñ φ gl. dicit, quod ratiõe tꝑis qs inuitus cogit̃ stare in cõmunione. reprehẽdit̃ per doc. & benè videbitis. in. l. j. j. de an. exce.

de reb. eccle, nõ alię. & Alex. cõsi. iij. in fine. vol. iij. & xxv. vol. v. col. iiij. vbi pulchrè declarat hanc gl. nisi alia pręsumptio esset in contrariũ. Idẽ dicit econtra, φ ex possessione mutua rei cõmunis, non solũ inducitur societas, sed & si prius fuisset dissoluta induceret̃: ita Ro. cõsi. ccccxviij. & vide etiam ad hoc Sozi. consi. clxiiij. col. fina.

Communia utriusq; iudicij. Rubrica.

❧ SVMMARIVM. ❧

1 *Diuisio, in quibus sit dissimilis emptioni?*

f DIuisionem. [f] Diuisio est similis emptioni. hoc. d. ¶ Quero quomodo

1 hoc procedat: dic vt in glo. tñ † in hoc est dissimilis: qa vnus est cõtractus nominatus: alius nõ. Et ex hoc sequitur, φ in vno habet locũ cõdictio ob causam: ĩ alio nõ &c.

g ETiam si is. [g] Diuisio facta à iudice incõpetenti: põt cõsensu partium validari. h. d.

h Nõ intelligatis [h] hic, quòd hęc diuisio comprobetur p consensum, tanq̃ ex s̃nĩa: sed approbat̃ tanq ex diuisione cõsensu facta: vt dixi tibi. in. l. j. s̃. qui pro sua iurisdictione. & ibi declaraui istam leg. quia ibi gl. allegat eam.

❧ SVMMARIVM. ❧

1 *Lex secunda de rescin. uendi. an habeat locum, in omnibus contractibus bonæ fidei.*

MAioribus. Hęc est bona lex. In diuisionib⁹ subuenitur ei, qui est deceptus dolo aduersarij, vel re ipsa vltra dimidiã iusti

1 pretij. h. d. ¶ † No. hãc leg. valde, quę generaliter extendit. l. ij. s̃. de rescin. vendi. ad omnes cõtract⁹ bonę fidei: & ideo benè not. & vide gl. super verbo perperam &c.

❧ SVMMARIVM. ❧

1 *Res empta ex pecunia communi cum minore, efficitur communis cum minore. Idẽ in ecclesia & marito. nu. 2*

3 *Pecunia redẽpta ex bonis cõmunib⁹, nõ efficit̃ cõis. & nu. 7.*

4 *Res empta per sociũ ex pecunia cõmuni, qñ sit communis?*

5 *Fratrum unus si cũ pecunia hæreditaria mercatur, & lucretur: quãdo debeat tale lucrum cum alijs communicare?*

6 *Libri mercantiæ ꝓbant cuius nomine mercatura exercetur.*

8 *Tutor negotians cum pecunia hæreditaria, in dubio præsumitur, quòd nomine communi. rẽmissiuè.*

9 *Fratres stantes simul in communione, qñ uideantur societatem cõtrahere, & quæ societas dicat̃ contracta. nu. 10.*

i SI patruus. [i] Hæc est subtilis lex & doc. nullũ hic bonũ verbũ dicunt. Breuiter dicit. Res empta ex pecunia cõmuni, vel redacta ex rebus cõmu-

e ¶ Casibus. Not. φ qlibet põt ꝓuocare ad diuisionẽ. Fallit in casib⁹ hic notatis. Adde prędictam regulam etiã fallere in duobus alijs casib⁹, de quibus habes singu. tex. in. l. fin. & ibi Barto. ff. de ali. iudi. mu. cau. fa. et ad intellectũ vide Bar. in. l. si non fortem. §. si centum. ff. de cõdi. inde. in l. filiũ quẽ habentẽ. versi. venio ad secundã glos. vide Bart. in. l. in quarta. ad leg. falci.

f ¶ Diuisionẽ. Et de his, quę hic habentur, benè faciunt not. per Bart. in. l. cũ solus. ff. de vsu. Sed vtrũ titulus diuisionis excludat petitionem hęreditatis. vide Baldũ. ĩ. l. põponius. ff. de rei vendi.

g ¶ Etiam si is. Hæc est lex ita singularis, sicut aliqua q̃ sit in mundo, secũdũ Bal. hic, de quo vide φ dixi ĩ. l. j. q pro sua iuris. & vide Bar. in. l. obseruare. circa fin. de offi. ꝓcõ. & quod no. Moder. in. l. si ex p̃ssim. ff. de appel. & Bald. in. l. si diuersa. C. de trãsact. & an sentẽtia nulla valeat, vt cõtractus: & an possit ratificari p glo & doc. in. c. significasti. de foro cõpeten. Adde & intellige not. in hac leg. nõ habere locum, quãdo partes stant in fini. diuisionis simplicis. gl. est singu. quã Bal. ad hoc põderat in l. si diuersa. in prin. s̃. de transac. Itẽ non habet locum, quando scienter coram iudice incompetenti litigarent: cuius iurisdictionem prorogare non poterant. ita doc. in. c. significasti. de foro compe. & Bal. in. l. vnica. C. qui pro sua iurisdicti. & ponit Franc. de are. in. c. at si clerici. colũ. v. de iudi. Stra.

h ❧ POMATES. ¶ Nõ intelligatis. Vide Fel. in. c. cũ ex officij. col. xv. & seq. de pręscrip. & aliqd in. c. j. col. iiij. in fi. & seq. de re iudi. vide aliter p Roma. cõsi. cxiij. in fi. & in cõsi. clxxv. & Cardi. lxxiiij. col. pe. et Bolog. in addi. ad sextũ cõtrariũ. Bar. in. l. j. col. iij. j. quãdo ꝓuoca. & vide Alex. cõsi. cxxiiij. col. iiij. in versi. ergo benè. vol. j. & Are. lvj. col. ij. & Bar. vbi limitat. in. c. ex parte Decani. col. iij. de rescrip. vide etiam Bald. vbi limitat in rub. de offi. deleg. & ad fin. de foro cõpe. & Bal. in. c. de causis. col. vj. de offi. deleg. & Alex. in. l. qd iussit. col. fi. ff. de re iudi. & cõsi. xxxij. col. ij. vol. ij. & Cardi. lxxj. & plenè Feli. in. c. significasti. de foro cõpe. col. iij. & seq. & Panor. cõsil. vj. vol. ij. & cxj. vo. j. & aliqd p Feli. in c. inter monasteriũ. colũ. ix. de re iudi. & Panor. in. c. examinata. in. iij. notabili de confir. vtil. vel inuti. & Sozi. cõsi. cxx. col. iij.

i ¶ Si patruus. Et in materia huius leg. vide egregium text. in. l. ij. j. pro socio. & quod in vltimis verbis tractat Barto. & ad materiã huius leg. & not. per Bar. hic adde do. Alex. de Imo. in consi. xxx. col. ij. versi. circa secundum. in. ij. volu. Stra.

a ¶ Nego. gest. De
ista materia vide
per Bal. in.l. ij.j.q
testa. fac. poss. &
Bal.in.c.j.de bene
ficio fratris.& bal.
in,l.si fratres.ff. ꝑ
socio. Ibidem, &
si habens bona cũ
fratribus aliquid
acqrat:an ꝓsumat
acquisitum de bo
nis communibus?
dic quòd non : vt
in gloss.in.l.qntus
mutius. de dona.ĩ
ter vir. & vxo. &
vide no.Bar.ĩ.l.cũ
oportet.j.de bon.
quælibe.& ĩ trac.
de duobus fratri-
bus.

b ¶ Pecunia emerit
Hic est casus, qué
d.Lud.alle. ꝑ fin.
in tit.de empti.&
vẽdi. in.xvij. fin.
in.l.ij.j.pro socio
vbi vide bart.

c ¶ Dubio presu-
mitur bal. hic di-
cit esse recurren-
dũ ad cõiecturas,
quas ponit hic ali
ter loquit.in.l.pe.
j.si quis alteri, vel
sibi.

POMATES.

d ¶ Socij omniũ bo
norũ.Vide Alex.
con.cliiij.in.ij. co.
vo.ij.& vide etiã
Panor cons.lxxx
vij.uol.ij. & Ana.
lxv.& ibi in addi.
&.c.xvij.& Al.x-
lviij.uo. ij.& ibi ĩ
ter cętera ponit:
quod feudũ, qđ
acquisiuit un⁹ ex
fratribus habẽti-
bus in communi:
nõ tenetalteri cõi
care : & quod ta-
les tenẽtur confer
re solũ acquisita,
ex actis quęstua-
rijs,& negociatio
nibus nõ aũt quæ
ex legato &c. nisi
esset expressè cõ-
tracta societas. &
quod per commu
nionẽ fructuũ pro
ueniẽtiũ ex tali re
nõ ĩfert cõmunio.

e ¶ Clarius dico sic.
Bald.hic in oĩbus
tenet contra Bar.
dicens quòd siue
nullus negocietur
siue vnus tm̃, siue
ambo, & diuerso
modo:si tamen o-
mnia quæ acqrit,
cõmunicat.induci
tur societas. Adde
vidẽdũ Pe.de An
cha cons.cxliiij.

bus non est communis :,sed est ementis : cui tra-
dita est:sed pecunia peti debet.hoc dicit.multum
nota.& sæpe contingit de facto iste casus. ¶ Op-
po.ff.pro socio.l.si quis societatẽ. Sol.ibi contra-
cta erat societas omnium bonorum:hic nõ. ¶ Op
po.secundò de leg.curator.j. arbi.tute.ff.quando
ex fac.tu.l.ij. Sol.dicit gl.hęc lex.debet intelligi:
1 †quãdo ille filius factus erat maior:nam si fuisset
minor,res empta ex pecunia cõmuni cũ minore,
2 esset cõmunis.† Idem in ecclesia & marito:vt ha-
buistis no.in.l.si vt proponis.s̈.de rei vendicatio.
Pro declarando hãc leg.debetis aduertere:quod
lex ista intelligitur duobus modis: vno modo,ꝙ
res fuit empta ex pecunia cõi, in hæreditate rep-
ta. Alio modo ex pecunia redacta ex communib⁹
bonis : vt puta ex venditione fructũ:vt dicit pri-
ma gl.quam vide.& no.prout intelligitur primo
modo,si quidem ponimus istum patruum esse tu
torem,vel curatorem nepotis:nõ posset hęc lex.
intelligi in minori:vt.d.l.cur.&.l.ij.quãdo ex fac.
tu. Sed si ponimus,quod nõ ẽ tutor, nec curator:
tũc non est aliud in minore,q̃ in maiore:vt.l.filię
ff.de solutio.& dixi.s̈.de rei vendicatio.l.si vt ꝓ-
ponis. Sed prout intelligimus secũdo modo,tũc
3 pecunia† redacta ex bonis communibus,non est
cõis:vt.l.qui vas.§.fi.ff.de furt.meritò res empta
ex illa pecunia,non est communis:sed ista lex. ꝓ
cederet tã in maiore,q̃ in minore. Ad hoc facit
l.titiũ & meuiũ.§.altero.ff.de administra.tutorũ.
a ¶ Cõtra hoc opp.de.l.si ego.ff.de nego.gest.[a] So
lu.ibi emit nomine communi:hic verò noĩe pro
4 prio,vt dixit textus.† Et ideo pro declaratione
hui⁹ leg.dic aut emit quis noĩe communi:aut no
mine proprio aut dubitat̃. Prĩo casu res ẽ cõmu
nis altero habente ratũ:vt.d.l.si ego.de neg.gest.
&.l.actione.§.si in rẽ.&.§.morte.ff.pro socio. Aut
emit noĩe proprio,tũc distingue:aut emit de pe-
cunia propria,aut de pecunia communi: aut du-
bitatur. Primo casu non est dubiũ,quod res non
est communis:vt hic secũdũ vnum modũ legẽdi.
Aut de pecunia cõi:& tunc aut ille, q in re cõmu-
ni vendicat partẽ,erat maior aut minor. Primo
casu,nil põt repetere ĩ re:vt hic: Secũdo casu aut
ille qui emit,non erat tutor,vel curator: & tunc
idẽ:vt.l.filię.ff.de solutio. Aut erat tutor, vel cura
tor,& emit,& tunc res efficitur cõis:vt. l.ij. quan
do ex facto tuto.l.curator.j.de arbit.tut. Aut du-
b bitat̃ ex qua pecunia emerit.[b] & ꝓsumit̃ ex pro-
pria:vt.l.si defunctus.arbit.tut.nec est ibi recurrẽ
dũ ad coniecturas,cuius conditionis hic fuerit ar
tifex,vel non.vt dixi in.l.cũ oportet.in princ.de
bo.quæ lib. Tertio casu,quando dubitatur,cuius
c nomine emerit,in dubio pręsumitur[c] emisse pro
prio noĩe:vt.l.& magis.ff.de solu.nec alia perso-
na subintelligitur extrinsecus,vt in.l.si ita stipu-
5 latus.§.Chrisogonus.de ver.ob. ¶ † Ex prædictis
apparet soluta q̃stio, q̃ tota die occurrit,de facto.
Si vnus ex fratribus cũ pecunia hæreditaria facit
mercãtias:& ex illis lucrat̃:vtrũ debeat alteri fra
tri communicare? Nã primò vidẽdũ est,an hoc fe
cerit noĩe cõi:an nomine proprio? & hoc anno
cum hoc de facto occurrisset mihi:feci mihi ostẽ-
6 di librũ rationum,ĩ† quo cõtinebatur.hic ẽ liber
mercãtię,mei talis,& mei fratris. Ex hoc ego dico
probari,ꝙ communi nomine faciebat.ar.l. Nesen
nius.de neg.gest.vnde lucrum erat communicãdũ
sed si hoc nõ apparet:tũc si frater non erat tutor,
neq; curator,lucrũ debet esse suum proprium: vt
d.l. Titium & Meuium.§.altero.de admin.tuto.
& hac leg. Sed si esset tutor vel curator:tũc lucrũ
ꝙ fecit ex prima mercãtia empta,debet esse cõe:
quia mercãtia illa fuit communis,tanq̃ empta de
pecunia communi:secus ex lucro,quod fit ex rei
7 teratione emptionũ.† Nã pecunia redacta ex mer
cãtijs communibus,non ẽ communis:vt hic dici
tur in prima gloss. Et prædicta quæ dico de tuto
re sunt vera,quãdo constat mercantiã fecisse no-
8 mine proprio,† nam in eo fortè in dubio præsu-
meret̃ nomine cõi:vt.l.post mortẽ.§.j. & quod
ibi no.ff.qñ ex facto tu. qđ hic nõ examĩo. ¶ Sed

d quero,hic dicit̃,si nõ sunt socij omniũ bonorũ[d].
9 Quero,† an stãdo simul.fratres videant̃ societatẽ
contrahere? reperitur quędã additio originaliter
ex dictis do.Iac.da are.primò aliqualiter extesa
per do.Ray.& do.Old. q dicunt:ꝙ fratres stan-
do simul,comunicando simul lucra: videntur ta-
citè habere,& cotrahere societatem re ipsa.arg. l.
coiri.ff.pro socio. Itẽ sicut tacito consensu dissol-
uitur,sic tacito consensu cõtrahit̃:vt.l.itaq;.ff. ꝓ
e socio. ¶ Ego verò clarius dico[e] sic,quãdo plures
fratres stant simul.aut nullus negotiat̃: aut alter
negotiatur:alter non.aut omnes negotiantur. Si
neuter non põt intelligi contracta socieaas, licet
hæreditatẽ in simul teneant indiuisam:vt.l.ex par
te.§.fili⁹.ff.fami.ercis.facit.l.cũ duob⁹.§. papinia
nus.al's est.l.si fratres.ff. ꝓ socio. Si verò vnus ne-
gociatur alter non:tũc idẽ quod non potest intel
ligi societas cõtracta:qa ex hoc illè, q negotiaret̃
magis videret̃ donare, q̃ societatem contrahere:
ergo &c.in.l.v.in fin.ff.pro socio. Si verò vterq;
negociatur.siquidẽ alter eorũ est pupillus. non
f põt intelligi[f] cũ eo contracta societas:qa hoc non
posset expressè:vt.l.vt in conditionibus. ff. pro
socio. Si verò vterq; est maior,tũc puto, ꝙ si q dẽ
lucra posuerunt in cõmuni,ex hoc inter eos pre-
10 sumatur contracta societas nõ† dico,societas oĩm
bonorũ,secundũ ꝙ quidam videtur velle:sed so-
cietas quęstus,illius mercantię tm̃. Primũ ꝙ socie
cietas sit cõtracta probat̃ per rationes.s̈.factas ꝓ-
dictos docto. Itẽ argu.l.in liberę.ff.de ritu nup.&
l.in concubinatur.ff.de concubi. Item qa talis cõ
municatio quęstus,non potest intelligi aliter fie-
ri citra ius, & nomẽ societatis, ergo presumenda
est societas.ar.l. ꝓ herede.§.papinia.ff.de acq.hæ
re.secũdũ ꝙ presumeret̃ societas quęstus, isti⁹ ne-
g gociationis tm̃[g].probat̃:qa actus nostri volũtarij,
non extendunt̃ vltra q̃ gerant̃:vt.l.si.ne vxor ꝓ
marito. Facit.ff.de itine.actuq; priua.l.j.§.ij.tenea
tis menti ista quę quotidie occurrunt &c.

SI fratres. Ex cõtractu diuisio-
nis,quis de euictione
tenetur:nisi sciens res alienas,vel obli
gatas accipit:tunc quis non tenet̃,nisi
promiserit.h.d.&c.

h POssessionum.[h] Sic est fa-
ciẽda diui-
sio,vt agnationes ascriptitiorum non se-
parentur.h.d.&c.

SVMMARIVM.

1 *Pater quando stipulatur dotem, pro filia actio est propria patris, & an transeat ad hæredes?*

i ILlud.[i] Ista est singularis lex nec
scio eã alibi.& in repetitio
ne quã feci de.l.post dotẽ.sol.mat. fe-
ci de hac leg.magnũ festũ.breuiter dos
vel donatio ante nup.ad patrẽ reuersa,debet esse
ꝑcipua illi⁹ filię, ꝓ qua data fuit extraneis institu
tis. Si verò alij filij fuerunt instituti, debet ad eũ
pro quo data fuerit redire eaten⁹,quatenus apud
1 alios ex his causis datũ perseuerat.h. d. ¶ † Not.
ex hac.l.ꝙ qñ pater stipulatur dotẽ,quã dat pro
filia,actio est propria patris. Sed an trãscat ad hę-
redes? distingue:aut sunt extranei:aut filij & si fi-
lij aut ipsis est data dos, vel donatio:aut non. Et
per hoc soluitur quęstio ponitur in.l.j.§. videa-
mus.j.de rei vxo.actio.&c.

Finium regundorum. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Querimonia, & quæstio quomodo differũt? remis. & nu. 3.*
2 *Quæstio si est de finibus, & non de proprietate, lite non cõtestata, peruenitur ad diffinitiuam.*

k SI quis super.[k] Primò de
possessione.
Secũdò de ꝓprietate debet iudica
ri. Tertiò p agrimẽsores fines ponũ
tur,etiã pte absente, p cõtuma.h.d.

f ¶ Non põt intel-
ligi. Fallit, nisi tu-
torem haberet,se-
cundũ Bal. & hoc
verũ esset si talis
societas vtilis fuis
set.secũdũ Bal.ĩ.l.
cũ oportet.in.iij.
col.de bo.quę lib.

g ¶ Negociationis
tantũ. Hoc verũ.
intelligit hoc Bal.
in actibus vnifor-
mib⁹:sec⁹ si essent
difformes & ꝓmi
scui:qa tunc socie
tas inducitur oĩm
bonorũ. Adde vi
dendũ Pet.de An
cha.cõsi.ccciij.vbi
dicit,ꝙ si vnus sit
doctor:alter mer-
cator:alter iuri in
tẽdat.& vide quæ
posui.ĩ.l.si maior.
s̈.titu.proxi.

h ¶ Possessionũ. fa
cit.l.ante pe.ff. fa-
mi.ercis.& ideo di
cit Bal.ꝙ heredes
huic leg. non pos
sunt renũciare: qa
est introducta in
fauorẽ familię,nõ
heredum.

i ¶ Illud. hęc lex nõ
est alibi. De eius ĩ-
tellectu vide ali-
quid p Bal. in. l.j.
§.videamus.C.de
rei vxor.ac.ĩ fi. le
gis.et uide qđ no.
Bar.ĩ.l.si emãcipa
ti.ad fi.de colla.

k ¶ Si qs sup. Ad ĩ-
tellectũ hui⁹ leg.
vide p Ang. insti.
de actio. §. quædã
actio.in. iiij. char.
ibidẽ paulo post
& hic alle.Bar.ĩ.l.
qui bona.§.fin.de
dam.infec. & in.l.
Theopomp⁹.cir-
ca fi.de dote ꝑleg.

Vide gl. super verbo huiusmodi quæstio.† quam no. Quæ notat differentiam inter quæstionem & querimoniã:[a] sed ego puto, quod quando quo est solum de finibus,† & non de proprietate, lite nõ cõtestata, possit ad diffinitiuam sententiam peruenire: quia non cadit hic missio ex primo, vel secũdo decreto: vt dixi vobis in aut. siomnes. s. si min⁹ se ab hær. absti. Et de hoc verbo quæstiõis† quod gl. dicit, an sit verum: dic vt. l. amplius nõ peti. ff. rẽ ra. hab. & gl. tãgit in. l. qui fidẽ. ff. de transact.

SI constituerit. Hanc constitutionẽ commendat Rofr. inter constitutiones, quæ puniunt violentias, qui post litis contesta. super finibus aliquid inuadit indebitè, hac leg. punitur h. d. vide Rofr. super hac leg. h. d. &c.

De consortibus eiusdem litis. Rub.

EXplosis. Licet plures sint consortes eiusdem rei: tamen quilibet potest pro sua parte agere, & defendere. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 *Consors pro consorte, quando possit sine mandato agere & defendere.*

2 *Cautio rati, quòd etiam præstetur post litis contestationẽ. Et si quis post litem contesta. patiatur procuratorem interuenire, & merita causæ tractare ante, quàm petat cautionẽ rati, talem cautionẽ petere nõ põt. nu. 3.*

COmmune. Hæc est bona, et subtilis lex. Pro consorte post litis contest. absente potest quis agere, & defendere sine mandato, [b] ptitis legitimis satisdationib⁹. h. d. ¶ Op. quando certum est quem non habere mandatũ, non est locus cautioni de rato: vt. l. j. s. de proc. Solut. fallit hic in cõsorte eiusdem litis absente alio
1 post lit. contest. Circa quod dic,† aut plures consortes habent eandem litem circa rẽ indiuiduam: aut circa rem diuiduam. Primo casu potest vnus solus agere & defendere: vt. l. ante pe. quę incipit si cum vno. ff. si ex noxa. cau. aga. & si serui. vẽdi. l. loci corpus. §. si fundus. Aut est res diuidua: & tũc aut ante litem contesta. abest: & nõ põt agere, nisi pro parte: vt. s. l. prox. Defendere verò posset in totũ, sicut quilibet extraneus per. l. soluendo. ff. de neg. gest. & l. solutio. de sol. Aut post lit. con. & tũc aut vult agere alijs inuitis: & contradicentibus: & non põt, vt. l. si petitor. ff. de iudic. Aut alijs ignorãtibus: & tunc põt agere pstita cautione de rato: vt hic. de defensione nõ est dubiũ.
2 †Sed contra hoc opp. & videtur, quòd cautio de rato non debeat interponi post lit. cont. vt. l. Põpo. §. rati. ff. de proc. Sol. illud est verũ in eo, qui intercessit ante li. cont. secus in eo, qui intercessit post lit. cõte. vt hic. quod est notandum. Dicũt ta
3 mẽ doct. quod si post lit. contestationẽ† quis pateret procuratorem interuenire: & tractare causæ merita [c] ante, quàm peteret cautionem de rato, quod petere non posset. arg. d. §. rati. &c.

De noxalibus actionibus. Rub.

SVMMARIVM.

Statuta recipiunt interpretationem restrictiuam, ne quis indebitè damnum patiatur.

SI serui. Tota die allegatur hęc lex. & est notabilis
1 lex. Breuiter dicit.† Ne aliquis indebitè damnum patiatur, verba statuti recipiũt interpretationẽ restrictiuam. hoc dicit. Vnde gl. super verbo saltem. circa finem. quam nota & tene menti: & de hoc dic, vt in. l. omnes populi. de iusti. & iur. Et ibi allego tibi hanc. l. notabiliter.

[a] ¶ Querimoniam. Et de quęstione, & querimonia, vide Bal. in. l. j. de pscrip. long. temp.

[b] ¶ Sine mandato. Et pro ista dico, quod glo. no. in. l. nemo ex socijs. ff. pro socio. volens videre tacitũ mãdatũ esse iter socios, et ad licita: & ad vendẽdum partem consocij, non est vera nec in licitis, nec illicitis. Prĩo casu, contra ipsam est bona gl. cũ tex. in. l. de pupillo. §. si pluriũ. ĩ verbo alter. de oper. nou. nũ. & ibi p Ro. Pro hoc etiã facit tex. in. l. pro priũ. coĩa pd. licet ibi possit respõdere speciale esse in seruitutib⁹, ĩ quo casu requirit singularis consensus. l. fi. coĩa præd. Itẽ pro hoc text. in. l. q aliena. i. fi. de nego. gest. vbi actio nego. gest. datur: sed si directũ haberet mãdatũ cõpeteret mandãti. igitur &c. Sed etiam fortè hoc non ob. quia sequeretur, quod si etiã tibi meo socio mãdo expressè aliquid ĩ societate, qđ nunquam posset habere locũ actio pro soc. vel communi diui. quod credo verũ. Itẽ pro ista parte multũ stringit iste tex. Nã si diceretur non habere mandatũ, cũ haberet administrationem posset mouere actionem l. licet & si vni⁹. §. procurator. de in iur. Itẽ sic esset cõtra istum text. vnde putarem sic distinguendum, prout hic distinguit Barto. & videtur Bar. sensisse in. d. l. nemo ex socijs. & ibi vide Bal. aduerte tñ: qa glo. in

SIue seruum. Actio criminalis cõtra seruũ actio verò noxalis contra dominum proponitur. h. d.

SI seruus. Idem dicit quod lex precedens.

Ad exibendum. Rubrica.

SI dominium. [d] Actio ad exhibendũ est pręcipua, & preparatoria ad rei vẽdicationem. h. d. &c.

SVMMARIVM.

1 *Persona, uel res, exhibetur testibus, ut eam recognoscant.*

SI criminis. Etiam si agendũ est criminaliter, potest agi, vt seruus exhibeatur. h. d. te
1 ne mẽti. Dico† quod quando testes dicerent se nõ cognoscere personã, vel rẽ nominaliter: sed si eam viderent, quod recognoscerent, quod debet eis res ostẽdi: vt possint eam cognoscere: vt hic, & l. si cũ exhibuissent. §. ij. ff. de publi. & dic. vt ibi.

NEque ad. Sententia absolutoria, non nocet agere volenti de nouo ex alia causa. h. d. &c.

SVMMARIVM.

Possessor qui semel fuit, quando præsumatur hodie possidere?

NOn ignorabit. Qui in initio litis possedit: adhuc hodie pręsumitur possidere. h. d. ¶ Opp. de. l. siue possi
1 detis. j. de proba.† Sol. qui semel possederit, non pręsumitur hodie possidere regulariter. vt in contra, Fallit si possederit in initio litis: vel si possessor habebat [e] causam ab actore. Ita dicit gl. nõ habetis hic alia.

SVMMARIVM.

1 *Actio ad exibendum, est personalis scripta in rem.*

2 *Exhibens rem deterioratam culpa, qua actione teneatur. et nume. 5.*

3 *Actio ex testamento est stricti iuris, sed habet instar bonæ fidei.*

4 *Soluẽs partem rei, aut totam rem, quando & pro qua parte liberationem consequatur: & qua actione contra eum agatur: nume. 5.*

6 *Libellus qualiter formatur, quando agitur actione prima ad illud, quod deficit.*

7 *Recipiens rem deterioratam in solutione à soluente, quando præiudicet sibi in æstimatione deteriorationis.*

EXhibitionis. Omissis trufis, aduerte, vt declarem tibi istam materiã diff. cilem, & hanc leg. in tex. quę multũ iam dedit mihi de labore. Breuiter dicit. Qui rem deterioratã sua culpa exhibet, in factum acti. tenetur. hoc dicit. ¶ Diuide. primò ponit dictũ suum sub nube. Secũdò illud determinat, & declarat. Secunda ibi: ita vt qui rem. ¶ Ad euidentiã pręmitte,
1 † quod actio ad exhibendum est personalis scripta in rem: vt. l. de eo. §. fi. ff. eo. & differt à mere reali: quia personalis in rem scripta datur contra possidente, tanquam contra obligatum. Sed actio in rem, non pręsupponit obligationẽ. hoc pręmisso pone casum. Ille contra quẽ fuit actum ad exibendũ fuit condemnatus, vt exhiberet, qui exhibuit, & in exhibendo dolũ, vel culpam commisit. Quero vtrum ipse teneatur aliqua obligatione propter dolum, vel culpam: in exhibẽdo commissam? Respondet imperator & dicit, quod sic. Hic primò vide literã super verbo necessitate tenetur. i. obligatione, qua quis tenetur exhibere. ¶ Sequitur secunda pars. Domine Imperator ille, qui exhibendo cõmisit culpã: licet ob hoc sit obligatus, conueniet actione ad exhibẽdũ prima, an aliqua noua actione. Respõ. Imperator & dicit, cõuenitur acti. in factũ noua, quę descẽdit ex ęquitate. ibi sup verbo exhibuit

d. §. si plurium. in verbo. nocere. ĩ fi. dum alle. l. si quis putans. videtur omnino velle, quod soci⁹ possit facere ea, quę tendũt ad vtilitatẽ sociorum: & sic etiã ad hoc habere mandatum. ita videtur velle gl. ibi & ibi omnino not.

[c] ¶ Et tractare causæ merita. Adde quod not. p doct. in. l. nihil. et ĩ. l. nulla. s. de pcura. & istud dictũ ponit Cy. hic: aliter tñ videtur loqui.

[d] ¶ Si dominiũ. In actione ad exhibẽdum, qualiter pcedatur & quales pbatiões requirantur no. plenè Spe. de summa cog. §. postremo. vers. vj. querendũ. An in eodẽ libello possit attentari cũ rei vẽ. no. in titu. de ac. et pet. §. sequitur. vers. & no. quod dicitur, & in ti. de iudi. §. vlt. vi dendũ. & no. quod di cta actio est arbitraria. & no. Bal. ĩ l. nõ ignorabit. j. e.

POMATES.

[e] ¶ Habebat. Item fallit quando reus affirmat se possidere secus si negat: quia non presumitur ita ista gl. magistralis in. l. siue possidẽ. j. de proba. & secut⁹ fuit Areti. in cõsi. ciij. inci. veritè causa & qstiõe. in. iiij. col. Et facit quod vult Bar. in cõs. lj. inci. videtur dicẽdũ. j. col. & quod vult gl. i. c. propos uit. per istum tex. vbi videntur notare canonistę. de cle. excommu. ministr.

2 exhibuit sed culpa. ¶ Opp. dicitẽ hic, q̃ † qui exhibet rẽ deterioratã tene
tur actio. in factũ. Contra. ff. ad. l. aqui. l. q tabulas. Sol. dicit gl. debet ibi
intelligi de vtili Aquiliana, quę cõcurrit cũ actione in factũ: subsidiaria
in locũ leg. aqui. ista sol. nõ placet. Non enim loquitẽ hic de actio. in factũ
subsidiaria leg. aqui. quia illa domino datẽ, sicut actio leg. aquiliæ. Sed lo
quitẽ hic de generali actio. in factũ: qa hic prætẽdebat aliud interesse, q̃
dominij: vt. j. dicã. ¶ Op. ff. depositi. l. j. §. si res deposita. &. ff. cõmo. l. iij.
§. si reddita. vbi videtẽ, quod debeat agi prima actio. nõ actio in factum.
Sol. ibi quãdo soluitẽ res deteriorata ab eo, q tenebatẽ actione bonæ fidei:
hic in eo, qui tenebatur actione stricti iuris. ¶ Cõtra hoc op. ff. de solu. l.
etiam. &. l. Iul. §. fi. ff. de ver. obli. Sol. hic loquitẽ quãdo soluitẽ res deterio
rata: ibi quãdo soluitẽ res pfecta respectu rei, licet deficiat aliquod ius vt
puta cautionis, vel aliud: ideo agitẽ actione prima. ¶ Cõtra hoc etiã. op.
de. l. nõ solũ. ff. de rei vend. Sol. licet ibi agatur actione stricti iuris: tamen
ibi petitur, quod est meũ: igitur agitur actione prima: hic verò prætẽde
bat aliud interesse, q̃ dominij. ¶ Cõtra hoc op. de. l. & eleganter. §. nõ so
a lum[a]. ff. de dol. Solu. ibi loquitẽ quãdo qs exhibet rẽ deterioratã dolo. hic
quando exhibet eã deterioratã culpa: ideo hic non põt agi de dolo: sed
agitur in factũ. ¶ Contra hoc opp. ff. de leg. j. l. huiusmodi. §. ædes. quib.
3 hæred. vbi etiã in stricti iuris iudicio agitur actione prima. Solu. ibi † est
actio ex testamẽto quæ habet instar bonæ fidei: vt. l. in minorũ. s. in qui.
cau. in integ. rest. non est necess. ¶ Vltimò op. de. l. qui sibi, aut Titio. §.
j. ff. de sol. Sol. ista est vera omissis truffis: ibi loquitẽ in debitore ĩ genere,
qui soluit rẽ deterioratã: ideo nõ liberatur: sed agitur actio prima: hic ve
4 rò loquitur in debitore speciei. ¶ Iuxta prædicta † distingue breuiter:
aut quis soluit partẽ rei perfectæ, & pro illa parte liberatẽ: vt. l. si stipula-
tus. §. j. ff. de sol. Aut soluit totã rem perfectè, & in totũ liberatur: quia so
5 lutione eius, quod debetẽ &c. Aut soluit eam minus perfectè: & tũc † aut
fuit defectus extra eandẽ rem in aliquo iure ipsius rei: aut fuit defectus
in ipsa: vt puta: quia soluta deteriorata. Primo casu agitur actiõe prima:
secũdo casu subdistingue. Aut est actio bonæ fidei, & agitur actione pri
ma: aut est actio stricti iuris, & tũc aut habet instar bonæ fidei, & idem.
Aut non: & tũc aut peto, quod meũ est. & idẽ: aut q̃ est mihi debitũ &
tũc aut erat debitũ in genere & idẽ: aut in specie. & tũc aut traditẽ dete-
riorata dolo, & agitẽ actione de dolo: vt. ff. de dolo. l. & elegãter. §. nõ so
lũ. Aut deteriorata culpa, & agitẽ in factũ. hic est casus hic. Pręterea: pro
batẽ ex solutionibus dictorũ cõtrariorũ. ¶ Quæro, vidistis. s. quòd licet
res non sit soluta, tamẽ propter illud, quod deficit, adhuc agitur prima
6 actione: qualiter † formabitẽ libellus? Respon. narrabitẽ totũ factum, & in
cõclusione dicet, quare peto dictã rẽ, & vt mihi de euictione caueatẽ: vel
vt mihi interesse pro æstimatione deteriorationis præstetẽ. Iste libellus
probatur in. d. l. iul. §. j. ff. de ver. obli. & ibi de hoc plenè dixi. Ratio ho
rum est: quia cũ cautio, vel deterioratiõis ęstimatio, in casibus prædictis
non veniat, iure actionis, non põt per se peti principaliter, sed venit iu-
dicis officio: ideò principalis actio debet proponi &c. ¶ Quęrit gl. in. d.
b l. & eleganter. §. non solũ. ¶ Quid si aliqs soluerit tibi rẽ deterioratã[b]: &
tu recepisti: an tu pręiudices tibi in æstimatiõe deteriorationis? Respon.
7 dicas sic. aut † ille, q recepit ignorauit: & sibi nõ pręiudicat. vt puta: quia
vitium erat latens. ita no. gl. in. l. hac actio. circa prin. ff. de tritica. Si verò
sciuit: aut enim loquitẽ in casibus, qbus æstimatio deterioratiõis venit iu
re actionis & sibi nõ pręiudicat: vt. l. centũ Capuę. &. l. fi. de eo q̃ cert. lo
co. Aut venit officio iudicis: & tunc secus: vt. d. legib. &. l. iiij. §. depositi.

s **I res tuas.** Ex pacto alterius apposito in traditione rei
meę, quæritur mihi actio vtilis. h. d.

SI ex quocunque. Debitor, qui soluit potest pe-
tere instrumẽtum cancellatum
sibi reddi. hoc dicit.

De religiosis & sumptibus funerum, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Scripturæ in lapidibus monumentorum, q inducant quoddam notorium.*
2 *Scripturæ antiquæ in muris, & lapidibus, quæ continent aliquam dispositionem pos-
sibilem, qu d faciant fidem.*

c **MOnumentorum.** [c] Scripturæ quę fiũt
in lapide monumen-
ti, non faciunt fidem secundum vnum intellectum. Sed
1 lex nostra loquitur in casu certo: † sed in casu fortè in-
certo, standum est ipsis scripturis, non tanquam pro-
prijs, sed tanquam inducentibus quoddam notoriũ: vt
de condi. & demonstra. leg. in testamento. la. prima. & tangitẽ per me in
lege prima. ff. de albe. scri. ¶ Quæro, vtrum istæ scripturę quæ reperiun
2 tur † in muris & in lapidibus, faciant fidem? hic videtur casus, quòd non.
In contrarium videtur casus in. l. j. ff. de alb. scri. & per. Spec. de proba.
§. videndum. versicu. xj. Et istud puto verum, si sunt scripturæ antiquæ
quæ cõtinent aliquam denunciationem, vel dispositionem possibilem:
sed hic istę inscriptiones continebant aliquam dispositionem: quæ non
erat possibilis fieri per illa verba: vt dicit glo.

Liber quartus.

De rebus creditis, & iureiuran. Rubri.

SVMMARIVM.

1 *Verbũ credere, est generale, ad oẽs personales actiones.*

¶ Cõtinua vt in glo. Dictũ est. s. de actionibus in
rem: sequitẽ videre de actionibus psonalibus. Ve
1 rum: qa hoc † verbũ credere est generale, ad oẽs
psonales actiones: ideo præmittit de reb. credi.
¶ Itẽ quia: p iusiurandum aliquis efficitur debi- a
tor, vel creditor: ideo cõnectitur de iureiurando.
licet ĩ hoc ti. de rebus creditis nihil ponatur: sed
in seq. ti. specialius. ¶ Quærit glo. quare non di-
xit de rebus debitis? dic vt in gl. & bene &c.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentũ decisorium litis, qñ retractetur rõne periurij.*
2 *Iuramentum ueritatis, retractatur ratione periurij.*
3 *Item iuramentum purgationis.*
4 *Iuramento interposito, an oriatur actio?*

CAusa iureiuran. Causa iuramento decisa, non re-
tractatur prętextu periurij, hoc b
dicit. ¶ Opp. de. l. admonẽdi. ff.
eo. &. j. de pe. iud. q malę iudica.
1 in authẽ. nouo iure. Sol. quóddã † est iuramentũ c
decisoriũ litis: & istud nõ retractatur prætextu
piurij: nisi in casib[9] expres. in lege. vt hic. Quod-
2 dam † est iuramẽtũ veritatis: vt illud quod præ-
stat testis, & istud põt retractari pretextu piurij:
3 vt. l. lucius. ff. de his q no. infa. Quoddã † est iura-
mẽtũ purgationis: & istud ẽt põt retractari in au
thẽ. nouo iure, j. de pe. iud. q malè iud. Sed cõtra
pdicta op. de. d. l. admonẽdi. ff. e. Sol. ibi est sacrm
necessariũ: hic verò volũtariũ, vel iudiciale, q̃ nó d
retractatẽ. fallit in casu. l. fi. j. eod. ti. ¶ Quærit glo.
4 vtrũ † ex iuramẽto oriatẽ actio? dic vt in gl. & tene
menti opi. Ioã. vt semp ex iuramẽto oriatẽ actio.

d **IVrisiurandi.** Periurus nõ
à lege, sed à
solo deo punitẽ.[d] h. d. Diuiditẽ: primò
loquitẽ de eo, q iurauit p deũ. Secundò
de eo, q iurauit p principẽ. Secũda ibi: periculũ
aũt. ¶ Op. s. de sum. tri. l. j. in fi. Sol. ibi cõtẽnit fi-
dẽ christianã alio mõ. q̃ deierãdo. ¶ Secũdò op. e
ff. eo. l. si duo patroni. in fi. sol. vt glo. tu tene ter
tiã sol. q̃ qñ iuratẽ, p principẽ, nõ punitẽ pœna cor
porali: vt hic: sed alia pœna: vt legibus cõtrarijs.
¶ Op. s. de trãs. l. si qs maior. sol. hic loquitẽ in iu-
rameto de pterito litis decisorio: ibi verò loquitẽ
in iuramẽto de futuro, quod apponitẽ super con
tractu, in quo deierans punitur. h. d.

SVMMARIVM.

1 *Lex hæc q habeat locũ in omnibus causis ciuilibus, & cri-
minalibus.*
2 *Probationem semiplenã fieri p domesticos. comparationem
literarum, uel p fugam rei. item p unum testem: & nu-
mc. 3. de fuga remißiuè.*
Iuramentum suppletorium, cui deferatur.

e **IN bonæfidei.** [e] Ista lex
solẽnizabi
tur anno futuro: in. l. admonẽdi. ff. eo.
In defectũ probationis iudex defert
alteri partiũ iuramentũ. hoc intendit. ¶ Opp. q̃
actore non probãte reus absoluitur: vt. s. de ede.
l. qui accusare. Solu. qñq; actor plenè probat, &
vincit: qñq; nihil probat, & succũbit: vt in cõtra
rio: qñq; probat semiplenè. tunc recurritẽ ad hãc
lęg. vt cã decidatẽ iureiur. ¶ Quæro, in qbus cau-
1 sis habeat locũ hęc lex. Gl. vr † velle, q̃ in oĩbus
causis ciuilibus & criminalib[9]. Vide gl. sup ver.
causis. dum loquitur in actionibus descendenti-
bus ex delicto ciuiliter intẽtatis. Sine dubio ista
glo. diceret verum: in criminalibus fortè non di-
cit verũ, quod dic. vt tangit Guil. de cu. in. l. iij. §.
j. ff. e. & ibi dicã: vt dixi plenissimè in. l. marit[9]. ff.
2 de qstio. vbi gl. tangit. ¶ † Quæro, qñ qs dicatur
semiplenè probare? Glossa. ponit hic tres, vel

a ¶ §. nõ solũ. Et per ea, q̃ habentẽ in. d. §. no solum. dicit Bal. in. l. fi. j. de cõdi. fur. q̃ si fur rem pignoratitiam abstulerit, nõ pdest sibi: quonia si res postea pereat, etiã absq; sui culpa nõ teneatur, nisi dñs rem scieter, & spõte recuperent.

b ¶ Rem deterioratam. Per Bar. in. l. q sibi. §. j. de solu.

c ¶ Monumentorũ. Adde Bald. hic. & Bart. in. l. j. in fin. prin. de secũ. tab. & gl. sing. in. iij. q. vj. c. pulsatus. in. j. glo. vbi snia valet scripta in parietibus.

d ¶ Punitẽ. Et hic vide Bal. ponentem octo pœnas diuersimodè p iura imponendas. & vide q̃ habetẽ. vj. q. vj. q cũq;. & gl. ordi. in c. j. de fal. & quod no. glo. in. c. q̃relã. de iureiuran.

e ¶ In bõę fidei. Adde sing. q̃ ĩ pactis extraneis, quę nõ plumũtẽ, nõ defertẽ iuramẽtũ. c. j. §. fi. qd sit inuesti. Itẽ nõ defertẽ iuramentum, qñ actor plenè probat, & reus semiplenè, nõ defertẽ reo ad reprobationẽ actoris. ita sing. dicit Tancr. in suo cõpẽ. in. vj, rub. in. j. alle. insti. de inuti. stip. §. itẽ verborũ. & vide singu. Bal. in. l. qui accusare. de eden. vbi q reprobatẽ à testimonio. reprobatur a iuramẽto. And. Barba.

a ¶ Quatuor modos. Et adde, ꝙ ad hoc, vt deferatur iuramentũ in defectũ
semiplenę ꝓbationis, est necesse ꝙ pars, q̃ petit deferri iuramẽtũ, dicat
verisimilia: vt dixit eleganter Bal. in. l. j. in. ij. col. ṡ. q & aduersus quos.
b ✤ POMATES. ¶ Itẽ ꝑ vnum limita multis modis: vbi etiã latè de
materia: & ꝑ Ias. in. l. admonendi, in lectura in glo. in verbo exacto. in
ver. in eadẽ gl. vbi
vel per vnum testem. ff. de iureiur.
c ¶ Orit̃ actio. Vtrũ aũt ex iuramento taxationis expensarum, vel in litẽ oriatur actio: vide Bal. in auth. nouo iure. C. de iudic. & Bar. in. l. in actionibus in fi. de in litẽ iur. & ad hoc vide plenè not. in. l. j. ꝭ. eo. ꝑ Bar. in. l. nam posteà. §. fi. & in. l. sed & si possessori. §. si qs. ff. de iure iur. ex sñia tñ formiter lata, datur actio ex cõtractu, secundũ Bar. sing. in. l. iulia. verũ debitorem. ff. de condic. inde.
d ¶ Delata. De hui⁹ leg. ĩtellectu vide Bar. ĩ. l. iusiurã. §. pretor ait. ff. eo. ti.
e ¶ Bona lex. Hanc leg. no. & Bar. all. in. l. fi. de p̃to. stip. & no. etiã ĩ. l. post legatũ. in. iiij. col. de his q. vt indig. ꝙ positio nõ põt, nisi semel reuocari. Adde q̃ dixi in l. rebus, rerũ amo. & vide oĩno Bal. ꝑ istũ tex. no. alle. in auth. habita. in iiij. col. in ver. iiij. in fi. ꝭ. ne filius ꝓ pa. ꝙ nouatio nõ ꝑmittit̃, nisi semel. & pro hoc quod no. Moder. in. l. si ex toto. §. j. de le. j. in ead. l. & allegãt quędã gl. hui⁹ leg. ꝙ diffinitiua sñia dicit̃ et illa quę diffinit articulũ causæ. & ita alle. Pau. de ca. ĩ cõsi. clxv. ꝙ incipit in Christi noĩe amẽ, in facto isto post lõgã disceptationẽ no. in prin. ij. col. & vide Bar. in. l. si post exceptionẽ. §. hęc aũt actio. ff. quod metus causa.
✤ POMATES.
f ¶ Nota, ꝙ aliud. Si defunct⁹ ergo debebat iurare: nõ poterat hęres iurare: nec declarare id, ꝙ defunct⁹ habebat declarare, vt ꝑ Ale. cõsi. liiij. vol. j. in. j. dubio.

g ¶ Iuramentum defuncti. Iuramentum est personale, vide in auth. quod
obtinet. de proba. & Bar. in. l. cum quis. §. codici. de leg. iij. in eo. ver. ad-
de glo. in. l. pe. §. fi. ff. ne quis eum, qui dicit, ꝙ facultas iurandi in litem
transit ad hæredem: de quo omnino adde Alex. ibi post doc.
h ¶ Iuretur. vide Bar. in. l. admonendi. in fi. & in. d. l. cum iudex.

a quatuor modos.ᵃ Primò ꝑ domesticos: secundò ꝑ
cõparatione literarũ: tertiò ꝑ fugã rei. Itẽ ꝑ vnũ
b teste:ᵇ quæ oĩa nor. ¶ Et not. specialiter † illud,
3 quod dicit de fuga: ꝙ fuga facit semiplenã ꝓba-
tionẽ. tex. alibi videt̃ velle, ꝙ faciat plenã. l. consi
liarios. ṡ. de assesso. Idẽ quod hic gl. no. in. d. l. ad
monẽdi. ff. eod. & ibi dicemus. De hac fuga plenè
dixi in. l. lege cor. in prin. ff. ad sylle. Quærit̃ hic,
4 cui debet iuramẽtũ deferri. † hic tex. non aperit:
sed dicit cã cognita. In causæ aũt cognitione, ver
titur vt deferat̃ ei, q meli⁹ scit veritatẽ: & si vterq̃
æqualiter scit, deferat̃ ei, q est dignior. Si vterq̃
est æqualiter dignus, in hoc sunt opi. Quidã di-
cũt differẽdũ potius actori, q̃ reo: qdã ecõtra: vt
potius reo q̃ actori. Et istud vltimũ cõsueuerũt
tenere gl. nostræ: licet vltramõ. teneant cõtra &c.

SI ad excludendam. Pupillus non potest iusiurandum deferre. hoc dicit.

CVm etiam a pupillorum. Relictum à tutore, videtur relictũ a pupillo. & in causa pupilli potest iusiurãdum deferri tutori. h. d. &c.

CVm proponas. Super cãstatus, potest iusiurandum deferri.

NEc filius. Iuramentum, vel delatio vnius, alteri non debet obesse. hoc dicit.

✤ *SVMMARIVM.* ✤
1 *Actio in factum oritur ex iuramento, quãdo informiter iuratur: & formiter utilis ex contractu.*
2 *Actio, quæ oritur ex sententia, an dicatur in factum uel iudicati? remißiuè.*

1 ACtori. † Ex iuramẽto prestito, vel
c remisso oritur actioᶜ in fa-
ctum: sicut ex sentẽtia. h. d. ¶ Op. ꝙ ori-
tur alia actio, q̃ in factum: vt. ff. eo. l. si duo. §. si qs
iurauerit. Soluti. hic loquitur, quando iurauerit
informiter: ibi qñ iurauit formiter sup aliquo cõ
tractu: vnde oritur actio vtilis ex eo contractu.
2 ¶ Quæritur. † vtrum actio, quæ oritur ex sñia.
vocetur actio in factum, vel actio iudicati? glo. di
cunt ꝙ vocatur actio in factum, ꝑ hanc leg. doc.
vltramon. dicunt, ꝙ vocatur actio iudicati: vt hic
tractatur per do. Cy. ego plenè dixi in. l. miles. §.
iudicati. ff. de re iudi. vbi glo. tangit &c.

d DElata.ᵈ Reus cui defertur iuramentum debet iurare: referre, vel soluere. h. d. vides ergo ex hac. l. practicam, ꝙ iudex rectè pręcipit parti, ꝙ non recedat a bancho, quin iuret, soluat, vel deferat &c.

IN actione. Super actione depositi, potest iusiurandum deferri. hoc dicit. &c.

e SI quis. Ista est bõa lex.ᵉ Delatio iuramenti ante. q̃ præstetur, potest reuocari, donec iuret̃, præstetur, vel sentẽtietur. h. d. ¶ Opp. hic innuit, ꝙ præstatur iuramentũ post diffinitiuam sententiam. Contra. ꝭ. l. proxi. So. vt ibi dicã &c.

✤ *SVMMARIVM.* ✤
1 *Iurandum esse, ante sententiam, uel in ipsa sententia, uel modicum post. nu. 4.*
2 *Iuramentum defuncti, ꝙ sit aliud à iuramento hæredis.*
3 *Heres nõ est piurus, si non impleuerit iuramẽtum defuncti.*

GEneraliter. Primò loquit̃. quãdo debet iurare. Se
cundò loquitur de effectu iuramẽti, par-
tibus præsentibus. Tertiò loquitur de effectu iu
ramenti partibus absentibus. Quartò confirmat
iura antiqua. Secunda ibi: sed iuramento. Tertia
ibi: his de præsentibus. Quarta ibi: in omnib⁹ au
1 tẽ. & hoc sit pro summario. ¶ No. † ꝙ ante sentẽ
tiam, vel in ipsa sententia est iurandum. ¶ Nota.
2 † ꝙ aliudᶠ est iuramentum defunctiᵍ: aliud est iu
f ramentum hæredum, & sic iuramentum est merè
g personale. Si † ergo defunctus iurauerit aliquid
3 facere, vel dare: & non facit, nec dat ipse, nec hæ-
res eius: non est periurus hæres propter iuramẽ-
tum defuncti. ¶ Opp. & videtur, ꝙ post senten-
h tiam iuretur:ʰ vt. ṡ. l. proxi. & ꝭ. de senten. cum iu
dex. Sol. dicunt quidam, ꝙ illa iura corriguntur.
hoc videtur contra hanc legem in fine. quæ con-
4 firmat iura antiqua. Solu. † ego dico, ꝙ debet iu-
rari in ipsa sententia, vel modicum ante: vel mo-
dicum post: vt hic. & licet a sententia appelletur
nihilominus statim iurabitur non obstante ap-
pellatione. hic est casus hic &c.

✤ *SVMMARIVM.* ✤
1 *Deferens iuramentum, siue iuretur, siue non: non appellat.*
2 *Iuramẽtũ cui defertur: potest illud ex cã recusare. & nu. 5.*
3 *Iuramentum recusans sine causa, potest à iudice pro conuicto haberi.*
4 *Iuramentum recusans licet causas non allegauerit, potest tamen illas in causa appellationis allegare.*
6 *Iurare qui non nult non cogitur causam dicere.*
7 *Lex hæc loquitur de iuramento iudiciali, uel uoluntario.*
8 *Vincens in prima causa, si perdat in cã appellationis. ex nouis probationibus, nõ condẽnatur in expẽsis: aliâs secus.*

Sed iuramento. Si causa deciditur
sacramento dela-
to pręstito, vel recusato, non est locus appellatio
i ni:ⁱ sed quando potest prouocari, proceditur eo
ordine, qui hac leg. inseritur. hoc dicit. Et est no-
tabilis iste casus, & alij in hac lege positi, qui non
1 sunt alibi. ¶ Not. primò, † ꝙ ille qui defert iura-
mentum, siue iuretur, siue referatur, non potest
k appellare.ᵏ ¶ Nota secundò, ꝙ ille cui defertur,
2 cogitur iurare, vel referre: vel † si vult potest re-
cusare ex causa. Ita debet intelligi iste tex. & sic
3 non corrigitur. l. manifestè. ff. eod. ¶ † Nota ter-
tiò. ꝙ quando quis recusat iuramentum absq̃ le-
gitima causa, iudex potest habere eum pro con-
uicto, quasi ipse alteri parti retulerit iuramẽtum:
& ei remiserit: & hoc habet locum siue sit iuramẽ
tum decisiuum alicuius partis: vt puta super ali-
quali positione. vide tex. qui dicit ibi: & ita cæte
4 ra sententiæ capitula. ¶ Not. ex hac leg. ꝙ † ille,
qui recusat iurare, licet causas quare noluerit iu-
rare, non allegauerit coram primo iudice: tamen
eas poterit allegare coram iudice appellationis,
secundum quod glo. intellexit. Vide tex. in ver.
ipse autẽ. & vide glo. super ver. attestetur. & glo.
super verbo auxilium. ¶ Oppo. ff. eod. l. manife
l stè.ˡ Dicunt quidam. ꝙ illa lex hodie corrigitur:
quia indistinctè hodie potest iuramentum recu-
5 sari sine causa. Alij dicunt contra, † & veritas est:
quia sine causa non potest recusari: vt hic dicit
text. hoc etiam apparet: quia si sine causa recu-
6 sat, potest haberi pro conuicto. † In hoc tamen
est aduertendum: quia non cogitur causam dice
re, quando non vult iurare. ¶ Quæro, de quo
iuramento loquitur lex ista. Respon. quædam
glossella dicit, quòd refertur ad iuramentum ne
7 cessarium tantum: hoc est falsum: † quia text. in
ver. sin autem is &ce. expressè loquitur de iura-
mento voluntario, vel iudiciali. ¶ Quæro, quid
m vult dicere text. ibiᵐ neq̃ periurij, neq̃ iusti di-
spendij? Gloss. dicit multum notabiliter, quòd
neuter neutri condemnatur in expensis. Vidè
8 glossa. super ver. dispendij. quam not. † Ex hac
glo. dicunt quidam, ꝙ ille qui vicit in prima cã
si in causa appellationis succumbit, nunq̃ dãnat̃,
n in expensis,ⁿ Quod debes intelligere verum, qñ
in cã appellationis succũbit, ex nouis probatio-
nibus:

i ¶ Locus appel. vide Bar. in. l. ĩ actionibus, ĩ fi. q. de in lit. iuran.
k ¶ Appel. Ex isto text. dicas. ꝙ si cã cõmittit̃ ex ꝑtium cõsensu cõsilio sapiẽtis, & sñia fuerit lata vigore cõsilij: ꝙ pars nõ poterit appellare: sed cõtrariũ tenet Bal. in. l. j. §. j. in fi. & in. l. ex cõsensu. de appel. Et dicebat Bal. ꝙ hic erat tex. melior de iure. vide oĩno Bar. in. l. si conuenerit. de re iudicata.
l ¶ Manifestè. ꝑ Cano. extra eod. c. fi.
m ¶ Text. ibi. Et hic no. tex. secundum Bal. ꝙ iudex non põt cogere quem iurare: sed dicitur habere ipsum pro cõuicto. Ibidẽ adde Bar. in. d. §. siue autem alte. Adde pulchrũ dictum Bar. in. l. si pignore. de pigno. pac.
n ¶ In expẽsis. Quid autẽ si fuerit in interlocutoria sñia cõdẽnatus in expẽsis: & in diffinitiua obtinuit. vide not. Bar. l. si pignore. in fin. ff. de pig. actio. & vide no. Bal. in authen. generaliter. in. v. co. ff. de epi. & cle. de eo, q hẽt iustã cãm litigandi in vno articulo, & obtinet in alio: iõ dicit Bal. ĩ. §. proxi. ꝙ si quis dicit in vno capitulo in expẽsis, statim debeat refici nõ expectata diffinitiua. Adde gl. & hic vide Bald. in. l. j. ꝭ. de sentẽ. quę sine certa quantitate.

nibus:ita loquitur hic.secus si exprimis actis suc
cumbit:vel apparet prima sententia, manifestè
iniqua.Ita no.Ioan.and.in.c.iuris ignorantia.de
reg.iur.lib.vj.per Innoc.extra de dolo & cōtu.c.
finē.dixi tibi,vt videtur mihi.s̄.de iudi.in.l.pro-
perandum.§.finautem alter.&c.

SVMMARIVM.

1 *Iudex potest statuere procuratori terminum,ad faciendum comparere principalem,q̄ ueniat ad iurandum.uel respondendum positionibus.*
2 *Iuramentum,quando in absentia committitur: iudex in cuius iurisdictione pars degit,si coram eo iuratur,remittit acta ad iudicem causæ.*
3 *Iuramentum quando committitur in absentia, debet statui terminus parti,ut compareat ad uidendum iurare.*
4 *Iudicis arbitrio subest declarare,cuius expensis fiat iuramentum in absentia.*
5 *Iudicio super uno capitulo, indicio non impeditur iudicis officium super alijs.*

a **His de præsentibus.**[a] Iste est notabilis
§.& ponit valdè pulcherrimā practicā. ¶ No.pri
1 mò,†q̄ iudex potest procuratori statuere termi-
num ad faciendū cōparere principalē, quòd ve-
niat ad iurandū,vel respondendū positionibus.
2 ¶ No.secundò,†quod quādo iuramentū cōmittit̄
b in absentia:hoc oportet fieri sub fide gestorum.[b]
hoc est,quod iudex coram quo causa agit̄,scribat
iudici illius loci,vbi pars degit:vt si corā eo iuret̄
c remittant̄ acta[c] ad iudicē causę principalis.¶ No.
3 tertiò,†q̄ quādo iuramentū cōmittit̄ in absentia,
debet statui terminus parti,vt ad illū locū cōpa-
reat ad vidēdū iurare partē, vel testes &c.¶ No.
4 quartò†,quod cui⁹ expēsis[d] hoc debeat fieri:hoc
d est in arbitrio iudicis.¶ No.†quintò, quòd pen-
5 dente dilatione super vno capitulo,non impedi-
e tur[e] iudicis officiū super alijs capitulis,non præiu
dicialibus,quod perpetuò tene menti.&c.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua probatur per scripturam.*
2 *Scholaris,quod non sit in matricula,probatur ex inspectione matriculæ.*
3 *Collectam quem non soluisse,probatur si in libro soluentium non reperitur.*

CVm quis. Iuramentum retractatur, prætextu te
stamēti de nouo reperti.h.d.vide tex.
ibi circa prin.ibi posteà autē manife-
f stum nihil ei &c.¶ Quæro, quomodo[f] pōt ista ne
gatiua probari,nihil fuisse ei relictū?gl.dicit, per
scripturam testamenti,nō per testes. Alij dicunt
g etiam per testes.[g] & istud puto verū. ¶ No.ergo
1 †primò,quòd per scripturā probaretur negati-
h ua[h] hoc modo inspecto testamento nō reperitur
2 ibi,Titio legatū: ergo non est legatū q̄ facit†ad
probādū,quod scholaris nō sit in matricula:pro-
3 batur per inspectionē†matriculæ.Facit etiam ad
probandū quòd aliq̄s nō soluit collectā:quia in-
specto libro soluentiū collectā non reperit̄ ibi:&
valet ad multa.Simile pōt probari p̄ testes,q̄ di-
cūt se īterfuisse testamēto:& tūc nō fuisse relictū.

Si certum petatur. *Rubrica.*

NEque æquam. Heredes tenentur ad
debita pro portionibus hæreditarijs,
nullo respectu habito ad prælegata.
hoc dicit ista lex &c.

QVamuis. Ex mutuo rei alienę,nascit̄ nobis actio
si fuerimus stipulati:quæ poterit cedi
domino.h.d.¶ Opp.de.l.ij.§.appella
ta.ff.eo.Sol.hic mutuum fuit reconciliatū stipu-
latione. ¶ Quærit glos.an ista stipulatio impe-
diat actionem oriri ex numeratione? glos.plenè
examinat in.l.certi condictio.§.quoniam. ff.eod.
Cy.refert hic.Tetigi in.l.si ita fuero stipulatus.&
in.l.cum enim.ff.de noua.¶ Quæro, quid si pecu
niā alienā:quā dedi mutuo,& sum stipulat⁹,dn̄s
repetat.Itē q̄d si dn̄s nō repetat,nec ego fui stipu
latus:& ille nō vult cōsumere? Istas quęstiões for
mat hic gl.& de verbo ad verbū eas pōit.in.l.nā
& si fur.ff.e.dic vt ī gl.& ibi plenè examīabim⁹.

EOs qui. Vbi q̄s exercet officium,
nō pōt exercere fœnus.h.
d.videbitis in.l.principalibus.ff.eo.&c.

SVMMARIVM.

1 *Alteri p̄ alterum in mutuo,& in debito propter pecuniam quæritur.*
2 *Reprobatio expressa actus facti,nomine meo, quando requiratur?*
3 *Actio utilis ex contractu alterius,meo nomine celebrato,si ratum non habeo,gerenti quæritur.*

SI absentis. Subtilis lex est ista.
Si pecunia aliena ab
sentis dn̄i noīe mutuetur,ei quęrit̄ actio
q̄ si ratū nō habet,mutuāti cedere cogit̄:aliâs vti
lis ei cōpetit.h.d.¶ Oppo.alteri p̄ alterū nō pōt
quæri actio:vt.l.stipulatio ista.§.alteri. de verb.
a ¶ Iurauit. Et vide Bal.in.l. ſi ex cautione.s̃.c.& no.inſti.de act.§.fuerat. & vide ꝙ no.Imo. in.l. nemo pōt.de le.j.& de iſta clauſula huius leg.quę ſemp allegat,vide Bar.in.l. ſi qs pro eo.in ver.viij. ꝓhibet.&c.& ꝙ dixi poſt Bar.in.l.ſi pecuniā.de cōdic. ob cauſam.& vide Pau.de ca.in cōſi. xj. ꝙ incipit : in Chriſti noīe amē: viſis oībus.&c.& vide Bar.in.l.ij.iii. col.C.de reſci.vē.

b ¶ C.debitores. Et ad intellectū huius ti.de his vide latè Bal.in.l. nō dubiū in.xv.co.s̃.de leg. & ibi Bal. alle.hāc leg.p no.plenè in c.cū contingat.in xlviij.char.de iureiur. vbi quærit, de effectu verborum.

c ¶ Et ſenatus : hāc leg.limita ex his, quæ dicit Bar.ī.l. ideo.ff.e. & vide. j.eo.l.iij.&.l. ſi ex vēditione. & Bal. ibi.

d ¶ Si cōſtat. Et dū hic exponit ipſo iure.i.ſine ſpe exceptionis. Adde tex. & ibi Bar.ī.l. pe.j.de ſuis & leg. & gl. vult ſecūdū vnā expoſitionē, in.l.lecta. in verſi. ipſo iure.ff. ſi cer. petatur.

e ¶ Vſurarū.idē ad impediēdū pœnę cōmiſsionē,p glo. & Bal.ī.l.j,& Bar. in.l.inter. de condi.inde.

ETiam. De debito ex fideicõmiſ. põt obijci
compẽſatio. h. d. dubitaẽ: quia fidei-
commiſſum, olim nõ petebaẽ per modũ actionis;
1 ſed per iudicis officiũ. Et ſic no. ꝙ † eius quod per
iudicis officium debetur, poteſt obijci compenſatio &c.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis officium eſt in mutuis petitionibus, ſuper utroq; iudicare, licet ante plus conſtet de una, quàm de alia. & nu. 3.*
2 *Cõpenſatio, ꝙ admittatur de quãtitate ad quantitatẽ, licet diuerſi generis.*
4 *Compenſatio, an habeat locum in cauſa dotis, reſpectu rerum amotarum?*
Dos confeſſata, an habeat priuilegia dotis?
5 *Compenſatio de re ad quantitatem, & ſic de frumento, ad pecuniam. an habeat locum? & nu. 6.*
6 *Fructus conſumpti ꝙ extenuant ſortem ſecus ſi non ſunt conſumpti.*

NEque ſcriptura. Hæc lex nõ recipit cõ-
gruum ſummariũ. Nã
legit duobus modis principaliter. Primò, vt petatur
debitũ ex alia cauſa, q̃ dotis. & hæc lec. ſubdiuidiẽ in tres par
tes. Secundò, vt petatur debitũ ex cauſa dotis. & hæc lec. diui
1 ditur in alias tres. ¶ No. ꝙ natura † officij iudicis, ſup mutuis
petitionibus eſt, vt debeat de vtroq; ſimul pronuntiare: licet
ante cõſtet de vna, q̃ alia: vt. l. j. in fi. ff. quæ ſen. ſine ap. reſcin.
& de iudi. l. qui prior. & dicam vobis in auẽ. & cõſequenẽ. de
2 ſenten. ¶ Vltimò no. fi. gl. quę eſt hic, quæ dicit, quãdo † debe
tur quantitas hincinde: licet aliquando quãtitates ſint diuerſi
a generis: vt puta debet vnus pecuniã, alius frumentum[a]: quòd
admittitur compenſatio. Facit. j. eo. l. proxi. glo. videtur tene
re contrarium in. l. diuortio. §. ob donationes. ſol. matri. & ibi
examinaui. & vide fi. huius glo. quem nota, & tene menti.

NEque ſcriptura. Pro ea parte, pro qua
non eſt facta numera-
tio, poteſt opponi pecuniæ nõ numeratæ exceptio.
Pro reſiduo poteſt obijci cõpenſatio. h. d. ¶ Iſta. l. legiẽ duo-
bus modis. Primò principaliter, vt loquatur in pecunia debi
ta, ex alia cauſa, q̃ dotis. Secũdò, vt loquatur in debita ex cau
ſa dotis. ¶ Item prima lec. diuerſificatur in tres. Prima eſt, ꝙ
principium, & finis loquanẽ in debito diuerſarum ſpecierũ.
Secundò, ꝙ loquantur de eodẽ debito ab eodẽ: & idem. ſed
principium loquiẽ ante bienniũ: finis poſt. Tertiò, ꝙ loqua-
tur de eodẽ debito, partim non numerato. & de hoc loquitur
principium: & partim numerato: vt in fin. Iſta lect. prima eſt
bona: tamen in eo, quod ponitur in diuerſis pſonis, videẽ in-
cludere in ſe aliquã incõgruitatẽ. Ideo tene duas ſequẽ. ¶ Cõ
tra prædicta omnia. oppo. infra de rei vxo. actio. l. j. §. ſed nec
ob res. Sol. ibi in actione de dote: hic cõueniebatur alijs actio
nibus ſecũdum prædictas tres lectu. Alij legunt iſtã legem. ꝙ
mulier iſta, quæ diuerterat dotem repetebat. & iſta eſt magis
no. lectura. & tũc obſtat. d. §. ſed nec ob res. Et pro ſolutione
illius, ponuntur hic in gloſſa tres opiniones. Prima, ꝙ ibi lo-
quatur de retentione ob res amotas: ſed hic nõ opponebatur
iſto modo: ſed dicebaẽ non teneor tibi reſpõdere: donec mihi
reſpondeas in cauſa reconuentionis. Et tũc ſi in cauſa recon-
uentionis debitum apparebit, fiet cõpenſatio: eſt ergo aduer
tendum quomodo opponatur exceptio. vide gl. ¶ Et nota
3 bene † ex hac lege materiã reconuentionis & conuentionis, ꝙ
non debet prius pronuntiari ſup vna petitione, q̃ ſit cognitũ
ſuper alia: & ſi iudex ſecus faciat, poſſet appellari: vt. ff. quæ
ſententiæ ſine appellatione reſcin. l. j. in fin. no. in. l. qui prior.
4 ff. de iudicijs. ¶ Item † ſecundũ hanc lecturã eſt caſus, contra
quandam gl. poſitã in. l. j. ff. ſolu. mat. Vbi dicit, ꝙ cauſa dotis
eſt priuilegiata: quia in ea ſummariè agitur. ſi enim hoc eſſet
verum, non eſſet locus reconuentioni, cuius contrariũ hic di
citur. ſed ſuſtinendo potes dicere: ꝙ hic dicitur, ꝙ qui hic age
bat rerum amotarũ, paratus erat incontinenti probare. Tan
gam in. l. fi. j. eo. Secundo modo ſoluitur iſtud contrariũ nota
bilius videlicet ꝙ. l. prima. §. ſed nec ob res. j. de rei vxo. actio
ne. & in omnibus caſibus ibi poſitis, habet locum in dote, quę
verè numerata apparet. ſecus ſi nõ apparet numerata: ſed ela-
pſa ſunt tẽpora opponendæ exceptionis nõ nume. dotis. tũc
enim illa priuilegia nõ habent locum. & ſic põt opponi com
penſatio, & fieri reconuentio: vt hic. Vide gl. in. l. aſsiduis. C.
qui po. in pign. hab. ibi dũ dicit re ipſa &c. l. ſi qs poſt hac. in
5 prin. j. de bo. dam. & dicam in. d. l. aſsiduis. ¶ Itẽ opp. † ſpeciei
ad quantitatẽ non poteſt fieri cõpenſatio: vt. l. ſi cõuenerit. de
pig. act. quomodo ergo hic, pro rebus amotis, poterit fieri cõ
penſatio? Dicit gl. no. dic, quòd hic dos erat in pecunia. & il-
lud quod fuit amotũ cõſiſtebat numero, pondere, vel mẽſura:
vt pecunia frumentũ, & ſimilia. Vides hic quòd de pecunia
ad frumentum ſit cõpenſatio, ſecundum gl. Iaco. de Are. tan-
git in. l. diuortio. §. ob donationes. ff. ſol. ma. & dicit, ꝙ iſta gl.
nõ eſt vera. Breuiter teneas opiniones ibi poſitas. Et breuiter
puto, ꝙ Iac. dicat veritatem, per ea quę dixi vobis in. l. j. ſ. de
pig. act. vbi dixi, ꝙ fructus extenuant debitum, poſtq̃ ſunt
conſumpti donec extant, ſunt loco pignoris: vnde intelligas
hic frumentum cõſumptum fuiſſe: quanto tempore præſu-
6 matur conſumptum. ibi dixi. † Et prædicta ſunt vera, quan-
do plures ſunt debitores diuerſarum quãtitatum diuerſæ ma
teriæ: vt frumentum: pecunia: & ſimilia. Sed ſi vnus pecuniã
argenteam deberet, vel auream: alius deberet materiam argẽ
ti, vel auri ad pondus: tunc poſſet obijci compenſatio: vt. l. j.
§. fi. & l. titiæ amite. de auro & argen. leg.

SI ex venditione. Etiam in cauſa vẽ
ditionis, poteſt
obijci compenſatio. præter quàm in cauſa fiſci.
hoc dicit. &c.

SVMMARIVM.

1 *Compenſatio, ꝙ poßit opponi contra eum, qui petit legatum.*
2 *Compenſatio de fructibus ad pecuniam, quando ſunt cõſumpti, & ad æſtimationem redacti.*

SI propter fructus. Petenti legatũ,
obijcitur com-
penſatio. de debito occaſione fructuum percepto
1 rum. hoc dicit. ¶ † Nota. ꝙ petitio legati, non eſt
adeo priuilegiata, quin contra eam compenſatio obijciatur
2 ¶ † Secundò no. pro glo. quam habuiſti. ſ. l. neq;. ꝙ de fructi-
bus ad pecuniam fit compenſatio. Quod intellige, quando
fructus ſunt conſumpti, & ad æſtimationem redacti: vt patet
hic, dum dicit: mutuo debitæ quantitatis. & ſic hincinde quã
titas debebatur.

a ¶ Neq; ſcriptura. Alius frumentũ. quando admittaẽ cõpẽſatio de quãtitate fructuũ ad quãtitate pecũiæ, no. Bal. j. eo. l. fi. in vlt. col. & Innoc. in. c. ad nòſtra. de iureiur. Bald. in. l. pe. ſ. ti. j. & no. hic gl. ꝙ cõpenſatio, eſt quædã recõuẽ tio. no. Bal. in. l. j. ſ. de arbi. Adde qđ dixi poſt Bart. in authẽ. & cõſequẽter. in princi. j. de ſenten.

EIus. Vide glo. circa hoc. de procuratore in rem
ſuam &c. ¶ Quæro: quid econuerſo, an ei
poteſt obijci compẽſatio de eo, quod domino de
bet? Iſtam. q. format glo. in. l. ſi quis in rẽm. ff. de ꝓ
cu. & non ſoluit. dic, vt plenè no. per Dy. i. c. ſi quis in ius. de
regu. iur. lib. vij.

SVMMARIVM.

1 *Compenſatio, non obijcitur de eo, quod alteri debetur.*
2 *Compenſatio, ꝙ non opponitur procuratori in rem ſuam.*
3 *Compenſationis exceptio, ꝙ hodie reſpiciat maximè ipſam actionem.*
4 *Exceptio compenſationis, ꝙ ſit in rem.*

1 EIus. † De eo, quod alteri debetur, non obijcitur
compenſatio. h. d. Iſtud quod hic diciẽ, fal-
lit in glo. in caſibus ibi poſitis. Et ſic videtur caſus
hic: ꝙ cõdẽnatus nõ poſsit petere, ꝙ fiat cõpenſa-
tio: aliâs cõputatio eius quod alteri debeẽ per publicas apo-
diſſas, ſiue apochas: etiã illo volente. Quod intellige, niſi con
dẽnato fuerint ceſſa iura vel factus ſit procurator in rem ſuã:
vel ſit aliâs ex caſibus in glo. poſitis. ¶ Glo. in. l. ſeruũ quoq;.
2 §. fi. & l. ſeq. ff. de procu. quęrit. vtrum † procuratori in rem
ſuam poſsit obijci cõpenſatio: & nõ reſpõdet. & in. d. l. videẽ
caſus, ꝙ nõ poſsit obijci ſic inducẽdo: procurator in rem ſuã
nõ ex cauſa lucratiua, non tenetur defendere. in cã recõuen-
tionis, vt ibi. ergo nõ poteſt ei obijci cõpẽſatio. ita dicit doc.
iſtã cõſequentiã probo ſic: recõuentio fit vt perueniatur ad
cõpenſationẽ: vt. ſ. eo. l. neq;. & l. j. ff. rerum amota. ſi ergo pro
hibetur recõuentio, igitur cõpenſatio: & in hoc reſidet Mar.
ſil. ſed cõtrariũ determinat Ia. de are. & Pe. hic. & Dyn. in. c. ſi
quis in ius. extra de reg. iur. lib. vj. ratio vltramõ. eſt: quia exce
3 ptio † cõpenſationis, hodie maximè, reſpicit ipſam actionẽ:
vt. l. fi. j. eo. & inſti. de act. §. in bõę fidei. vnde oportet, ꝙ actio
4 iſta tranſeat ad aliũ cũ onere ſuo. Ratio. Dyn. eſt: † quia exce-
ptio cõpenſationis eſt in rem, quod apparet: quia fideiuſſori
cõpetit: vt hic videẽ no. cõiuncta. l. exceptiones. ff. de excep.
igitur proſequitur actionẽ quocũq; vadat. & ita ſemel cõſul-
tum fuit Bononiæ, ꝑ do. Iac. but. & multos alios aduocatos.
Non obſtat ratio præcedens: quia licet quis non teneaẽ quẽ
defendere: tamen patitur compenſationem. Nec eſt verum,
ꝙ ſemper fiat reconuentio ad finem compenſationis: imò fit
ad alios fines: vt dicam in authẽ. & cõſequẽter. j. de ſen. vnde
ſi quis vult opponere exceptionem compenſationis per mo
dum reconuentionis, debet audiri. Bar.

QVoniam liberum. Petenti pecu-
niam, obijcitur
compenſatio de debito poſt contracto. h. d.

i NVicem. Sicut ſolutio. ita cõpẽſatio pigno
ratitiam actionem ĩducit. hoc dicit.

s I tutores. In ſubſidium cõuenti, põt obijci cõ
penſatio pupilli. hoc dicit.

SI velut. Vbi compenſatio non tenuit, pacti de
biti integra petitio permanet . hoc
licit.

a COmpenſationes.[a] Debiti liquidi
ad liquidum, po
teſt obijci compenſatio:ſi requirit altiorem inda-
ginem,debet in alio iudicio reſeruari:excepta cau
ſa depoſiti,& inuaſionis poſſeſsionum.hoc dicit.¶Not.tex.
ibi:reſeruent.Pro iſtis refutationibus, quæ quotidie fiunt in
iudicijs.Modo veniret tractanda materia de compenſationi-
b bus:ſed tempus non patitur[b].

SVMMARIVM.

1 *Compenſatio de quibus rebus opponatur?*
2 *Debitum officio iudicis,ꝗ poßit deduci in compenſationem.*
3 *Fideiuſſor ꝗ accedat debito officio iudicis.*
4 *Debitum quando dicatur requirere altiorem indaginem?& nume.8.an ſit arbitrium.*
5 *Compenſatio de debito non liquido ad debitum,per confeßionem partis in iudicio,quando opponatur?*
6 *Compenſatio ad debitum liquidum per teſtes,uel inſtrumenta, ad debitum non liquidum,quando fieri poßit?*
7 *Compenſatio,ꝗ opponatur contra executionem , & quando.*
8 *Hodie conſtat:hodie agatur:qualiter intelligatur?*
9 *Compenſatio,ꝗ non habeat locum in depoſito.*
10 *Reconuentio,ꝗ non habeat locũ,quando agitur actione depoſiti.*
11 *Compenſatio,an habeat locum,ubi prohibetur reconuentio.*
12 *Recõuẽtio,ꝗ non habet locum in cauſa ſpolij:niſi ſuper ſimili ſpoliatione.*
13 *Actio præiudicialis tollit aliam,ut ſuper ea non procedatur , ſi intentatur antequam ſit confuſum in cauſa.*

COmpenſationes. In omnib⁹ actio
nibus . vbi hinc
inde quãtitas debetur,compenſatio poteſt obijci
debiti liquidi ad liquidum.fallit in actione depo-
ſiti,& in cauſa ſpoliationis.h.d.¶Primò ponit dictum. Se-
cundò limitat illud. Tertiò ponit practicam . Quartò ponit
duas exceptiones. Secunda ibi:ita tamẽ. Tertia ibi:hoc itaꝗ.
1 Quarta ibi:excepta.¶†Quæro primò, de qbus debitis poſ-
ſit obijci cõpenſatio?gl.j.declarat illud optimè. Primò enim
oportet ꝙ hincinde quantitas debeať,vel genus:ita ꝙ in ſuo
genere functionẽ recipiant.ita videtur ſentire glo. in prin.&
in fi.Itẽ oportet,ꝙ debitũ de quo opponitur cõpenſatio, ſit
debitũ ciuiliter,& naturaliter:& ꝙ nulla obſtet exceptio:vt
ff.e.l.quæcũꝗ.vel ſit debitũ naturaliter tm̃ . Et cui ius ciuile
nõ cõtradicat:vt dixi.l.ex cã.ſ̈.eo.Idẽ ſi eſſet debitũ ciuiliter
tm̃,cui nulla obſtaret exceptio:aliâs ſecus:vt.l.iij.§.j.ff.de cõ
ſti.pe.Facit quod dixi vobis.ſ̈.ti.j.l.pe.¶Circa hoc dubitať
de iſto tex.qui dicit de actione in rẽ:ergo videť,ꝙ licet hinc-
inde nõ debeať quãtitas,põt obijci cõpenſatio.Dicit glo.ego
credo,ꝙ ſi ꝑ actionẽ in rem petereť quãtitas:vt ſpecies : non
poſſet obijci cõpenſatio:vt.l.ſi creditor.§.j.ff.de pe.& quod
hic diciť,intellige qñ deueniť ad æſtimationẽ, ꝓpter fructus,
vel qa res perempta:vel ꝓpter aliud intereſſe. ¶Circa hoc,
quod gl.dicit,ꝙ qñ pecunia petitur,vt ſpecies:nõ põt obijci
cõpenſatio.videť notari cõtrariũ in.l.fi.ſ̈.cõmo.&.l.ſi credi-
tor.§.j.quã gl.allegat,nil facit.Nã ideo ibi non põt cõpenſa-
ri:quia non eſt liquidum, Neſcitur enim quatenus vires pe-
culij,patianť.ſed ſi eſſet liquidum:tunc ſecus ſecũdum vltra-
montanos.dixi in.l.fi.ſ̈.cõmo.plenius in.l.cum fundus.§.j.ſi
2 cer.pe.¶Secundò no.ex hac gl.† ꝙ eius,quod debetur, offi
cio iudicis poteſt obijci compenſatio.quod patet, quãdo de
debito ſpeciei peruenitur ad ęſtimationem,per iudicis offi-
cium.glo.tua notabiliter dicit,ꝙ hoc facit,ꝙ debitum ex offi
cio iudicis poteſt nouari:vt.l.& vno.ff.de accept.in.§.j.& in
ſtitu.quibus modis tol.obligatio.§.præterea.Item tali debi-
to officio iudicis poteſt accedere fideiuſſor : vt.l.cum quis.
§.ſi quis pro reo,ff.de ſo.&.l.centum Capuæ.ff.de eo, quod
3 certo loco.&.ff.loca.l.quæro.¶Extra glo.quæro,† quando
ex vna parte debeatur quantitas ſimpliciter, ex alia debea-
tur quantitas,vel ſpecies alternatiuè.vtrum poſsit obijci cõ-
penſatio?Breuiter tex.habes,ꝙ ſic,non ſimpliciter. Solu.ſed
ꝙ altera pars cogitur eligere,ꝙ vellet dare,& ſi elegerit dare
quantitatem:tunc admittetur compenſatio:vt.j. ſi maior fa-
ctus.l.j.ff.e.ſi debeas.Facit.ff.de fur.l.ſi ſeruus.§.j.& ibi plenè
dixi.¶Quæro.dicitur hic ipſo iure,quomodo intelligiť hoc
dic vt in.l.ſi conſtat.ſ̈.eo.¶Quęro,dicitur hic, ꝙ poteſt obij
ci compenſatio de debito:quòd non requirit altiorem inda-
4 ginem:† quando dicitur altiorem indaginem requirere?qui-
dam dicũt,ſi nõ poteſt probari intra duos mẽſes:vt.l. aufer-
tur.§.qui cõpenſationẽ.ff.de iure fiſci. Alij dicunt hoc eſſe ar
bitrio iudicis relinquẽdum:vt hic videtur tex.de hoc : & gl.
5 & doc.videntur in hoc reſidere.¶†Dic tu breuiter,quãdoꝗ
debitum,contra quod opponitur compẽſatio, eſt liquidum
c per confeſsionem partis in iudicio[c] facta:& tunc põt ei obijci
cõpenſatio de alio debito etiã nõ liquido.& debet pars ęqua
nimiter ſuſtinere: donec liquideť,cũ eum a probatione rele-
uauerit:vt.l.cũ qui.in prin.ff.de iureiur.Hoc notabiliter di-
cit glo.ij.parua hic.& in.l.nemo ex his.de regu.iur. in prima
6 gl.mag.Quadoꝗ debitum primũ eſt liquidũ † ꝑ probationẽ
vt puta ꝑ teſtes,vel inſtrumẽta:tunc ſi opponať cõpẽſatio de
debito nõ liquido:hic eſt aduertendũ.quod cõpenſare eſt ſol
uere:vt.l.inuicem.ſ̈.eo.&.l.amplius.rem ratã hab. Aut ergo
illi debitori cõuicto,daretur aliquis terminus ad ſoluendũ:
& intra illum terminũ põt liquidare cõpenſationẽ, quã obij
cit.Ita loquitur.l.auferť.§.qui cõpenſationẽ.ff.de iure fiſ.vbi
admittitur liquidatio,intra duos mẽſes:quia tantũ tẽpus ſibi
daretur ad ſoluẽdũ:vt.l.debitoribus,ff.de re iudi.&.l. in frau
dem.§.fiſcalibus.ff.de iure fiſci.Sed vbi ad ſoluendũ nullum
tẽpus daretur:tunc nullo modo cõpenſatio admittereť, quæ
requirat aliqualẽ indaginẽ:& ꝗ̃uis proteſtetur, ꝙ interim in
cã nulla fiat nouitas,cõtra eũ talis proteſtatio nõ releuat: qa
ſi ſibi nõ daretur dilatio vlla ad ſoluendũ:multominus ad li-
7 quidandum debitũ,¶†Sed cõtra hoc videť.ſ̈.e.l.ex cauſa.in
fi.vbi contra executionem obijcitur cõpenſatio. Solu. dicas
ꝙ in executione eſt adhibenda aliqualis cauſæ cognitio: vt.l.
à diuo pio.§.in venditione.ff.de re iudic.& ideo ſi intra illud
tps intra ꝙ expediretur illa cauſæ cognitio: vellet oppone-
re cõpenſationem,& debitum liquidare audiretur.d.l.ex cã.
8 & illud eſt,quod dicitur † hodie cõſtat:hodie agatur: hoc eſt
intra tantum tẽpus,intra quantum tu probabis illud modi-
cũ,quod habes probare in executione:intra tantum oppo-
nam exceptionẽ meã:vt.l.ſi is à quo.in prin.ff. vt in poſ.leg.
¶Itẽ obijciť de iſto tex.qa videtur hoc reponere in arbitrio
iudicis. Ad hoc rñdeo,& dico,ꝙ quãdo exceptio cõpenſa-
tionis opponitur ante ſentẽtiam:tunc nõ habet locum regu-
la præcedens,ſi daretur tibi terminus ad ſoluendum, vel nõ.
ſed eſt in arbitrio iudicis,vt vel eam admittat: vel eam reſer-
uet,ad hoc,vt ſententia ſuper prima cauſa nõ impediatur ita
loquitur hic:fateor tamẽ,ꝙ ſi aliquid reſtat de cognitiõe ſuꝑ
cauſa:& pars offerat ſe liquidaturã cõpenſationẽ intra illud
tẽpus,quo illa cognitio expediretur:iudex debet eam audi-
re:aliâs grauaret eum ꝑ ea,quæ dixi . ¶Ex prædictis habes
tria:qñꝗ obijcitur cõpẽſatio poſt ſñiam,& poſt expeditam
omnẽ cognitionẽ,ſuꝑ executione.Quãdoꝗ opponitur cõ-
penſatio poſt ſñiam:qñq; ante ſñiam : vt ex prædictis patet.
¶Veniamus ad quartam partem huius leg.ſcilicet ad verſi-
culum,excepta,vbi ponuntur duæ exceptiones. Prima eſt,
9 † quòd fallit in depoſito.Cõtra.ſ̈.cõmo.l.fi.Sol. dicit glo. ibi
non loquitur de compenſatione,ſed de retentione: quaſi di-
cat,ibi hincinde non debebatur res,quę res compenſari poſ-
ſet:hic ſic.¶Contra hoc op.ei qui dicit ſe ſpoliatum:non po
teſt obijci compenſatio:vt.j.proxi.ſed quando denegatur re
ſtitutio debiti,ſpoliatur creditor: ergo eodem modo non po
terit obijci compenſatio.Sol.credo,ꝙ ſi agetur condictione
ex.l.ſi quis condictio.j.loca.Non poſſet opponi compenſa-
tio agenti de cõmodato:ſicut nec agẽti de depoſito:quia quę
libet continet ſpoliationem.Sed ſi ageretur perſonali : tunc
actio depoſiti eſt priuilegiata,quod non eſt in actione com-
modati:vt hic. ¶Quæro vtrum hoc ſit verum , ſiue agatur
depoſiti directa,ſiue cõtraria:hic ſunt opiniones.videbitis.j.
depoſi.l.fi.vbi hoc declaratur.¶Item ex hac lege dicunt do
10 ctores,ꝙ † quando agitur depoſiti , non eſt locus reconuen-
tioni.Per hanc leg.ita tenet Spe.in materia recõuentionis. &
ego dicam in authen.& conſequenter.j.de ſen. aliâs quomo-
do,& quãdo iudex.¶Et aduerte,vt intelligas:licet illa regu
11 la non ſit vera:† quòd vbicũq; recõuentio[d] prohibetur : ibi
d prohibetur compenſatio:vt dixi.ſ̈.eo.l.neq;. Regula contra-
ria,tamen eſt vera:ꝙ vbicunq; prohibetur compenſatio,quã
do debitum eſt hincinde compenſabile:tunc prohibetur re-
conuentio.Et vide rationem:quia debitum liquidum nõ im-
pedit exactionem alterius debiti liquidi,vel non liquidi:vel
multo magis debitum non liquidum,quod non proponere-
tur per modum recõuentionis:deficit primum iudicium. Et
aduerte illud,quòd dico,ꝙ non eſt locus recõuentioni.intel-
lige,vt ſic procedatur in vtraq; cauſa pariter:& nõ ſententia-
tur prius in vna cauſa,ꝗ̃ in alia:ſecundũ neceſsitatẽ recõuen
tionis:vt vidiſtis in.l.neq;.ſ̈.eod.ſecus ſi vellem aliquẽ recõ-
uenire : ita ꝙ per meum proceſſum nõ impediretur primũ.
Hoc non reperitur prohibitum:cur ergo nõ ꝑmiſſum.Bar.

Poſseſsionem. Hic dicitur,ꝙ ſpoliato non po
teſt obijci compenſatio . quod
intelligit

a ¶Cõpenſationes. Et adde Bart.in.l. cõpenſati.ff.eo.& no.in.l.bõa fides. ff.depo. nota hãc. l.qa compenſatio debet opponi per modũ exceptiõis: ſecus ſi ꝑ modũ cõ uẽtionis.l. cũ Papinianus. & in authẽ.ibi poſita.j.de ſen.& de rõne huius.l.in fi.ꝑ Bar.in l.cũ his.in fi.de cõdi.inde.

b ¶Patiť. Vide bal. in.l.pe.j.depoſiti.

c ¶Per cõfeſsionem partis in iudicio. Adde Cyn.hic:& Panor.in.c.fi. col. pe. extra depoſi. & hoc idẽ ſeqtur. do.meus.d.Franc. Pep. in.l. cũ fundus.§.ſeruitutũ.ff. ſi cer.pe.Et datur cautela reo: vt qñ aliqd habere ꝑten dit ab actore:ꝙ cõ fiteatur debitũ,& obijciat cõpenſationẽ eius crediti, etiã nõ liqdi:quia ꝓcedet cõpẽſatio. & hanc eandẽ cautè, ponit etiã Cepo.verò.in caute. ſuis nu.84. incipi. Tu ſcis ꝙ vulgariter.& adde,ꝙ hãc deciſionẽ Bar. hic alle.& ſequitur.d. Iaſ. in.§.in bonæ fidei.col.xv.inſti. de actio. & ibi ſeqtur dicta Bar.ĩ hac diſtinctione.

d ¶Recõuentio . Et ꝙ ille, q reconuenit, nõ dicať cõpẽſare:adde Bal.in.l. cum Papinianus. j.de ſenten.

intelligit gl.de spoliato quocunq; modo. Et ex hoc dicunt ca
12 nonistæ,† q spoliatus nõ potest reconueniri,nisi super simili
spoliatione,hoc est etiam quod dicit,q spoliatus ante omnia
restituendus est:vt.j.ad leg.Iul.de vi.l.si quis ad se fundũ.hoc
est,nõ potest alia actione iterũ reconueniri, secundũ canoni-
stas:licet glo.in.l.si qs ad se fundũ.aliter intelligat.¶ Vltimò
13 no.ex isto† tex.in ver.satis enim.q illud,quod dicit proposi-
ta vna actione præiudiciali,debere sileri super alia. Verũ est.
si proponat ante,q̃ sit in causa cõclusum.& hoc est,quod di-
citur,q prius debet cognosci,& pronũtiari sup possessorio,
q̃ super petitorio:vt,l.incerti.j.de interdic.& intelligẽdũ est,
si possessorium fuerit propositũ ante,q̃ probationes fuerint
factę in petitorio.Ita dicũt canonistæ,extra de rescrip.in.c.su
per literis.de cau.pos.& proprie.c.pastoralis.vbi ipsi habent
casum.quod tene menti.¶ Vltimo gl.hic ponit casus,in qui-
bus non potest obijci compensatio.vide eam & signa.Barto.

De usuris. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Promittendi uerbum prolatum à teste,non intelligitur per stipulationem: nisi probetur interrogationem præcessisse:secus per scripturã. & ibi rationem uide nu.7.& nu.15.*
2 *Testis,debet deponere,& reddere rationem per sensum corporeum.*
3 *Stipulatio est quid iuris.*
4 *Testis dicens quẽ promisisse per stipulationem,iudicat,& non testificatur.*
5 *Solennitatem alleganti,incumbit onus probandi.*
6 *Solennitas,quando præsumatur,q interuenerit.& nu.8.*
9 *Solennitas intrinseca cur præsumatur,sed extrinseca non?*
10 *Instrumẽto uenditionis facto in quo continetur,q Titius uendidit fundum: sed non dicitur de pretio,an ex eo agi possit?*
Instrumentum uenditionis repertũ in protocollis notarij sine pretio, non potest publicari.
11 *Testes nunquid præsumantur rogati:remissiuè.*
12 *Notarius præsumitur rogatus.*
13 *Instrumentum scriptum à notario,sed non publicatum coram testibus,non præsumitur instrumentum.*
14 *Sententia,si dicit uiso libello,& an præsumatur pro processu,q non.*
16 *Verbum rectè,denotat iustitiam.sed ritè,ordinem.*

SI interrogatione. Hic est bo-
nus casus,qñ
stipulatio probat per testes,debet probari in-
terrogationẽ præcessisse,& responsionẽ secu-
a tam esse.h.d.¶ Opp.insti.de fideiusso.[a] §.fi.ff.
de ver.obli.l.sciendũ.j.de cõtrahen.stipu.l.j.Sol.aut verbum
promissionis,profert in instrumẽto,vel alia scriptura.& intel
1 ligitur solenniter cũ stipulatione:vt in cõtrario. Aut† profert
à teste:[g] tũc non intelligitur,p stipulationẽ,nisi expressè pro
betur interrogationẽ pręcessisse.& respõsionẽ esse secutã.Ita
loquitur hęc lex & ita intelligit gl.licet Hug.cõtra gl.¶ Quę
est ratio huius?dicũt nostri doc.Mod.q ratio est:qa illi:q con
ficiunt instrumẽta,sunt periti.& non est verisimile, q faceret
notarius publicũ instrumentũ sine stipulatione, quæ pręsum
ptio cessat in testibus.Ista ratio displicet mihi.nã pone,quod
sit scriptura priuata ab homine imperito:vt à quodã merca-
tore:& tamen si ibi dicit promisit:intelligit p stipulationẽ: vt
b l.j.j.de cõtrahẽ.& cõmit.stipu.vel pone,testes[b] qui deponũt
esse aduocatos:certè nõ reperim⁹,q propter hoc debeat prę
sumi stipulatio.Rationẽ ergo vobis do aliã:vt aliâs dixi. Te-
2 stis debet† deponere,& reddere rationẽ p sensum coporeũ,di
xi vobis in.l.solã.s̃.de testi.&.l.testium,eo.tit.Modo stipula
3 tio† est quid iuris:quia est verborũ obligatio,quæ resultat ex
interrogatione,& responsione.Si ergo testis diceret expres-
se,promisit in instrumento per stipulationẽ,nõ cõcluderet di
ctum eius:quia stipulatio non videt neq; audit,sed intelligi-
tur.Vnde testis debet dicere:promisit præcedẽte interroga-
tione tali:& tũc iudex ex hoc colligit stipulationẽ. Nõ enim
pertinet ad testes iudicare:an sit stipulatio vel non:nã hoc ad
4 iudicem spectat. Et ideo,† quãdo testis dicit per stipulationẽ:
iudicat,non testificatur.sed ad iudicandũ non est adhibitus.
ideo nõ valeret eius testimoniũ.Sed in instrumento est aliud:
quia cũ conficiat de consensu partiũ,põt notarius illud,quod
est gestum scribere,per quæcunq; verba:vt sibi videtur quæ
c hoc importent:vt dixi plenè[c] in.l.sciendum.ff.de verbo.obli.

SI interrogatione. Ex stipulatione re
ctè facta possunt
5 vsurę peti:dũmodo aliâs probet.h.d.¶ No.q† qui
solennitatẽ allegat,eã probare debet.Simile in.l.q̃cunq;.§.fi.
ff.de publi.¶ Cõtra hoc opponit,& videt,q solẽnitas pręsu-
matur:vt insti.de fideiusso.§.fi.&.ff.de ver.ob.l.sciendũ.Sol,
6 dicit gl.Quãdoq;† præsumunt oĩa solenniter acta,vt in cõtra
rijs.Quãdoq; nõ,vt hic.Ista est truffa:vnde gl.trãsiuit ad aliã
solutionem:& facit differẽtiã inter instrumẽta,& testes:vt pri
mo casu præsumatur solẽnitas:secũdo nõ.¶ Sed cõtra prædi
ctam solutionẽ opp.de.l.in exercendis.s̃.de fide instru.Timo
re huius,dicit Hugolinus in cõtraria opinione,q idẽ sit in te
stibus,& instrumẽtis & assignat Rationẽ p.l.quoties.ff.de re-
bus dubijs.Hanc opinionẽ tenet Pe.& Cy.hic.Hoc addito,
7 † q hęc sit vera,vbi testes interrogant de causa sui dicti:& cer
tam & bonã causam reddãt:vt puta,si deponant sup stipula-
tione:& interrogati de causa scientiæ respõdeant se audiuisse
interrogationẽ præcedere,& respõsionẽ sequi.Certè:domini
ista opinio nõ videt vera.nã secundũ hoc nulla esset pręsum-
ptio:sed recta probatio.Vnde plus placet opinio Mar.de fa-
no.qui cõcordat vtranq; opinionẽ,p hunc modũ:q aut testis
dicit aliquã fuisse stipulationẽ:& tunc præsumit solẽnitas:eo
q verbũ stipulatio ex significatione ipsius,de necessitate in- a
cludit solẽnitatẽ.i.interrogationẽ pręcedere,& rñsionẽ sequi.
d Aut testis deponit aliquẽ promisisse:[d] & tunc,aut testis est iu
risperitus:& sub hoc verbo promissio,à tali teste prolata,cõ
tinetur stipulatio:sicut si proferret à notario in instrumẽto:
propter identitatẽ ratiõis:& ita intelligit opi.Io.hic positã.si
verò nõ est iurisperit⁹,videt testis deponere de nuda promis-
sione.nã verbũ promitto posset adaptari ad stipulationẽ,&
nudam promissionẽ:vt in.l.sciendũ.§.dictum.ff.de ędi.edic.
8 ¶ † Sed cõtra prędicta op.ff.de pac.l.iurisgẽtiũ.§.q ferè.Sol.
in instrumẽtis pręsumit,vt.s̃.dixi probari tamẽ põt cõtrariũ:
vt ibi probat.Sed tñ cõtra p̃dicta op.de.l.quęcũq;.in fi.de pu
bli.sol.ibi loquit de solẽnitate extrinseca,vt no.p Dy.ĩ.l.scien
dum.ff.de ver.obli.¶ Itẽ op.& videt,q in instrumẽtis nõ prę b
sumatur solẽnitas:vt.s̃.de edẽdo.aut.si qs in aliquo.Sol.ibi lo
quit de solẽnitate,q̃ respicit ipsum principale ĩ specie. ¶ Sed
contra prędicta oĩa opp.& videt,q etiã intrinseca solẽnitas,
nullo modo pręsumat:vt insti.de cõtrahẽ.emp.§.pretiũ.Sol.
debetis scire:q est quædã solẽnitas formalis,quæ dat esse rei:
vt puta in stipulatione interrogatio,& rñsio:in emptione &
venditione cõsensus.& de hoc.s̃.dixi.Quędã est solẽnitas ma-
terialis,& de hac loquit cõtrariũ.Vnde pro declaratione ho
rum,si quęras nunqd solẽnitas præsumat?gl.dicit,aut loqui-
mur de solẽnitate formali,aut materiali. Et primo casu,aut lo
quimur de intrinseca:aut de extrinseca. Si de intrinseca:aut
de ea,quã significatio verbi includit de necessitate:& ista sem
per pręsumit.d.l.sciendũ.de ver.ob.&.d.§.fi.insti.de fideius.
Aut de ea,quã significatio verbi nõ includit:& tunc recurrit
ad gl.nostrã,q̃ distinguit inter instrumenta & testes.si verò lo
quimur de extrinseca:& tũc dic,q hæc nõ præsumit:vt.l.quę-
cunq;.§.fi.de publi.Vel dic,q si loquimur in instrumẽto:aut c
fuit possibile illã tũc interuenisse in instrumẽto solẽnitatẽ:&
tũc præsumit.Ita intelligit aut.si qs in aliquo.s̃.de edendo.Si
verò querimus de solẽnitate materiali:dic,q nunq̃ pręsumit.
ita loquit.d.§.pretiũ.Et est ratio hui⁹:qa solẽnitas materialis,
puta pretiũ,in emptione nõ est vniformis:ideo nõ pręsumit:
sed solennitas formalis semp est vniformis:ideo pręsumitur.
9 ¶ † Quęro:quæ est ratio,q intrinseca pręsumit extrinseca.nõ
secũdũ distinctionẽ,quã.s̃.dixi:Rñdeo:qa solẽnitas extrinse-
ca denotat factũ,& ad positionẽ vnius facti,non sequit aliud.
quia nõ probat hoc esse &c.l.nõ hoc.C.vnde legi.l.neq; nata
les.s̃.de pba.Sed solẽnitas intrinseca denotat ius:& ideo po-
nendo vnũ factũ,bene põt sequi cõclusio:q ibi fuit solẽnitas
iuris:nisi probet abesse:vt in.l.ab ea parte.ff.de proba. ¶ Ex
10 prædictis potes arguere ad multas q̃stiones.Primò pone,† q
continet in instrumẽto,q Titius vẽdidit tibi fundũ:nõ dicit d
de pretio aliqd.Potes ne agere ex illo instrumẽto?certè nõ:qa
pretiũ nõ præsumit,cũ sit solennitas materialis:& nõ sit vni-
formis.Eodẽ modo,si in prothocolo tabellionis,reperiret in-
strumentũ venditionis,nõ faciés mentionẽ de pretio.illud in
11 strumentũ nõ põt publicari.¶ † Itẽ potes arguere ad quęstio
nem vulgaré:nunqd testes pręsumant rogati:dic vt no.p Dy.
in.d.l.sciendũ.de ver.obli.& ibi dixi.¶ † Sed qd de notario?
12 glo.est in aut.de tabellio.§.j.col.iiij.quę determinat,q pręsu-
matur rogatus:vt instit.de inutilibus stipu.§.si scriptum.Sed
13 iuxta pręd icta quęro:† pone,notarius rogatus scripsit:sed nõ
legit instrumẽtum corã testibus:pręsumet ne illud instrumen
14 tum?dico q nõ:vt.l.fideicõmis.§.j.ff.de leg.iij.Itẽ potes† ar-
guere ad aliud.Dicit iudex in sententia:nos talis viso libello
exce.lit.contest.sacramẽto calumniæ:talẽ proferimus sñiam:
nec apparet de processu:nunqd pręsumat processus rectè fa-
ctus?Decretistæ cõmuniter tenẽt,quod nõ:vt in.c.quoniã cõ-
tra falsam.de proba.dic vt ibi.& vide Cy.in.l.emãcipatione.
15 s̃.de fide instrumen.¶ † Sed iuxta prædicta quæro:dicit glos.
q in instrumentis præsumitur solẽnitas, & dicit de publicis.

a ¶ Opp.insti.de fi-
deius.Adde Bart.
& doct.in.l.scien-
dũ.ff.de ver.obli.
vide ibi omnino
Alex.in.ij.char.&
no.Barto.ibi, q si
notarius dicit pe-
ritus literarum,&
mercator imperi-
tus. Adde Bart.in
aut.sed nouo iure.
s̃.si cer.pet.

b ¶ Testes.Quod di
citur hic, de testi-
bus adde gl.no.&
quod ibi Bar.in.l.
q si nepotes.de te
sta.tu.& fa.quid si
testis dicat:vidi ta
lem pręscripsisse.
de quo Bal.ĩ.l.iij.
s̃.de testibus.con-
cludit dictũ testis
nõ valere,dixerit.
Bar.quicquid vo-
luerit in tractatu
de teste. Ad quod
tu vide Imo.in.c.
cũ causam.de test.

c ¶ Dixi plenè.vi-
de quod no.Bald.
in.l.si ex pretio.s̃.
si cer.pet.vbi vo-
luit,q intelligitur
semp solennis sti-
pulatio, nõ pactũ
nudum. Et adde
quod no.Bar.in.l.
lecta.si cer.pet.&
quę ibi dixi: & li-
mita, vt dixi post
Bart.p.l.j.cũ gl.&
ibi Cy.& Bar.j.de
dot.promis.

d ¶ Aliquẽ promis-
se.adde:& vide cir
ca hoc eundẽ Bar.
& doc.in.d.l.scien
dũ. & vltra ibi di
cta adde, q dicit
Pau.de ca.in cõsi.
ccccxxx.in.ij.pte
cõsiliorũ antiquo
rũ Papię,impres-
sorum,inci.in cau
sa.Syluestri.colũ.
iij.vbi quod ver-
bũ promitto in tę
ste, importat p sti
pulationẽ, quãdo
ille contra quem
deponunt fuit cir
ca alia conuictus
de mendacio.

quęro qd de priuatis: nũqd verbũ ꝓmiſsio, cõtinebit ſtipula
tionẽ? tex. cũ gl. vr̃ dicere, ꝙ ſic. j. de cõtrahẽ. & comit. ſtip. l. j.
vide, ꝙ no. in. l. tutor. §. ab Aulo. ff. e. ¶ Iuxta prędicta quęro:
qa tex. hic dicit rectè facta: qualiter intelligat̃ rectè facta? gl. di
cit, ꝙ dẽt intelligi, vt ĩnuat vſuras licitas eſſe, deductas in ſti-
16 pulatiõe. ſecũdũ formã. l. eos. j. e. ¶ Ex hac † gl. hẽs notare, ꝙ
a verbũ rectè, [a] denotat iuſtitiã: ſed ritè, ordinẽ iuris: vt. l. ij. ff. de
ĩof. teſt. ſed quęro: qd velit dicere iure opti. dic vt ĩ gl. fi. Bar.

b VSuras. [b] Emptor q̃ ꝑcipit fructus rei emptæ, te
netur ad vſuras ꝑtij, ẽt depoſiti, nõ legiti
mè. h. d. ¶ Iſtæ vſuræ ſunt ẽt licitæ, de iure canonico
quia magis tanq̃ intereſſe petuntur, q̃ quaſi vſura. Ita tenet
hic gl. & j. de ac. emp. l. curabit. vbi glo. hoc etiam tenet &c.

SVMMARIVM.

1 *Emptor deponendo prætium, quando teneatur ad uſuras?*
2 *Vſuræ an poſsint peti de iure canonico, per uenditorem, propter pretium non ſolutum.*

VSuras. Emptor, cui res eſt tradita pretiũ nõ ſol-
uens. tenet̃ ad vſuras ex tp̃e traditiõis cõ
tra imò vr̃ ꝙ à tp̃e contractus: qa ex illo tp̃e põt fru-
ctus ꝑcipere: vt in. l. fructus. de act. empt. ſol. dicit gl. & bñ: ꝙ
c vẽditor nõ põt opponere hoc emptori, cũ rẽ nõ tradidit. [c] ſe
cundũ regulã, quã habetis in. l. cũ in fũdo. §. j. ff. de iure dot.
1 ¶ Itẽ op. dicit̃ hic, † ꝙ licet emptor depoſuerit pecuniã, ꝙ te
net̃ ad vſuras. cõtra imò vr̃ liberat⁹: vt. l. acceptã. j. eo. glo. dat
tres ſol. Breuiter illa vr̃ vera: ꝙ hic nõ dicit̃ liberat⁹: qa pretiũ
nõ obtulit vẽditori: licet illud depoſuerit: dicã ĩ. d. l. acceptã.
2 ¶ Itẽ ꝑ declaratiõe huius legis quęro: † nunqd vſurę poſsint
peti iſto caſu de iure canonico? gl. dicit ꝙ ſic. ſimile in. l. cura-
bit. j. de actio. empt. & in. l. ſocium, qui in eo. ff. pro ſoc. & in
l. j. s. de ſumma tri. & fide catho. Et alius caſus eſt in quo vſu-
ræ ſunt licitæ. l. in inſulam. §. vſuras. ff. ſolu. mat. & no. in. c. ſa
lubriter. extra de vſuris. quod bene no. Bar.

QVamuis. Vſuræ non debentur ciuiliter. niſi
ex ſtipulatione: ex pacto nudo de
bentur naturaliter. h. d.

SVMMARIVM.

1 *Vſuræ quando ex nudo pacto ſolui poſsint.*
2 *Pactum nudum incontinenti appoſitum, q̃ non periat actionem.*
3 *Vſuræ in cõtractibus bõæ fidei, ueniũt ex mora: & ideo ſine pacto debẽtur.*
4 *Vſuræ ſolutæ, quando imputantur in ſortem.*

QVauis. Vſuræ ex nudo pacto: nõ pñt peti: &
ſolutæ nõ repetunt̃: nec in ſortẽ impu
1 tant̃. h. d. ¶ Op. † vr̃, ꝙ ẽt ex nudo pacto poſsint pe-
ti: vt in. l. frumẽti. j. eo. ſol. differẽtia eſt, vtrũ mutuet̃ pecunia
numerata ſtrictè ſumpto vocabulo: vt hic. an alia q̃titas vt in
cõtrario. ¶ Sed cõtra hãc ſol. op. & vr̃. ꝙ etiã ex nudo pacto
in pecunia numerata debeant̃ vſurę: vt in. l. ẽt. ff. eo. ſol. ſpãle
ibi in ciuitate. ¶ Itẽ op. de. l. piculi. ff. de nauti. fœ. ſol. ibi ſpe-
ciale: & rõnẽ ſpãlitatis dic, vt ibi. ¶ Itẽ op. & vr̃, ꝙ debeat di
ſtingui: vtrũ pactũ ſit incõtinẽti appoſitum an nõ? vt primò
poſsint peti vſuræ: ſecũdò nõ: vt in. l. in bonę fidei. s. de pac. l.
lecta. ff. ſi cer. pe. l. iuriſgẽtiũ. §. qnimo. ff. de pac. ſol. dicit glo.
2 & bñ, ꝙ ſpãle eſt in vſuris earũ. dico, † ꝙ pactũ nudũ nõ pa-
riat actionẽ, ẽt incõtinẽti appoſitũ. & idẽ in pręſentia. hic eſt
tex. cũ gl. in. l. ſeruus ea lege. ff. de ſer. expor. ¶ Itẽ opp. & vr̃,
ꝙ etiã ſine pacto poſsint peti vſuræ. vt in. l. publia. in fi. ff. de
3 po. & mãd. l. q negocia. ſol. † cõtraria loquunt̃ in cõtractibus
bõę fidei, in qbus veniũt vſurę ſine pacto ex mora: vnde vſu-
ræ, qñq; debent̃ ex mora ꝓpter morã. qñq; ex ſtipulatiõe ꝓ
pter ſtipulationẽ. qñq; ex ſtipulatione ꝓpter morã. de quo
4 dic, vt no. in. l. lecta. ꝑ gl. & doc. ff. ſi cer. pe. ¶ Itẽ op. † & di-
citur, ꝙ vſuræ ſolutæ nõ ĩputant̃ in ſortẽ. cõtra de. l. in his. §.
pe. ff. de ſol. Sol. qñq; vſuræ ſoluunt̃ tãq̃ vſurę: & hoc ex pri-
mit̃ à debitore ſoluẽte. & loq̃t̃ lex noſtra. qñq; ſimpl̃r ſoluũ-
tur: & hẽt locũ lex cõtraria. qa ĩputant̃ in ſortẽ. ¶ Itẽ op. j. e.
l. ſi vſuras. Sol. ibi vſuræ debent̃ ẽt ciuiliter. vel dic, vt ibi no.

PEr retentionem. Hæc eſt bona lex.
Pignora poſſunt re
tineri pro vſuris naturaliter tm̃ debitis. Item quæ di
d cta ſunt in prędecẽtibus, [d] & in ſequẽtibus factis ex interual-
lo repetita intelligũtur. h. d. Tene menti. & de hoc vide in. l.
Titia. §. idem reſpondi. de verb. oblig. &c.

SVMMARIVM.

1 *Dicta in præcedentibus, propter odium non cenſentur repetita in ſequentibus, & quando cenſeantur repetita? nu. 3.*
2 *Statuto exſtante, q̃ contra magnates, ad executionem pœnarũ poteſtas procedat capiendo ꝑſonaliter, domos diſcooperiendo: & in defectum ad membri mutilationẽ ſi ſibi uideatur, & quòd ad dictarum pœnarum conſortes uſq; ad quartum gradũ teneantur: quod tamen uſq; ad quartum gradum tales conſortes non teneãtur ad membri mutilationem.*
4 *Clauſula, quando ponitur in medio plurium capitulorum, trahitur ad omnia, ſi non eſt ratio, q̃ magis ad unum, quam ad aliud.*

PEr retentionem. Pignus põt retineri
ꝓ vſuris: ẽt nudo pa
cto debitis. Itẽ obligatio pignoris nõ videt̃ repetita
in ſequẽti ꝓmiſsione vſurarũ. h. d. Primò ponit vnũ dictum
1 in genere. Secũdò infert ad ſpeciẽ. ſecũda ibi: ſi em̃. ¶ No. † ꝙ
dicta in p̃cedẽtibus, ꝓpter odiũ nõ intelligunt̃ repetita in ſe
quẽtibus. Cõtra hoc opp. de. §. pe. inſti. ad leg. aquil. & l. titia.
§. idẽ rñdi. de ver. obli. & ff. de pac. l. item qa. in fi. gl. dat duas
ſolutiones: dic vt in prima. nobilior ſolutio eſt, ꝙ repetitio
2 de prędecẽtibus ꝓpter odium eſt euitãda. ¶ † Et põt valere
ad quęſtionẽ, Pone ſtatuto cauet̃ ꝙ cõtra magnates ad execu
tionẽ pœnarũ Poteſtas teneat̃ ꝓcedere ꝑſonaliter capiendo
domos diſcooperiẽdo: & in defectũ ad mẽbri mutilationẽ ſi
ſibi videt̃: poſteà ſequit̃ in ſtatuto, & ad ſolutionẽ pœnarũ di
ctarũ pñt cogi cõſortes, vſq; ad quartũ gradũ: nũqd cõtra cõ
ſortes nõ ſoluẽtes poſsit ꝓcedi ad mẽbri mutilationẽ? certè
nõ: & repetitio. d. clauſulę nõ dẽt fieri ꝓpter odiũ euitandũ:
vt nõ cõueniat̃ ex facto alterius. ¶ Aliã ſolutionẽ dat gl. ſ. ꝙ
iura cõtraria loquunt̃, qñ ſequẽtia ſequunt̃ incõtinenti: ſecus
ſi ex interuallo: vt hic. ¶ Itẽ op. de. l. talis ſcriptura. ff. de le. j.
dic, vt ibi ex verbis teſtatoris cõprehẽdit̃ teſtatorẽ habuiſſe
reſpectũ, tã ad p̃cedẽtia, q̃ ad ſequẽtia: & ideo hẽt locũ repe
titio. Vel ꝙ ibi ẽt incõtinẽti ſequẽtia fuerũt appoſita. ¶ Sed
cõtra primã ſolutionẽ op. de. l. licet. de le. j. Sol. ibi ex cõiectu
ra apparet cõtrariũ teſtatorẽ voluiſſe. ¶ Itẽ op. de. l. iij. §. itẽ ſi
3 ipſe. ff. ſi cui pluſq̃ p. l. fal. Sol. † qñ ſequẽtia ſunt p ſe oĩno ſe
parata à p̃cedẽtibus: & de p̃cedẽtibus ad ſequẽtia nõ fit repe
titio: ſecus ſi nõ eſſent oĩno ſepata. & ita habẽt locũ q. s. dixi.
¶ Pro quorũ declaratiõe collige vnũ verbũ, ꝙ qñq; p̃ceden-
tia & ſequẽtia hñt ſe, vt oĩno ſepata: & nõ fit repetitio, vt mo
do dixi. & ꝓbat̃. in. d. §. itẽ ſi ipſe. Qñq; nõ ſunt oĩno ſepata:
& tũc aut ſi repetitio fieret ampliaret̃ odiũ: & tũc aut ſequẽ-
tia ſunt appoſita ex interuallo: & nõ fit repetitio ſecundũ ſe
cundã ſolutionẽ hic poſitã. ſi incõtinẽti, tũc regulariter repe
titio p̃cedẽtiũ fit in ſeq. vt. d. l. talis ſcriptura. & d. l. itẽ qa. in
fi, Fallit vbi repetitio vitiat actũ. d. l. titia. §. itẽ rñdi. ff. de ver.
obli. Fallit vbi appet voluiſſe teſtatorẽ aliter, vel legiſlatorẽ.
d. l. licet. de leg. j. ¶ Sed cõtra prędicta op. de. l. q cõcubinã. §.
cũ in teſtõ. ff. de le. iij. Sol. qñq; q̃rit̃, nũqd p̃cedẽtia ĩtelligant̃
repetita in ſequẽtib⁹? & hñt locũ ſupradicta. ¶ Qñq; quęrit̃,
vtrũ ſequẽtia trahant̃ ad p̃cedẽtia: & tũc aut prędecẽtia pñt
valere ſine repetiõe ſequẽtiũ: & tũc nõ fit repetitio. Ita loqui
tur. l. q cõcubinã. §. cũ in teſtamẽto. ff. de leg. iij. vel poſſes di-
4 cere: † ꝙ vbi clauſula ponitur in medio inter plura capitula:
& tunc trahitur ad omnia: ſi non eſt ratio: quare trahatur ad
vnum magis, q̃ ad aliud. arg. l. & ſi pepercerit. §. ante hęredis.
ff. de libe. & poſthu. & argu. l. j. de libe. præte. Si verò clauſu-
la apponatur in fi. ſi poteſt referri ad omnia ſine repugnan-
tia, ad omnia refertur: aliâs ad proxima tantum: vt in. l. ſi idẽ
cum eo. ff. de iuriſdi. om. iudi. in fi. dic, vt ibi per Iacob. but.
¶ Oppo. j. etiam ob chirographariam pe. l. j. ſolue vt in glo.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtrator ciuitatis, q̃ expreſsè non poſsit remittere uſuras: ſed tacitè ſic recipiendo minores.*
2 *Adminiſtrator ciuitatis, quando poſsit præiudicare ciuitati.*
Conſilium ciuitatis, quòd habeat illam poteſtatem, quam habet totus populus.
3 *Conſilium ciuitatis æquiparatur ordini decurionum.*
4 *Poteſtas, uel Capitaneus ciuitatis, quam poteſtatem habeant.*

ADuerſus. Ex perceptione minorum vſu-
rarum inducitur tacitum pactũ
de non petendis maioribus, etiam in cauſis publi
c cis. [c] hoc dicit. ¶ No. ex hac leg. cum gloſſ. Primò,
1 quod dixi in ſummario. Secundò, † ꝙ licet adminiſtratores
ciuitatis non poſsint facere expreſſè pactum de non peten-
dis vſuris: tamen hoc poſſunt facere recipiendo tacitè mi-
nores. & cętera.

ADuerſus. Creditor minores vſuras recipiẽ
do, q̃ quę fuerunt promiſſę, prę
iudicat ſibi. Quod eſt verum, etiam in adminiſtra
tore ciuitatis creditore. hoc dicit. & idem in. l. quã
uis infra eodem: ¶ Oppo. & videtur. quod ſicut debitor ſol-
uendo maiores ſibi non præiudicat: ita creditor recipiendo
minores ſibi non videtur præiudicare: vt in. l. creditor. §. fin.
de ſolu. dicit glo. Alia eſt ratio in debitore, fauore liberatio-
nis: vt. l. Arrianus. de actioni. & obliga. ¶ Item oppo. contra
ſecundum

a ¶ Verbũ rectè. Adde de hoc, & dic, vt ꝑ eundẽ Bar. in l. lectà. & ibi doc. ff. ſi cer. pet.

b ¶ Vſuras. adde gl. & bal. in. l. cũ allegas. in pe. col. j. eo. & Cy. in authẽ. ad hęc. j. eo. in. iij. col. & ibi Bal. j. e. & iõ iſto caſu, qñ petũtur, vt ĩtereſſe, petuntur etiã coram iudice ſeculari, ꝑ ut qđlibet aliud intereſſe. ſecundũ Lapũ all. lv. ꝙ ad ea, quæ no. Bar. in l. titia. ſol. mat. & in. l. omni innouatione. de ſacroſan. eccle. Adde dum Bal. limitat hic dictum Innocẽ. Ro. conſi. xcj.

c ¶ Cũ rem non tradidit. adde de hoc vt hic per Pau. de ca. & Sali. & ꝑ eũdem Pau. in. l. curabit, j. de act. em. & latè, qñ emptor ob rẽ nõ traditã, vel venditor ob pretiũ nõ ſolutũ, poſsit agere ad vſuras. vide latè ꝑ do. meũ do. Sozi. in conſi. cix. quaſi ꝑ totũ & latè ꝑ eũdem in ſuo conſi. clxxvj. ꝑ totum.

POMATES.

d ¶ Precedẽtibus. vide iſtã. l. in hoc alleg. ꝑ Ro. cõſi. clv. & cccclix. ĩ. ij. col. vbi dicit ẽt ꝑ iſtã legẽ. & ſimiles: ꝙ ſubſequens diſpoſitio ex intellectu nõ inducit repetitionẽ eorum, quæ in pria dicta ſũt.

c ¶ In cauſis publicis. Sed aliter ĩtelligit iſtũ tex. Bar. in. l. præſes. §. de tranſact.

secundũ dictũ:& videtur ꝙ administrator ciuitatis,non posit præiudi
care ciuitati minus recipiendo:vt.l.Imperatores.ff.de pac.glo.dat qua
tuor,seu quinq; solutiones.Doc.cõiter approbant primam,quæ proba
tur per.§.si verò liberi.in authẽ.vt cum de appel.cog.col.vij.Nã idem
est in administratore ecclesiæ:vt ibi patet.¶ Item opp.de.l.pręses.ſ.de
transac.Sol.vt.ſ.proxi.¶ Item opp.& videtur,ꝙ nullo modo admini
strator posit præiudicare ciuitati : vt in.l.prohibere.§. planè.ff. quod
2 vi,aut clam.vos debetis scire:† ꝙ ciuitates cõiter habent plures admini
stratores:quãdoq; habent ancianos,vel priores:& tunc quam balliam
habeant isti:& nunquid factũ eorũ præiudicet ciuitati?dic vt in.l.item
magistri.ff.de pac.& quod no.in.l.aliud.§.refertur.ff.de reg.iur. Quan
doq; ciuitas habet consilia:& tunc quod cõsiliũ habet illã balliã,quam
habet totus populus:quia eius vice cõsilium repręsentat:vt no. in rub.
3 j.quæ sit lon.cõsue.in medio magnæ glo.& aduertatis † quia cõsilium
ciuitatis ęquiparatur ordini decurionum : & consiliarij decurionibus:
vt no.in rub.de decu.lib.x.& quod no.in.l. nulli.ff. quod cuiusq; vni.
no.quam autẽ balliam habeat ordo decurionum?dic,vt no.j. de decre.
4 decu.in rub.lib.x.quãdoq; ciuitas habet † Potestatem, vel Capitaneũ:
& tunc quam Potestatem habeant isti: dic vt in.d.l. prohibere.§.planè.
quod vi aut clam.& de his administratoribus loquitur contrariũ.¶ Itẽ
op.& vr̃,ꝙ lex ista sit superflua,p,l.q̃uis.j.e.dic, vt ibi no. Bar.

SI creditrici. A tempore obsignationis, & depositionis non currunt vsuræ.h.d.

SVMMARIVM

1 *Depositum,quando impediat cursum usurarum?*
2 *Offerens,consignans,& deponens,an liberetur ipso iure?*

SI creditrici. Oblatio consignatio,& depositio rectè factę impediunt cursum vsurarũ,
1 † etiam quæ cœperunt currere.h.d.¶ Opp.dicitur hic,ꝙ si
obtulit pecuniam,non currunt vsuræ.contra.j.eod.l. acceptum.in fi.Sol.dicit glo.Quandoq; quis offert debitum,& deponit,&
depositum durat:& loquitur hæc lex q̃nq; debitor recipit debitum depositum:& tunc tale depositum nihil releuat.¶ Item op.de.l.si per te.
j.eo.Dic vt ibi no.& videbitis.j.e.l.acceptam.Pro declaratione.leg.quę
2 ritur.† vtrum offerens,consignans,& deponens,liberetur ipso iure?gl.
tenet ꝙ liberatur ipso iure.dicam in.l.acceptam,j.eo.Barto.

CReditor. Ex diuturna pręstatione,non inducitur vsurarum obligatio.h.d.

SVMMARIVM.

1 *Solutio diuturna & longum tempus,quando inducat ius?*
2 *Præsumptio leg.cum de in rem uerso.ff.de usur.an habeat locum, quando debitor soluit pro pluribus annis?*

CReditor. Diuturna sol.nõ inducit obligationem.hoc dicit.¶ Opp.de.l.cum de in rem ver.ff. eo.
Sol.ibi asignabatur causa sufficiens : licet non probaretur:
quia allegabatur promisio:hic sola longa pręstatio.¶ Item
oppo.de.l.j.j.de fideicom.sol.vt in glo.¶ Item opp.de.l. cum fidem.ſ.
de non nume.pecu.Sol.ibi erat debitum,quod soluebatur: licet nõ ob
1 staret exceptio.¶ Item oppo.& videtur,† ꝙ diuturna solutio & lõgũ
tempus inducat ius:vt in.l.si quis diuturno.ff.si ser.ven.sol.ibi loquitur
in iure ciuili.s.seruitutis,quę seruitus tempore acquiritur.& vtrum cũ
titulo,vel sine:dic vt per Dy.in.c.malęfidei pos.de regu.iur.in.vj. not.
per doc.in.l.j.ſ.de ser.& aqua.Hic loquitur in iure psonali,puta in obligatione,quæ solo tempore non quæritur:quia tempus non est modus
2 &c.vt.l.obligationum ferè.§.placet.ff.de actio.& obli.¶ Quæro:† vos
vidistis hic,ꝙ longa præstatio simul cum causa:licet causa non probeť,
facit præsumi obligationem.Quid si debitor præstitit vno anno , pro
pluribus annis:habet ne locum hęc pręsumptio?doc. cõmuniter dicũt,
ꝙ non.Nam vbi fit sępius solutio vt puta singulis annis,est maior præsumptio,contra debitorem soluentem:quasi potuerit melius deliberare,q̃ quando soluit vna vice:vt.ſ.ad velle.l.si mulier.Bar.

QVauis. Ista lex idem dicit,quod lex aduersus supra eodem titulo.

SI per te. Sola oblatio impedit cursum vsurarum, quę currere non incœperunt.h.d.

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ,quòd non currant.si non reperitur cui soluatur capitale.idem in pœna.*

SI per te. Sola oblatio impedit cursum vsurarum,quæ nondum cœperunt currere.hoc dicit.¶ Op.
& videtur,ꝙ etiam impediatur cursus vsurarum cœptarum
vt in.l.si creditrici.ſ.eo.&.l.acceptam.j.eo.Solue, vt in gl.&
no.eam.¶ Quæro:pone,ꝙ debeo dare decem creditori: vel aliq̃d aliud
sub pœna:creditor moritur:non remanẽt hæredes: nunquid committa
1 tur pœna,& currant vsurę:cum † non reperiatur aliquis cui soluatur?
dic vt in gl.& no.¶ Item aduerte,ꝙ illud quod dicitur hic,in vsura idẽ
in pœna:vt.l.qui sine vsuris.ff.de neg.gest.& hic in gl. super verbo ma
ioris.& facit.l.ad diem,sub pœna pecunia promissa.ff. de verb. obliga.
&.l.fi.ff.de nau.fœno.Bar.

VSuræ. Quod dicitur vsuras non debere excedere duplum, intelligitur de vsuris vnius anni.

FRumenti. Quæro, quid continetur appellatione frumenti:dic vt in.l.frugem,ff.de verb.signi.¶ Opp.de.l.q̃uis.ſ.eo.sol.hic speciale.¶ Itẽ
opp.de.l.iurisgentium.§.quinimo.ff.de pac.dic,
vt in gl.ex qua no.ꝙ duo specialia cõcurrunt,circa idem cõtrarium no.in.l.j.de do.promis.C.Ad
hoc contrarium põt respõderi,ꝙ per ea, quæ gl.
no.hic,ꝙ hic detur cõdictio ex lege.vel forte melius:quia habet locum cõdictio triticaria: quę est
generalis:vt.ff.de triti.l.j,in fi.Bar.

EX prædiis. Fructus percepti a creditore,post oblationem extenuant debitum.h.d. ¶ Op.
& videtur,ꝙ per oblationem,& depositionẽ sit
liberat⁹ ipso iure:& nõ sit necessaria exoneratio
debiti:vs.ſ,eo.l.si creditrici.&.j.eo.l.acceptã.dic
vt in glo.& tene secundam sol.

IN bonæfidei. Post latã sententiã de sorte:non potest agi per se de vsuris officio iudicis debitis.h.d.

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ q̃ ueniant in actione ex testamento.*
2 *Actio ex testõ,licet sit stricti iuris:tñ sapit naturã bõæfidei.*

IN bonæfidei. In bonæfidei iudicijs veniunt vsuræ ex mora. Item lata sententia.iudicis officium circa vsuras expirat.h.d.¶ Op.& videť,ꝙ etiam in stricti iuris
iudicijs veniant vsuræ ex mora. Certũ est enim,
1 † ꝙ actio ex testamento,est stricti iuris , vel aliâs
incerta: vt.l.in actionibus.ff.de in lit.iur.¶ Vnde
op.de.l.ij.& quasi per totum.j.de vsu.rei iudi. &.l
2 fi.vbi veniũt vsuræ ex mora.Sol. q̃uis † sit stricti iuris:tamẽ sapit naturã bonęfidei:vt in.l.si seruus legatus.§.cũ q̃d.ff.de leg.j. Et ideo est idem,
quod in bonęfidei.argu.l.in minorũ. ſ. q̃b. cau.
